HISTOIRE
DE BRESSE
ET
DE BVGEY.

QVATRIESME PARTIE
Contenant les Preuues.

AV LECTEVR.

CETTE derniere Partie eſt le fondement de tout l'Ouurage, puis qu'elle en contient les preuues, ſans leſquelles vne Hiſtoire eſt ſuſpecte. Ie n'y ay pas ſuiuy l'ordre de la Chronologie, mais ſimplement celuy des matieres, & n'y ay mis que des pieces rares, ou neceſſaires auec deſignation des lieux d'où ie les ay tirées, ou des perſonnes qui me les ont communiquées; à fin que ceux qui ne ſe voudront pas fier à la relation que i'en fais, les puiſſent plus facilement trouuer s'ils en ont beſoin, & ſe rendent par là cautions de ma fidelité. Il y a beaucoup de titres dans les Hiſtoriens, qui preuuent la pluſpart des choſes que i'ay auancées, neantmoins (à la reſerue de quelques Legendes de Saincts que ie donne vn peu plus amples, & plus correctes) ie ne les ay pas voulu inſerer icy, & me ſuis contenté d'en mettre les Autheurs à la marge, pour ne pas groſſir mal à propos ce Volume: Encor auec cette precaution il euſt eſté plus gros de la moitié, ſi i'y euſſe laiſſé toutes les pieces de ma premiere

compilation, mais le deſſein que i'ay pour l'Hiſtoire Genealogique de la Sereniſſime Maiſon de Sauoye, m'a obligé d'en retrancher les Mariages, Teſtamens, Traittez de paix, Alliances, Confederations, Inſtitutions d'Ordres Militaires, Appanages, Droicts ſur pluſieurs Souuerainetez, & autres pieces belles, & curieuſes; qui concernent principalement l'Hiſtoire de Sauoye, leſquelles i'y auois placées par occaſion, & pour faire honneur à mon Liure, à celle fin que ce ſecond Ouurage, enrichy de ces Illuſtres ornemens, & ne contenant que de matieres nouuelles, en ſoit beaucoup plus aggreable, & plus eſtimé. Ainſi, mon cher Lecteur, il n'y a rien de perdu, car i'eſpere de te rendre vn iour auec vſure ce que ie t'ay oſté; & i'ay eſté bien ayſe de le declarer icy, afin d'inuiter les Curieux, & tous ceux qui ont de l'amour pour cette Royale famille, de contribuër à me faire trouuer des materiaux dignes d'vne ſi noble, & ſi haute entrepriſe.

PREVVES.

AFFRANCHISSEMENT DONNE' PAR IEAN SEIGNEVR DV BALMEY, DONT L'ORIGINAL EST ENTRE LES MAINS DE L'AVTHEVR, QVI LVY A ESTE' DONNE' PAR LE V. Dom de Buat Coadjuteur de la Chartreuſe de Meyrià, Contenant vn teſmoignage remarquable de la Loy Salique.

IOANNES del Balmeto Dominus. Notum facio vniuerſis, quòd ſciens, & ſpontaneè nullo errore lapſus, ſed ad vtilitatem meam proſpiciens pro me, & haredibus meis franchio manu, & ore manumitto à conſuetudine Legis Salicæ *Ioannem Pition de Vico hominem meum, & ſuos legitimè natos, & ad ſanum intellectum reduco; Ità vt ſua filia poſſint ſibi ſuccedere; dictúmque Ioannem, & ſuos natos conſtituo homines meos franchos & liberos ab omni vſagio bono vel malo* Legis Salicæ, *& pro hâc manumiſſione, & Franchesiâ habui, & recepi octodecim libras Viennenſium bonorum, quas in vtilitatem meam; & commodum meum poſui. Teſtes fuerunt Norboldus del Balmeto Frater meus, Giſlebertus de Thoria ſororius meus milites, Guigo Prior Majoraui, Electus Auguſtenenſis, Tio, & Abraham conuerſi, cum aliis multis in quorum fidem ego dictus Ioannes del Balmeto Dominus, ſigillum meum cum ſigillo Prioris pradicti Maioraui his apposui, anno Domini* 1185. *die Aſſumptionis B. Mariæ matris Dei.*

CONCESSION FAITE A GIRARD SEIGNEVR DE CHARMEY, PAR GVILLAVME PRIEVR DE LA CHARTREVSE DE LA VAL SAINCTE au Canton de Fribourg, communiqué par le V. Dom de Buat, Coadjuteur de la Chartreuſe de Meyrià, qui contient vn autre teſmoignage de la Loy Salique.

CHARISSIMIS Fratribus Priori & Monachis Vallisſanctæ ſalutem exoptat Girardus Dominus de Charmey. Placeat vobis amantiſſimi Patres mihi, cum filia meâ quam veſtris precibus à Deo obtinui, facere miſericordiam eique concedere ſub conditione tamen legis Salicæ, in hac patriâ obſeruari ſolitæ aliquam partem in bonis quæ donatione irrenocabili facta inter viuos ob defectum liberorum, olim Pater meus, & ego vobis donauimus, ſícque Deus vobis retribuet in æternum; nos igitur frater Vilelmus humilis Prior, cæteríque Monachi Valliſanctæ Cartuſienſis Ordinis, viſa ſupplicatione præſcripta de licentiâ R. D. Vilelmi Lauſanenſis Epiſcopi Domino Girardo de Charmey filio bonæ memoriæ, fœlicis Fundatoris noſtri, eiuſque charisſima filia vnica Ioanneta concedimus tertiam partem omnium bonorum, quæ ipſi Girardus eiuſque Pater nobis antèà deuotè contulerant apud Villam de Charmey tàm in Joriis quàm in terris ſub tamen conditione legis Salicæ, his in locis obſeruari ſolitæ; videlicet vt ſi illa abſque liberis maſculis naturalibus & legitimis, vel ſui hæredes ex hac vita decederent, tunc illa tertia pars ad nos rediret pleno iure & ſine calumniâ. Actum apud Vallemſanctam, die decimæ menſis Decembris, anno Chriſti 1296. *ad cuius robur, & teſtimonium ſigillum noſtrum vnà cum ſigillo, R. Domini Vilelmi Lauſanenſis Epiſcopi his appoſuimus.*

VIE DV BIEN-HEVREVX PONCE DV BALMEY, FONDATEVR DE LA CHARTREVSE DE MEYRIA: Extraire d'vn ancien Manuſcript qui m'a eſté communiqué par le V. P. Dom de Buat Coadjuteur de ladite Chartreuſe.

BEATVS ac Glorioſus Dei Pontifex D. Pontius de Balmeto in Lugdunenſi Diœceſi pago, qui Balmetum dicitur, Patre Nortboldo eiuſdem pagi Domino oriundus generis nobilitatem moribus, & vitæ Sanctimonia præclarè illuſtrauit: cùm igitur ab ipſis infantiæ rudimentis ſtudiis liberalibus adhibitus magna ingenij vbertate breui ſummum eruditionis gradum conſcendiſſet, & multiplicibus adornatus gratiis maximo ſuis honori eſſet, adeò vt nihil literarum in eo deſiderari poſſet, Lugdunum profectus primæ Eccleſiæ Canonicos adiit vt reciperetur, quòd & obtinuit inter quos ita profecit vt breui tempore propter eius ſingularem morum, ac animi prudentiam, eximiamque facundiam, & Doctrinam magiſter atque Pœnitentialis extiterit, omnem in orationibus & exhortationibus operam ponens vt animas Deo lucrifaceret.

Sed quoniam exempla magis ſonant quàm verba, factis demonſtrauit, quod verbis docuit, ipſe enim priùs Chriſti Præco plenè informatus de vita quam in heremo Cartuſiæ Monachi Anachoreticè viuentes ſanctam ducebant, anno Domini 1116. de conſenſu & voluntate nobilium fratrum ſuorum, Garnery Domini de Balmeto, & VVilelmi Domini de Dorchia vallem Majoraui alias, à congeriè arborum modo Mariacum dictam ſicut hereditario iure parentum poſſederat, cum omnimoda proprietate, & iuriſdictione, ac omnibus appenditijs in ea, & ex ea emergentibus, fratribus ordinis dictæ Carthuſiæ, fratri ſcilicet Stephano Patrio ſibi chariſſimo, vni ex ſeptem primis heremitis cartuſiæ pro-Priore ibi miſſo, cum duobus conuerſis Bono filio, & Gaufrido ad cœnobium conſtruendum contulit, & conceſſit coram toto capitulo Lugdunenſis Eccleſiæ, nihil ſibi vel ſuis retinens.

Intereà cùm hoc conſtrueretur ædificium Pontius rerum humanarum pertæſus, totuſque cæleſtis vitæ deſiderio accenſus Cartuſiam petiit, vt ibi ſub Religionis habitu ſoli Deo vacaret, maturo priùs habito conſilio cum Domino VVilelmo Lugdunenſis Eccleſiæ Decano. Præerat id temporis Cartuſiæ vir potens opere & ſermone Guigo magnus, qui magiſtrum Pontium ad ſe vententem perquam benignè excepit, & conuocatis Monachis de licentia R. Præſulis Lugdunenſis Gauceranni ipſum nouitiali cuculla induit, cellaque ac ſilentij obſeruationem in remiſſionem peccatorum iniunxit, tum ille qui ſumma quaque animo ſuo propoſuerat, ne vmbras virtutum potiùs per imprudentiam, quàm veram lucem ſolidaſque virtutes ſectaretur, ante omnia indefeſſo ſtudio regularibus diſciplinis, & exercitijs imbutus, vſque adeò profecit, vt non ſolùm eius heremi fratribus quamuis ſanctitate conſpicuis ſed etiam exteris præclarum de ſe ipſo viuendi exemplum præberet.

Factum eſt autem vt eo tempore anno ſcilicet 1118. quarto Ianuarij Domno Stephano Burgenſi Proptopriore Maioraui elvitus ſublato; & ad Beatorum conſortium tranſlato, Fulcodus Vicarius, ac cæteri fratres à magno Guigone ſibi dare in Priorem fundatorem ſuum, etſi nouiter profeſſum poſtularent. Guigo eorum deſideriis & poſtulationibus annuens D. Pontium Prioris officium ſuſcipere cogit; & à ſe non ſine lachrymarum imbre ad Patrios lares dimittit; quantà cum charitatis & lætitiæ ſignificatione à fratribus fuerit exceptus dicere nemo poteſt, quibus ipſe tanta diſcretione ſalutaria animarum fercula adminiſtrabat, vt cunctis ſe talem nactos eſſe priorem maximoperè gratularentur. Aderat omnibus ipſius conatibus miſericors Dominus eiuſque verbis tantam vim, efficaciamque præſtabat, vt non modò præſentes eum obſequenter audirent, ſed multi

Hic multa deſunt.

. . . . . .

perſuſus illicò languore conualuit ſanuſque ac incolumis ad Rubeum montem rediit.

Contigit verò poſt biennium Bellicenſium Antiſtitem humanis rebus excedere Mœrens itaque Grex paſtore orbatus paſtorem quærit, inuenit, quidam enim virtutis fulgor ex Maioraui montibus; Sanctus videlicet Pontius ei apparet, quo illuminati clerus & populus hunc eligunt, & depoſcunt inſtanter, ſed eo renuente magnum Guigonem Cartuſiæ Priorem adeunt, Electionem D. Pontij exponunt, conſciùſum efflagitant, & obtinent, quibus ad Maioraeum reuerſis, Pontium inuitum, & planè reluctantem ſecum abducunt, & in Cathedra Epiſcopali collocant.

Itaque volens nolenſque pontificali inſula decoratus Eccleſiæ Bellicenſis gubernacula ſuſcepit, ſeſeque non modo normam, & ſpecimen rectè faciendi cunctis exhibuit & omnibus amabilem, ac reuerendum, ſuauem ac mirè iucundum, quod fecit vt ſubditorum animos ad quæuis pietatis opera ſub eunda promptos paratoſque haberet; quod enim aliis pompa, & faſtus fomenta ſubminiſtrare ſolet

ſolet, huic majoris abiectionis ſtudium attulit, prorſus; vt Pontificio faſtu poſthabito, nobilium ſpreta frequentia, famulorum obſequiis poſtpoſitis, pauperum & Monachorum conſortiis ſemper delectaretur. Caterùm cum altos ad peccati fugam hortaretur tum corpus proprium rigore Carthuſiano domabat; duro ad carnem cilicio vtebatur, renes cannabina veſte conſtringebat; lectus non mollibus plumis, pictiſue tapetis; ſed vili ſtramine & groſſioribus pannis patriæ ſtratus: corpus vigiliis & ieiuniis defatigatum excipiebat; ipſe enim feriis ſecundâ, quartâ, & ſextâ, pane, ſale, & aqua contentus erat; cæteris verò legumina; vel aliquid eiuſmodi, & aliquando caſeum, & vinum benè limphatum ſumebat, ſemper tamen tam infirmus quàm ſanus ab omni eſu carnium abſtinebat; & quidem cum tanta ſeueritate in ſuum ipſe corpus ſæuiret, alios ſtupendâ benignitate ſouebat, nam nihil ei erat charius, quàm vt miſeris, & egenis conſuleret, piauè omnibus viſcera miſericordiæ aperiret.

Igitur bonus egregiuſque Paſtor commiſſis ſibi ouibus adhibita duplici cura, exhortationibus, & exemplis, iter ad æternam vitam quærendam; & ſpiritualium morborum diram peſtem vitandam demonſtrans, eximium ex eis lucrum acquiſiuit, multos enim ab iniquitate, multos à vanitate conuertit; ac rectitudini vitæ reſtituit, quorum vnus Nanthelmus Bellicenſis Eccleſiæ Secretarius diguitates reſpuens, & vias duras Carthuſiæ apud Eremum portarum ſequens (qui & in eodem Epiſcopatu ſucceſſit, & miraculis claruit) oſtendit quantùm incrementi Eccleſiæ Dei attulerit.

Porrò erga ſuperbos tumidoſque peccatores iuſtitiæ ſeueritate, lapſos tamen quanquam grauiſſimè nequnquam deſpiciebat, ſed in ſpiritu lenitatis corripiens, ſumma ope ad rectam legis ſemitam reducere conabatur. Ordines verò ſacros, beneficiaque Eccleſiaſtica ità conferebat, vt nulla conditionis, fauoris, vel precum habita ratione ſolos mores ſcientiamque diſcuteret, eoſque ſolos ordinibus intiaret, & beneficiis ornaret qui cæteris, & grauitate morum & prudentia ac operum pietate præſtarent.

Haud exiguæ ei ſuberant curæ de reparandis Eccleſiæ Diui Ioannis muris, & Sacerdotum, ac pauperum ædificandis ædibus, ſub ſuis anteceſſoribus, aut nimia vetuſtate collapſis, aut igne conſumptis: hinc ſuæ Diœceſeos vigilanter terminos luſtrabat ſummiſque viribus pernicioſiſſimas conſuetudines proſligabat; multos à Dæmonum Caſtris, ad Chriſti ſtipendia perducebat; opes pauperibus diſtribuebat, eorumque miſeriam, & verbis leniebat, & factis ſubleuabat. Quot & quanta operatus fuerit miracula, nullus ſermo ad iutegrum explicare valebit; nam infirmarios omnes infirmis vacuabat, claudos erigebat, myopes ac cæcos illuminabat, ſurdos ac elingues curabat; cunctiſque energumenis ſanitatem conferebat; viſitationibus peractis ad ſuam ciuitatem reuertebatur, inqua cum gaudio, & honore à ſuis clericis & Ciuibus peramanter excipiebatur, quibus viciſſim panem verbi Dei quotidie frangebat.

Anno autem 1128. à Reuerendiſſimo Apoſtolicæ ſedis Legato Humbaldo Lugdunenſi Archiepiſcopo ad Domum Portarum vocatur præſul noſter Pontius, vt ei vna cum ſancto Hugone Gratianopolitano Epiſcopo in conſecratione Eccleſiæ inferioris dictæ Domus portarum aſſiſteret, qua peracta & exhortatione ad plebem per Humbaldum habita; Eulogias hi ſancti Præſules liberaliter largiuntur, domumque ſuperiorem repetunt de æternitate confabulantes, tum capta occaſione Pontius propoſitum de abdicando Epiſcopatu venerandis ſenibus aperit, cui reſpondens Hugo, ait; memento Frater chariſſime quomodo olim à Magiſtro Brunone, quando talia pertractarem correptus fuerim, vt ſæpe ſapiùs tibi dixi. Caue ergo, caue ne hoc facias oueſque quas Dominus cuſtodiendas tibi tradidit, ne derelinquas, ſed vſque ad mortem ſta ſuper gregem tuum; ne fiat præda Leoni Rugienti: Ruchelis amore hæc ita loqueris; ſermonem ſuſcipiens Humbaldus; ſed ſcito, quia ſuſceptum ſemel gregem non potes impunè dimittere, vt multis ſcripturæ ſententiis patet: At Pontius; ô Patres amantiſſimi, eóne me redire ibique manere conſulitis, vbi fructum animarum faciam nullum, detrimenta verò ſalutis meæ capiam maxima? Attamen poſt mortem iſtorum ſanctorum Pontificum, ab Innocentio ſummo Pontifice quanquam difficultiſſimè licentiam ad heremum redeundi obtinuit.

Qua facultate adepta ne commiſſum ſibi gregem ſine paſtore relinqueret, annuente Pontifice maximo, Berlionem vita venerabilem; ac cunctis mirificè virtutibus ornatum, clero populoque eligente, ſucceſſorem ſibi Pontificem pronunciauit, omnibuſque amabiliter valedicens, poſt diuturnam concionem populo luctu, ac lachrymis diſceſſum eius deploranti Berlionem commendauit: Ipſe verò gaudens conſcenſo equo Majoranum reuiſit, & quaſi poſt pericula maris quaſſanauis optatum portum occupauit: ſicque ſecretos Monaſterij ſinus charam requiem intrauit, ibi pulchram & ſibi dilectam Rachel amplexabatur, ſacriſque delitiis eſurientem animam, noctu diúque ſedulus paſcebat, ibi ſpreto Epiſcopalis dignitatis ſupercilio, poſthabitoque propinquorum & nobilium conſortio, totum ſe cæleſti magiſterio ſubdebat, & ad exequenda Carthuſianæ vitæ inſtituta, mira animi promptitudine, & alacritate non ſolùm D. Stephano quarto Majorani domus Priori miræ patientiæ: & admirandæ ſimplicitatis viro, ſed etiam fratribus ſeſe ſubiiciebat, tantaque inter eos virtute, ac ſanctitate verſabatur, vt facilè in quouis pietatis humilitatiſque ſtudio primas ſibi vendicaret,

dicaret, vnde & factum est vt multi nobiles donis amplissimis domum ampliarent; & heremiticè cum ipso viuere felicitatem suam æstimarent.

Cùm autem frater ipsius Ponty nobilis Garnerius de Balmeto Dominus cerneret in dies magis magisque pietatem ab hominum malitia prafocari; nihilque amplius sanctum, nihil sincerum in hominum moribus inueniri, statuit exemplo charissimi fratris relicto omnibus huius turbulenta vita negotiis in tranquillum Religionis portum secedere, quod animo statuit, opere complenit & Majorum habitum conuersorum induens, in ea domo plusquam centenarius sanctissimè vixit, & obiit.

Interea vir Angelicus Pontius peracto iam militia certamine cùm se ad alteram vitam vocari à Domino intelligeret, praclara admodum pietatis monita Monachis dedit, monuitque, vt antiqui hostis insidias deuitarent, & bonis semper operibus intenti ad Brauium aterna gloria viriliter aspirarent, ac in vocatione sua vsque ad finem patienter perseuerarent & sic demùm munitus Ecclesia Sacramentis fœlicem animam in manus creatoris cantantibus Angelis, ac Monachis flentibus tradidit; idibus Decembris anni millesimi centesimi quadragesimi sub Innocentio secundo Romano Pontifice, tota regione illius obitu consternata & afflicta. Quantis autem post mortem Dominus sanctum suum miraculorum insigniis glorificauerit, non est mea parnitatis ob nimiam prolixitatem singulat imhic explanare. Ego autem ipse expertus sum in meis continuis afflictionibus & infirmitatibus, & in quodam negotio maximi momenti huius domus, quanti meriti sit apnd Dominum eius intercessio. Opera quadam scripsit pia, & Docta, qua asseruantur in thesauro Bellicensis Ecclesia. De aternitate, & de vitandis schismaticis, de pace conciliandà, & de contemptu vanitatis sacnli. Prapositus Bellicensis Ioannes eius laudes eloquenter in oratione ad Petrum Lugdunensem contexuit, & se Ponty precibus à cæcitate sanatum asserit.

DEGVERPISSEMENT FAIT A L'EGLISE DE MASCON PAR VLRICH DE BAVGÉ.

Extraict du Cartulaire de l'Egliſe de Maſcon.

NOTVM sit omnibus fidelibus, quod Vdulricus Dominus de Balgiaco reddidit, & reliquit, & finiuit pro salute anima sua, & anteceſſorum ſuorum B. Vincentio Matiſconenſi, & rectoribus Eccleſia omnes conſuetudines, & prenditionet, quas iniuſtè, & iuſtè fecerat ipſe, vel aliquis alius pro eo in Villa de Monte, miſit autem manum ſuam ſuper manum Domini Hugonis Dienſis Epiſcopi, & Romani Legati, quaſi in loco Sacramenti, ne aliquis filiorum, vel ſucceſſorum ſuorum hanc verpitionem præſumeret infringere. Factum eſt hoc per manum Domini Hugonis Dienſis Epiſcopi, præſente Eurardo Canonico Matiſconenſi, & per conſilium hominum ipſius Vdulrici, ſcilicet Adalardi de Villars, Berardi de Meſpilto, Bernardi de Iayaco, Ioffredi de Mezeriaco, Andreæ de Nigro monte Regnante Philippo Rege, laudantibus hoc ſit vita aterna, Calumniantibus autem & omnibus diſturbantibus perpetuum anathema.

CONCESSION FAITE PAR RAYNALD DE BAVGÉ A LA CHARTREVSE DE MONTMERLE EN BRESSE, TIRÉE du Cartulaire de ladite Chartreuſe. n. 149.

NOSCANT præſentes, & poſteri quod ego Raynaldus de Baugiaco laudante vxore mea; & filiis meis Vlrico videlicet, atque Raynaudo, laudantibus pro ſalute anima mea, & anteceſſorum noſtrorum domus ſanctæ Mariæ Montiſmerulæ quidquid in Franciſca continetur, quod ad ius menm pertinet, concedo, & in perpetuum dono. Huius donationis teſtes Venerabilis Stephanus Matiſconenſis Epiſcopus, Dominus Humbertus, Prior Sellionu, & Rolandus de Aſneres, & Humbertus frater eius, Ioſredus Martinus, Bernardus de Montegilbert, Milo de Courtos.

CONCES

CONCESSIONS FAITES A LA CHARTREVSE DE SEILLON, PAR VLRICH ET GVY DE BAVGÉ, Extraictes du Cartulaire de ladite Chartreuſe.

QVONIAM humana negotia vetuſtatis conſumpta morſibus deperire ſolebant, & obliuione nebuloſæ Caliginis à memoria nimis leuiter recedebant approbata conſuetudinis vſu præcipitur, & quaſi iuris eſt regula commendatum vt ea quæ ſtatuta ſunt ſolemniter litterarum apicibus adnotentur. Noſcant igitur vniuerſi, quod ego Vlricus Dominus Balgiacenſis pro Dei amore, & pro ſalute animæ meæ, & pro animabus Patris mei, & Matris meæ, omniúmque anteceſſorum meorum donum quod Pater meus Dominus Rainaldus Deo, & habitatoribus Domus Sellionis fecit, videlicet de iis omnibus, quæ infrà terminos eiuſdem domus tam in nemore, quàm in terris planis habebat, laudaui, & conceſſi Deo, & prædicti loci habitatoribus in perpetuum, quibus mallens addere, quàm demere dedi quidquid in territorio nigri fontis habebam, partem ſcilicet eiuſdem loci mediam donaui etiam eis quidquid apud Vaſſaliacum habebam, ſcilicet tenementum Rellin, & tenementum del Caramilas, præterea conceſſi eis, & laudaui donum quod Guichardus Flamens, & Guido frater eius ipſis de quibuſdam terris de Montarnol fecerunt, conceſſi verò eis omne ius quod in nemore, & terris planis de Montarnol habebam, & vt hæc omnia perpetuæ ſtabilitatis robur obtineant, chartulam hanc ſigilli mei impreſſione muniui. Igitur ego Guido Dominus Balgiacenſis ſimili modo pro Dei amore, & pro ſalute animæ meæ, omniúmque anteceſſorum meorum omnia hæc ſicut præſcripta ſunt, Deo, & habitatoribus Domus Sellionis liberè poſſidenda dono, & concedo in perpetuum, & non ſolum huius donationis, verum etiam omnium donationum ſuarum ſiue emptionum fideiuſſorem omniúmque rerum ſuarum eſſe me conteſtor defenſorem, vt autem hæc omnia firmam poſſint habere ſtabilitatem in æuum præſentem chartam hanc compoſitione exaratam ſigilli mei munimine corroborani. Præterea nos Vlricus, & Guido Domini prædicti pro remedio animarum noſtrarum damus in perpetuum, & quittamus Religioſis Sellionis omne dominium & iuriſdictionem omnimodam in & ſuper rebus, & poſſeſſionibus, & hominibus ſuis acquiſitis, vel acquirendis. Si verò homines Religioſorum Sellionis, ſanguinem, aut adulterium, vel aliud quodque crimen in noſtris villis Franchis, vel in locis aliis quibuſcumque facerent, aut committerent, cognitionem, aut punctionem eiſdem Religioſis remittimus perpetuò, & quittamus banna verò, Pedagia, Leydas, Copponagia nobis, & noſtris ſoluere minimè teneantur, & ad prædicta omnia firma tenenda, Nos & Succeſſores noſtros perpetuò per iuramentum volumus eſſe obligatos. Datum ſub Sigillis noſtris, Anno Domini M. CLXXX. xi. Kal. Aprilis, teſtibus Ogerio Bochi, Bernardo de Montbellet, Hugone del Saix, & Othone de Maſorna militibus præſentibus, & vocatis in domo Sellionis in robur, & teſtimonium prædictorum.

DONATION FAITE A LADITE CHARTREVSE DE SEILLON, PAR VLRICH DE BAVGÉ: Tirée des Archiues de ladite Chartreuſe.

OLA negotia ſignata litteris, & earum cuſtodia mancipata ſubſiſtunt, & à ſuæ ſtabilitatis conſtantia non recedunt. Ideò ſcripta memoria mandare curauimus quod Vlricus Dominus Balgiacenſis pro ſalute ſuâ, & Patris, ac Matris ſuæ, & Dominæ de Miribel vxoris ſuæ iam defunctæ, & omnium anteceſſorum ſuorum dedit in perpetuum habitatoribus Domus Sellionis quidquid habebat apud Vaſſaliacum, tenementum videlicet Rellin, qui ſedecim ſolidos inde habuit, & donum ex ſua parte fecit, & tenementum ad Caramilas, hoc donum fecit Vlricus in clauſtro Sellionis, tacto, & oſculato ſancto Euangelio, & flexis genibus ante illud, anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu-Chriſti, M. C. LXXXVII. 10. Kalendas Aprilis, quando ſcilicet Saladinus æſtate præcedenti Hieroſolymam terram iàm peruaſerat, teſtes autem fuerunt, Boſo Prior, & omnis Conuentus, Aymo, & Guido, & Stephanus, & Boſo, & Hugo, & Archipresbyter, & Bernardus & Hugo Corbiniaci Procurator; & de Laicis fratribus, Michaël, Achardus Rauanis, VVilelmus de Pauannes, Guigo de Bioleriis; ſæculares quoque affuerunt Otgerius Bocchi, Bernardus de Montbellet, Hugo del Sais; Otho de Maſorna milites adhuc etiam Stephanus Archipresbyter de Treffort, Petrus de Montaneys, tunc

Præfectus Burgi, & Guicardus del Sais, & Robertus de Baiuerio nondum milites, & Chalnes de Burgo, & Vlricus Notarius Domini Vlrici Balgiacenſis, & ſciendum quòd in hac die Hugo del Sais, & Guicardus frater eius Dominum Vlricum Balgiacenſem dederunt fideiuſſorem fratribus Sellionis pro ſeruanda pace ſuper commercio quod fecerant ad inuicem, de quo alibi ſcriptum apud nos habetur, ne autem Domini præfati Vlrici ab hæredibus ſuis, & hæredum hæreditibus vaquam valeat deprauari præſens ſcriptum ſigilli ſui munimine iuſſit illaqueari.

CONCESSION FAITE A LA CHARTREVSE DE PORTES, PAR GVY DE BAVGE' SEIGNEVR DE MIRIBEL.

Extraite des Archiues de ladite Chartreuſe.

EGO Guido Filius Vlrici de Baugiaco, Dominus Miribelli pro remedio & ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum dono in perpetuum Deo & beatæ Mariæ & domui Portaram Carthuſ. ordinis, vt in omni loco dominutionis meæ, tàm in aqua quàm in terra eiuſdem domus Fratres, & nuncij, & res eorum liberæ ſint, & immunes ab omni vſagio, & ab omni pedagio, tàm ab illo quod pertinet ab ipſum miniſterialem, & receptorem pedagij quidquid ydem fratres, ſeu nuncij eorum duxerint, vel emerint, vel vendiderint, & ſub conductu, & ſecuritate mea accipio per omnem locum donationis meæ omnes res, & nuncios eiuſdem domus inſuper & quoſcumque euntes ad eandem domum Portarum, vel indè redeuntes qui aliquem ſecum habuerint de fratribus prædictæ domus, hanc Eleemoſynam meam volo; & præcipio ab omnibus hæredibus, & ſucceſſoribus meis in perpetuum domui Portarum inuiolabiliter obſeruari, & ad majus teſtimonium, & confirmationem eiuſdem Elcemoſynæ volui præſentem Cartam ſigillo meo roborari, & ſæpè dictæ domui Portarum tradi. Actum anno ab Incarnat. Domini. M. CC. XIIII.

MARIAGE DE MARGVERITE DE BAVGE', AVEC HVMBERT SIRE DE BEAVIEV.

Extraict des Titres du Threſor de Beaujolois.

NOVERINT Vniuerſi, quòd Ego Guido de Bulgiaco dedi filiam meam primògenitum Murgaritam Humberto de Bellijoco in vxorem, & dedi ei in maritagium mille libras fortes, & oppidum Miribelli, cum appenditiis ſuis ſub tali conditione, quod dùm vixero ſi voluero tenebo oppidum, & reddum ei annuatim centum libras fortes debitales, & poſt deceſſum meum redibit oppidum Miribelli ad manum Humberti de Bellijoco, Pretereà ſi idem Humbertus voluerit leuare pedagium in terra mea ſuum, dedi ei corteſum ad tenendum, dùm ego tenuero Miribellum, ſi verò antè vel poſt deceſſum meum contingeret me non habere hæredem maſculum de vxore, qui & cuius progeniti de terra mea hæreditarent; dedi eandem terram Humberto de Bellijoco, & filiæ meæ Margaritæ tali conditione, quod aliæ filiæ, quæ maritatæ non ſunt, maritentur ad conſilium meum, & conſilium eiuſdem Humberti & bonorum virorum de terra mea, de pecunia, vel de terra. Si de terra maritentur, ille qui terram tenebit, tenebitur Domino Balgiei, de hominio reſpondere hæc omnia quæ dicta ſunt ſuperiùs facta fuerunt tempore Guichardi Domini de Bellijoco, & firmata iuramento per me & per ipſum, & perhomines noſtros. Pòſt aliquantulũ verò temporis Ego Guido Balgiei, iter aggrediens ad partes transmarinas, in ipſo itinere conſtitutus veni Bellamvillam, in aulâ Humberti de Bellijoco, & ibi ego, & idem Humbertus hæc omnia quæ dicta ſunt ſuperiùs coram hominibus noſtris, in publico proteſtata iurauimus inuiolabiliter in perpetuum conſeruare. Actum anno ab Incarnat. Domini 1218. *In menſe Iulio xv. Kal. Auguſti*, 4. *Feria ante feſtum B. Mariæ Magdalenæ.*

TRAITTE'

TRAITTE'

ENTRE MARGVERITE DE BAVGE', DAME DE BEAVJEV, ET GVY ABBE' DE L'ISLE-BARBE.

Extrait du Cartulaire de l'Abbaye de l'Iſle-Barbe, qui m'a eſté communiqué par Monſieur le Laboureur, Preuoſt de l'Iſle-Barbe.

MARGARITA Domina Bellijoci præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Nouerint vniuerſi quod nos compoſitionem, & concordiam quæ facta fuit inter venerabilem Abbatem inſulæ Barbaræ ex vna parte, & Dominam, & maritum noſtrum Humbertũ de Bellijoco ex altera, ſuper quibuſdam controuerſiis de rebus ad Caſtellã Miribelli pertinentibus, quod Caſtrum ad nos ratione dotis noſtræ pertinere dignoſcitur, & illud ab Abbate inſulæ Barbaræ certam eſt in feodam nos tenere; laudauimus, conceſſimus, & ratum nos habere in perpetuam bona fide promiſimus; cuius compoſitionis, & concordiæ tenor talis fuit. Humbertus de Bellijoco omnibus in perpetuum, quibus harum innotuerit continentia litterarum vniuerſitati veſtræ volumus innoteſcat inter nos, & Gaigonem abbatem inſulæ Barbaræ diſſenſam, & diſcordiam ex quarandam cauſarum germinibus pullulaſſe, nos enim dicebamus, quòd iam dictus abbas Caſtrum Miribelli proprijs deberet munire ſumptibus, cùm guerraram imminneret periculum. Verùm quoniam abbas hoc conſtantiſſimè denegabat, per milites, & per viros alios de Caſtellania Miribelli huius rei diligenter inquiſiuimus veritatem. Inquiſitâ demùm, & cognitâ veritate, hanc deſiuimus calamniam, eo tempore quo Miribelli tenebamus dominium: eam in perpetuam abolentes, & eandem promittimus nos in poſterum deſtituerat. Cùm autem Gaigo de Balgiaco Dominus Miribelli volens ſepalchrum Domini viſitare vniuerſa vſagia, quæ quærebat in grangia abbatis, quæ ſita eſt in coſta Miribelli, Eccleſiæ inſulæ Barbaræ donauerit, & quittauerit nos Miribelli tenentes dominium eandem donationem, & quittationem donamus, concedimus, & laudamus, volentes eam futuris temporibus immobilem permanere, dicebamus etiam quòd præpoſitus Miribelli cum pluribus ſociis apud inſulam Barbaram in vigilia Beati Martini venire deberet vigiliàs cuſtodire, ſed quoniam abbas aliter eſſe dicebat propter euidens periculum, & damnum, quæ inde quandoque contigerant, nos virorum ſapientum vſi conſilio hanc diſcordiam hoc modo decreuimus terminari, vt præpoſitus Miribelli venire poſſit apud inſulam Barbaram in vigilia Beati Martini cum duobus tantam equitaturis, & quatuor tantàm ſociis, quorum ſit vnus podagiarius ſi venire voluerit, & abbatis, vel celleraríj voluntatem, & mandatum faciat de vigiliis fideliter cuſtodiendis, concedimus, etiam, & laudamus quod omnia quæ pertinent ad Eccleſiam inſulæ Barbaræ per Rhodanum poſſint ſine pedagio pertranſire, huius compoſitionis concordiam tactis ſacroſanctis Euangeliis promiſimus nos inuiolabiliter obſeruaturos, & ne ſuper hac vlla poſſit in poſterum ſaboriri dubietas, aut querela præſentem cartam fecimus ſigilli noſtri munimine roborari, volentes vt eandem Guigo abbas inſulæ Barbaræ ſuo ſigillo faciat inſigniri. Actam anno Domini M. CC. XXII. menſe Majo xvij. die eiuſdem menſis Lunæ iij. Feria iij. in ripa Araris ſub nemore iuxta grangiam inſulæ Barbaræ. Nos igitur præfatam compoſitionem, concordiam ratam, & certam habentes eam VVilelmo Abbati inſulæ Barbaræ nomine ſuo, & eiuſdem Eccleſiæ hoc ſtipulanti eandem confirmauimus, laudauimus, & conceſſimus, & nunquam contrauenire ratione dotis, vel alio modo, imò ſemper eam inuiolabiliter obſeruare per nos, & hæredes noſtros promiſimus, Deo teſte; renuntiantes in hoc facto omni iuri nobis competenti, vel competituro, quo contrauenire poſſemus & ſpecialiter errori facti; & vt hæc noſtra conceſſio, & confirmatio certior in poſterum haberetur, præſentem cartam præfato abbati, & Eccleſiæ dedimus Sigilli noſtri munimine roboratam in teſtimonium veritatis. Actum anno Domini M. CC. XXIX. menſe Iulij in camera noſtra apud Miribellum.

LETTRES PAR LESQVELLES RAYNAVD SIRE DE BAVGE' PRENT LA CHARTREVSE DE MONTMERLE sous sa garde, & protection. Extraictes du Cartulaire de ladite Chartreuse. n. 40.

EGO Raynaudus Dominus Baugiaci notum facio. Vniuersis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, quòd ego promisi bonâ fide in præsentiâ sancti Euangely Fratri Martino Priori, & Fratribus domus Vallis sancti Stephani Carthusiensis ordinis, quam Montmerle vocari consueuit, personas eiusdem domus familias, homines, & omnia bona mobilia; & immobilia ad eandem domum & ad omnes prædictas personas pertinentia vbicumque sint constituta, custodire fideliter, & seruare, prout res meas proprias intendo, cum Domini adiutorio defendere, & gardare, nec permittam pro posse meo, quòd à me, vel meis, seu etiam ab aliis Vicinis, siue extraneis recipiant in personis, vel in rebus suis iniuriam aliquam, aut guerram, ità quòd ante dicti Fratres in pace, & tranquilitate cum suis omnibus pertinentiis, bene defensi, & custoditi dignas Domino Hostias pro seipsis, & me, & Domina, & matre meâ, & S. Vxore meâ, & omnibus antecessoribus meis viuis, & defuncti quotidie valeant quietiùs & deuotiùs ministrare, in remedio autem animæ meæ, & animarum eorundem antecessorum meorum, per totam terram, & iurisdictionem meam memoratos Fratres de Pedagio, Leydâ, & de aliis rebus quæ de venditionibus, & emptionibus dari possunt, & exigi quas fecerint liberos in perpetuum facio & immunes, prout mei fecerant antèà, prædecessores, & ad opus animalium suorum habeant pascua sine contradictione, mihi enim, & meis successoribus si erga domum eandem, & sua fideliter, & bene se habuerint contulerunt itidem Fratres nomine gardæ, vel commandæ in singulis hominibus quos habent vel sunt habituri in Villa de Lescherous & de Renortâ, & de Seyforz duodecim, denarios annualiter capiendos, qui ignem & conuiuium remiserint pro se. Ità quod nihil prorsus aliud ab ipsis hominibus exigam, vel à meis exigi, vel extorqueri aliquateuus permittam, & si contrà hoc ego, aut aliquis de meis faceremus, siue in aliis bonis memoratæ domui aliquod præiudicium scienter inferremus, concedo vt de me, vel de illis meis qui hoc facerent, & totâ terrâ fiat grauis iustitiâ, per Archipresbyteros; & Presbyteros terræ meæ, vel meorum, donec de omni damno siue iniuriæ sit eis plenius emendatum. In cuius rei testimonium præsentes literas sigilli mei munimine roborani. Actam anno gratiæ Domini M. CC. XXXI.

TRAITTE' ENTRE RAYNAVD SEIGNEVR DE BAVGE', ET LE MONASTETE DE TOVRNVS. Tiré des Archiues dudit Monastere.

RAYNAVDVS, Dominus Baugiaci vniuersis præsentes literas inspecturis salutem in Domino, noueritis, quod cùm discordia verteretur, inter nos ex vna parte, & Ecclesiam Trenorchiensem ex altera; super eo quòd Dominus Abbas, & conuentus dicebant, quòd nos debemus eis fidelitatem, & homagium, item super eo quod ipsi dicebant, quod nos construxerimus stagnum apud Chiarous, in præiudicium Ecclesiæ Trenorchiensis, & grauamen, item super eò quòd nos petebamus ab eis quingentas libras Matisconenses, quas sicut, dicebamus mater nostra eis mutuauerat, & ipsi nobis opponebant solutionem, item super eo quòd nos Sayssieramus bona eorum in terrâ nostra, anno præterito, & præsenti, & apud Pristi reseorum ceperamus, tandem per communes amicos, consentientibus nobis, & prædicto Conuentu inter nos fuit compositum in hunc modum, fidelitatem autem, & homagium promittimus eis facere, cùm abbatem habebunt, de stagno autem promisimus stare arbitrio Domini Bellioci & Domini Braneiduni, secundùm vsus, & consuetudines in patria Baroniæ, & stagnorum, de quingentis autem libris fecerunt nobis.... nostrum plenariè nomine matris, & litteras de hoc mutuo confectas volumus habere de cætere valorem, res autem eorum quas Sayssieramus de saisymus, & volumus de saisiri, & si quid de eis est amissum promittimus eis restituere, vel facere restitui, ab hominibus nostris, qui ceperunt pro posse nostro. ad eorum probationem legitimam de rebus autem captis apud Pristi, promittimus eis restitutionem facere integram, de rebus hominum ad probationem eorum hominum, de rebus Ecclesiæ ad probationem conuentus, promisimus eis etiam quod si Alexandra mater nostra quittauit, vel quittauerat eis, vt Guerpiuit priorat am de Baela, quod nos quittationi nullum præstabimus impedimentum

impedimentum

nia promiſimus bona fide obſeruare, Datam, & actum, in feſto ſancti Michaëlis, anno Domini. M. CC. XLVII.

TRAITTE' ENTRE PHILIPPES COMTE DE SAVOYE, ET DE BOVRGOGNE, ET SIBILLE DAME DE BAVGE', & de Breſſe. Tiré de la Chambre des Comtes de Sauoye.

NOS Frater Aymo miſeratione Diuina Gebennenſis Epiſcopus, & nos Magiſter P. de Mageua Officialis Curiæ Gebennenſis notum facimus vniuerſis præſentes literas inſpecturis, quod cùm vir Illuſtris Dominus Philippus Sabaudiæ, & Burgundiæ Comes, diceret, & attenderet coram nobis ſe habere, Ius & partagium, in terrâ, Dominio, iuriſdictione, ac diſtrictu Baugiaci ea ratione quòd Alexander Filius quondam Domini Reynaudi Domini quondam Baugiaci inſtituerat ipſum Dominum Comitem hæredem ſuum in ſua vltima voluntate, & in omni iure quod habebat vel habere poterat, quo quomodo in terra iuriſdictione, Dominio & diſtrictu Baugiaci, tàm ratione bonorum paternorum, & maternorum, quàm ratione ſucceſſionis, Reynaudi Fratris quondàm dicti Alexandri, ſeu qualibet alia cauſa vel ratione. Aſſerent idem Comes, quod cùm idem Reynaudus Frater Alexandri ab inteſtato deceſſerit portio ipſius hæreditaria, videlicet Caſtrum & Villa de Burgo in Breſsia, Caſtrum, & villa ſancti Triuerij de Cortoz, Caſtrum, & villa Cuſiriaci, Caſtrum, & villa de Sagio, cum appenditiis vniuerſis, iuriſdictione mera, & mixto Imperio eorundem, ad dictum Alexandrum, & per eum addictum Dominum Comitem, & ad Sybillam filiam quondam Domini Guidonis Domini quondam Baugiaci Fratris quondam dictorum Alexandri & Reynaudi communiter pertinebat, poſt hæc his expoſitis, & oſtenſis dictâ Sybilla, & eius Conſilio, dicta Sybilla certificata de iure ſuo vniuerſa, & ſingula ſuprà ſcripta, coram nobis præſente dicto Domino Comite confeſſa fuit eſſe vere, ſupplicans dicta Sybilla dicto Domino Comiti, vt pro omni iure præmiſſo conuentret cum ipſa de certa portione in terra Baugiaci aſſumenda, cui ſupplicationi, dictus Dominus Comes annuens conuenit, & compoſuit, cum ipſa de omni iure prædicto amicabiliter in hunc modum. Videlicet quod idem Dominus Comes habeat, teneat, & poſſideat in perpetuum tàm ipſe, quàm hæredes ſeu adgnati ipſius, pro iure, & partagio prædicto, & pro omni alio iure quod habebat, vel habere poterat in terra Baugiaci, Caſtrum, & villam de Burgo in Breſsia, Caſtrum, & villam Caſtilionis ſuper Calaronam, & Caſtellanias & appenditias eorundem, cum omni, iure Domino, & iuriſdictione mero, mixto Imperio, & diſtrictu, feudis, homagiis, & aliis vſagiis, vniuerſis, dicta ſiquidem Sybilla coram nobis, ſciens, prudens & ſpontanea maior quatuordecim annis, quittat, & guerpit dicto Domino Comiti, pro ſe hæredibus, & adgnatis ſuis ex cauſſa præmiſſa omne ius, Dominium vtile, & directum, & vſagia qualiacumque, & quocunque nomine cenſeantur, quod, & quæ habet, & habere poteſt in dictis Caſtris, & villis de Burgo, & de Caſtillione, cum iuribus, & appenditiis prout ſuperiùs eſt expreſſum, cedens ſiquidem dicta Sybilla dicto Domino Comiti ex cauſſa prædicta omnia iura, & actiones, quæ, & quas habet, vel habere poteſt in rebus, & bonis prædictis ſuprà dicto Domino Comiti aſſignatis, faciens eum procuratorem in rem ſuam in actionibus, & iuribus antè dictis transferens in eum nihilominùs ex cauſa prædicta omnes actiones reales, & perſonales, mixtas, vtiles, & directas, verſa vice dictus Dominus Comes tenens ſe pro contento de dictis Caſtris & villis de Burgo, & de Caſtillione prædictis, & appenditiis eorundem pro omni iure quod habebat, & habere poterat in terra Baugiaci, quittat, guerpit, prædicta Sybilla reſiduum dictæ terræ, confitetur etiam coram nobis dicta Sybilla habuiſſe, & acceptiſſe legitimum computum, & bonam, & legitimam rationem, à prædicto Domino Comite de omni adminiſtratione, quam geſſit in bonis, & partagio dictæ Sybillæ, à tempore quo geſſit, aut gerere incepit, vſque ad tempus confectionis præſentium literarum, quittans, & abſoluens penitus, dictum Dominum Comitem, & hæredes ſuos, de omnibus perceptis ab ipſo, vel manduto eius in tota terra, & Dominio Baugiaci, tàm in redditibus, quàm exitibus, obuentionibuſque, & prouentibus, & aliis quibuſcumque, omnia verò vniuerſa, & ſingula prout ſcripta ſunt promittunt dictus Dominus Comes bona fide, & dicta Sybilla per iuramentum ſuper ſanctæ Dei Euangelia corporaliter præſtitum, attendere firmiter, & inuiolabiliter obſeruare, & contrà per ſe, vel per alios in iudicio, vel extrà, facto, vel verbo aliquatenus non venire hæc autem omnia, vniuerſas, & ſingula ſuprà dicta Amedeus filius quondam Domini Thomæ de Sabaudia Comitis, nepos prædicti Domini Philippi Comitis, ſponſus dictæ Sybillæ laudat, approbat, & confirmat promittens per iuramentum coram nobis corporaliter præſtitum, contrà prædicta non venire vel aliquod de prædictis, in cuius rei teſtimonium, nos Epiſcopus & Officialis prædicti, Sigilla noſtra duximus præſentibus literis, apponenda, nos verò Philippus Sabaudiæ & Burgundiæ Comes & nos Amedeus, & Sybilla prædicti

dicti laudantes, confirmantes & approbantes omnia ſuprà dicta, vna cum ſigillis Domini Epiſcopi, & Officialis prædictorum ſigilla noſtra duximus litteris præſentibus apponenda, in teſtimonium veritatis, Datum, & actum apud Chillonem, 4o. Nonas Iulij anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.

HOMMAGES DES GENTILS-HOMMES DE BRESSE RENDVS A AMÉ DE SAVOYE SEIGNEVR DE BAVGÉ, & de Breſſe, Apres ſon mariage auec Sibille de Baugé. Tirés de la Chambre des Comtes de Daufiné.

ANNO Domini, milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo menſe Septembris, hæ ſunt Fidelitates Nobilium terræ Baugiaj factæ Nobili viro Domino Amedeo de Sabaudia Domino Baugiaj.

Dominus Ogerius de ſancto Sulpitio recognoſcit ſe eſſe hominem ligium Domini Baugiaj, ſalua fidelitate Domini Regnaudi de Caſtellione, & ſe tenere ab eo in feodum domum ſuam de ſancto Sulpitio, cum tota forterefia, & dimidium planſtri quod habet apud Baugiacum.

Hugo de Montegilbert Domicellus recognoſcit ſe eſſe hominem ligium domini Baugiaj, & ſe tenere ab eo in feodum manſum Guichardi de Montegilbert, & manſum de la Badoylier, & partem ſuam de domo de Baugiaco ſita en les Rues.

Dominus Hugo de ſancto Sulpitio iurat fidelitatem Amedeo de Sabaudia domino Baugiaj, & ſe eſſe hominem ligium eiuſdem recognoſcit, & ſe tenere ab eo in feodum ligium quidquid habet in Parrochia Baugiaj villæ, & partem ſuam Manſi Girardi Pelous, & Manſi Guinochet.

Galterus filius Domini Guliermi de ſancto Sulpitio iurat fidelitatem Domino Baugiaj, & ſe eſſe hominem eius ligium recognoſcit, & tenere ab eo in feodum, quidquid habet apud Mentonay, & apud Priuages.

Ogoretus de ſancto Ciryco recognoſcit ſe eſſe hominem ligium domini Baugiaj, & ſe tenere ab eo in feodum domum ſuam & poypiam de Sancto Ciryco, cum tota forterefia, & debet tenere ab ipſo quoddam pratum, & quandam Vercheriam ſitam in Parrochia de Cormarenchi, quartam partem Curtilis de la Meſcranderi iuxta foſſata.

Dominus Stephanus de Thoiria recognoſcit ſe eſſe hominem ligium Domini Baugiaj, & ſe tenere ab eo in feodum quidquid habet apud Mons, ab aqua quæ dicitur Goyri vſque apud Baugiacum, excepto Manſo ad Ganters.

Stephanus de Bayot domicellus iuratus recognoſcit ſe eſſe hominem ligium Domini Baugiaj; & ſe tenere ab eo in feodum domum ſuam de Bayot cum tota forterefia, & quicquid habet apud Moncut.

Petrus Bochi filius quondam Domini Ogerij Bochi facta fidelitate, & homagio ligio recognoſcit ſe tenere à Domino Baugiaj partem ſuam ſuæ domus Baugiaj, & Manſum de Fey ſaluo conquremento de les Bareces, & quidquid habet apud Greyſia, & in Parrochia eiuſdem loci, & manſum de Landzotleri, quod tenet Huricus de Corſant ab eodem Petro in feodum.

Giletus Rebutini domicellus facta fidelitate, & homagio ligio Salua fidelitate de Burgundia recognoſcit ſe tenere in feodum à Domino Baugiaj Poypiam ſuam cum forterefia & foſſatis ſitam apud Chauanes in Parrochia de Cuceil.

Dominus Stephanus de Chanciaco miles facto homagio, & iurata fidelitate Domino Baugiaj confitetur ſe tenere in feodum ab eodem Poypiam ſuam, & foſſata ſua de Mayſirya.

Henricus de Tornas domicellus facta homagio ligio, & iurata fidelitate Domino Baugiaj ſalua priùs fidelitati Domini Hugonis Chabud confitetur ſe tenere in feodum ab eodem forterefiam ſuam cum foſſatis de Tornos, & Manſum Michaëlis ſitum apud Tornos.

Huricus de Corſant domicellus facto homagio, & iurata fidelitate confitetur ſe tenere à Domino Baugiaj, quoddam Manſum ſitum apud Corſant in Parrochia de Perès, qui dicitur Manſus de Landroileri.

Henricus de Chauancs domicellus facto homagio ligio, & iurata fidelitate Domino Baugiaj recognoſcit ſe tenere ab eodem in feodum.

Ioanneta filia Domini Poncij de Montgilbert facto homagio ligio, & iurata fidelitate Domino Baugiaj recognoſcit ſe tenere in feodum ab eodem quidquid tenet apud Marcilliacum in Parrochia de la Tezlas: excepto Manſo quem tenet Petronilla relicta Guichardi dex Lafit.

Dominus Huricus de Varas facto homagio iurata fidelitate ſaluo vno Domino confitetur ſe tenere ab eodem in feodum villam ſancti Pauli de Varas, & quidquid habet à ripa fluuy qui dicitur, vſque ad terminos ſancti Andreæ Nemoroſij ſaluis aliquibus quæ acquiſiuit, quæ non ſunt de feodo ſuo, quæ

paratus

paratus eſt oſtendere ad oculum quandocumque placuerit eidem. Item villam quæ dicitur Roman; & quidquid habet à ripa fluuy qui dicitur, Quenons, citra, vſque ad terminos dicti ſancti Andreæ Nemoroſi, ſalua domo de poſteria quæ non eſt de feodo illo, & aliquibus requiſitis, quæ oſtendere paratus eſt quando ſuper hoc fuerit requiſitus.

Hugo de Charanay domicellus iurata fidelitate; & facto homagio ligio confitetur ſe tenere ab eodem Domino Baugiaci in feodum domum ſuam fortem de Chatonay, centum ſolidos Viennenſes annuales, quos aſſignauit de redditibus ſuis dicta domui ſuæ magis propinquis.

Guido de Chatonay domicellus iurata fidelitate, & facto homagio confitetur ſe tenere à Domino Baugiaci domum ſuam de Chatonay, & ſexaginta ſolidos Viennenſes annuales, quo debet aſſignare in redditibus ſuis domui ſuæ magis propinquis.

Bertholomeus Breyſſens domicellus facto homagio ligio iurata fidelitate confitetur ſe tenere in homagium ligium ſextam partem decimæ de Condeyſſia, quam tenebat Falco de Sachint in Parrochia de Condeyſſia.

Guilielmus de Chandeya domicellus facto homagio ligio, iurata fidelitate confitetur ſe tenere ab eodem quidquid habet à la Richoneri in Parrochia Saiſiriaci de Breſſia.

Hugo de Belloforti domicellus iurata fidelitate facto homagio ligio confitetur ſe tenere ab eodem quidquid habet apud Peloſet: quod tenet de parte Petronillæ filiæ domini Stephani Breyſant vxoris dicti Hugonis.

Gaido de Varenges domicellus facto homagio ligio iurata fidelitate confitetur ſe tenere à Domino Baugiaci in feodum ligiam nomine, & ex parte Alaſiæ vxoris ſuæ quidquid habet vel habere debet in Parrochia de Boiſſey, & in Parrochia ſancti Stephani ſalua parte ſua decimæ de Boiſſey.

B. Filia Domini Guillermi de Corbertoud militis facto homagio ligio iurata fidelitate confitetur ſe tenere à Domino Baugiaci, in feodum ligium domum ſuam fortem de Corbertond cum pertinentiis.

Alaſia quondam filia Domini Guilliermi de Corbertond facto homagio ligio iurata fidelitate confitetur ſe tenere ab eodem in feodum ligium plaſtrum ſuum de Baugiaco, & Poyptam ſuam fortem de Corbertoud, cum nemore, & terra quam ibi tenet, & partem dictæ Poypæ.

Guionetus de Gaſtrorenaudo confitetur facta fidelitate debita ſe tenere à Domino Baugiaci nomine Berardæ vxoris ſuæ filiæ Guillielmi de Felins domum ſuam de Loigaié.

Stephanus de Sachias facta fidelitate recognouit ſe eſſe hominem ligium Domini Baugiaci, & tenere ab eo domum ſuam, & medietatem omnium quæ habet apud Anieres exceptu Manſo Aſgibelins, & Maaſo as Coiatoz.

Humbertus de Buenc domicellus intrauit homagium Domino Baugiaci in feſto ſancti Martini, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, nomine vxoris ſuæ pro feodo quem tenebat ab eodem apud ſanctum Ioannem ſuper Reyſuſam.

Guyonetus Chiarori domicellus iurata fidelitate, facto homagio debito confitetur ſe tenere à Domino Baugiaci, quidquid habet in Parrochia de Felins, exceptis duabus peciis prati quæ ſunt de alodio.

Ioannes Dominus Picars de Balma facta fidelitate, & homagio ligio Domino Baugiaci recognoſcit ſe tenere ab eodem quidquid habet in Parrochia ſancti Andreæ le Panot, de Malmonto, & de Chaſſeinola.

Dominus Henricus de Verauel facto homagio, & iurata fidelitate recognoſcit ſe tenere Villam de Monté, & quidquid habet apud Chanbieri, quæ ſunt in Parrochia Saiſiriaci de Breiſſia & quidquid tenet apud Caſterg. Saluis hiis quæ conquiſiuit de Buella quæ ſunt in Parrochia de Moncruy, & ſaluo Manſo Petri del Vergier.

Dominus Stephanus de Balma facto homagio, & iurata fidelitate ſaluo homagio Comitis Sabaudiæ recognoſcit ſe tenere quidquid habet in villa de Malmont, & quidquid habet apud Chaſſeynola quæ ſita ſunt in Parrochia ſancti Andreæ lo Panoux.

Ioſſerandus de Bello-forti iurata fidelitate confitetur ſe eſſe hominem ligium, & ab eo tenere vnum Manſum dictam Manſum de Varedel.

Domianus Anthonius de ſancto Cirico homoligius iurata fidelitate confitetur tenere domum ſuam de Chaſſaigai, cum foſſatis & fortalitiis, & quidquid habet infra villam Baugiaci & quidquid habet in nundinis ſancti Andreæ Baugiaci, & feraitium quod habet in macello.

Ioannes de Cuſſiey domicellus homoligius iurata fidelitate pro vxore ſua confitetur tenere, quidquid habet in Parrochia de Boiſſey, & citra Sagonam vbicumque excepta parte ſua decimæ de Boiſſey. Hoc enim homagium facit pro vxore ſua pro qua promiſit deſeruire quouſque alium deſeruatorem idoneum exhibeat.

Peronetus de Luaiſi facit fidelitatem ligiam eidem Domino Baugiaci: & confitetur ſe tenere ab eo Manſum de Soleirio, ſitum in Parrochia Baugiaci villa. Item vnam meterium Auenæ ſitum

ſuper

ſuper Manſum de Ordelieri, & ſex denarios Matiſconenſes, & cuſamentum, & quidquid habet ta Villa Baugiai.

Dominus Guiliermus de ſancto Sulpitio, facit fidelitatem ligiam eidem, & confitetur ſe tenere ab eo domum ſuam de ſancto Sulpitso, & receptum totum, & manſum Gsrardi de Leſcheria ſitum in Parrochia de Marzonay.

Item, Gautherius de ſancto Sulpitio confitetur ſe eſſe hominem ligium pradicti Domini Baugiai, & inde tenet quidquid habet apud Baugiacum : & in territorio eiuſdem, & quintam partem Manſi Girardi Peloux; & quintam partem manſi Guinochet ſitam apud ſanctum Sulpitium, & Poypiam ſuam ſancti Sulpitij, Sitam inter duas Poypias.

Item, Perrotus filius. quondam domini Ogerij de ſancto Sulpitio confitetur ſe eſſe homiuem ligium domini Baugiai, & tenes ab eo Manſum Boyllaudi dou Tronchet cum appenditiis ſitum apud Tronchey in Parrochia de Bereyſia, & quintam partem Manſi Girardi Peloux, & quintum partem Manſi Guinochet ſitam apud ſanctum Sulpitium.

Item, Dominus Guygo de Chatenay facit fidelitatem eidem, & tenet ab eo domum ſuam de Chatenuy, & Mauſum de Chauaux ſitum in Parrochia Nouilla.

Domianus Mayolus de Vernuel, facit fidelitatem domino Baugiai.

Raynaudus dou Luyat homo ligius confitetur tenere ab eo domum ſuam dou Luyat, & fortalitium, & quidquid habet apud Baugiacum, vel in territorio Baugiai.

Item, Peronetus de Biolea homo ligius facit fidelitatem domino Baugiai, & confitetur ſe tenere ab eodem in feudum ligium domum ſuam ſitam apud Biolea, & quidquid habet Baugiai tanquam ſeruiens.

Item Ioſſerandus de Montegilberto, homo ligius, confitetur tenere domum ſuam de Tresvernois in Parochia de ſancto Ciricò cum Poypia, & recepto ipſius domus, & manſum de Cur, & partem ſuam domus Baugiai, & quidquid habet in Parrochia ſancta Tricha; excepto Manſo dicto Roſel.

Item quendam Manſum, ſitum apud Thorna, & dictum Manſum de Quercu.

Item, Dalmasius de Sachins confitetur ſe eſſe hominem ligium domini Baugiai : & tenet ab eo quidquid habet in Parrochia de Montracol & de Montreal, videlicet à Chaueyria cisrà, verſus Burgum, & viginti ſolidos Vienenſes, in Parrochia de Perét annuatim, quos cepit in augmensum feudi Baugiai à Domino Comite Sabaudia. Item, partem ſuam decimam de Crotsay; videlicet quartam partem.

Dominus Henricus de Suluages homo ligius, ſalua fidelitate domini de Villart, confitetur ſe eenere ab eo quidquid Ioannes filius domini Ogery de Sachins tenet ab eodem milite apud Agneres. Item, omne ius quod habet apud Chamandrey, de quo iure debet fidelitatem ex parte vxoris ſue filie quondam domini Hagonis de ſancto Sulpitio quam fidelisatem fecit; & dominus Baugiai ſibi dedit inducias quouſque ei poſſet reddere hominem ligium in dicto feudo.

Item dominus Hugo de Felins homo ligius confitetur tenere ab eodem quidquid habet apud Baugiaum, & nemora de Alouztaco, inter duo itinera, exceptis iis, qua tenet ab illis de ſancto Germano.

Item, Falco de Biolieres homo ligius confitetur tenere ab eodem Donjonem, & fortalitiam de Curto fonte.

Item, Guillelmus de Felins iurauit, & homoligius confitetur ſe tenere ab eo quidquid habet in Parrochia de Viriaco vltra Sagonam; & quidquid habet in Parrochia ſancti Martini de Seaoſuno: Item domum ſuam ſitam apud Baugiaum : Item domum ſuam de Lugniaco; donec concordauerit cum illis de Caſtellione, qui eam tenens à Domino Baugiai, vt dicit.

Item dominus Robertus de Caſtellione homo ligius confitetur tenere ab eo domum ſuam de Seſilles cum fortalitiis & foſſatis : Item, vnum Manſum dictam manſum Aſchatrout ſitum iuxta domum ſuam : Item vnum manſum, quod tenet ab eo filius Capellani de Seſilles.

Item, Ioffredus de Belloforti homo ligius iurata fidelitate confitetur tenere à Domino Baugiai domum ſuam ſitam apud ſanctum Ioannem ſuper Reyſuſam cum omnibus pertinentiis, & appendiciis dicta domus; & quidquid habet in Parrochia ſancti Ioannis, exceptis iis qua tenet de Eccleſia ſancti Vincentij Matiſconenſis, & iis qua tenet de Eccleſia Cluniaci.

Item, dominus Hugo de Luayſi miles facit fidelitatem, requiſitus ſi debebat homagium ligium dixis, quod ad præſens ignorabas : aſſerebat autem quod de fidelitate, quam debebat, habet litteram ſigillasim ſigillo domini Baugiai, quam promiſit oſtendere, & fidelitatem fere, & ſeruare, vt ſupra continetur.

Hugo de Chandeya domicellus facta fidelisate, & homagio ligio, ſalua fidelitate domini Ioffredi de Corgenon, confitetur tenere à domino Baugiai in ſeodumligium domum ſuam de Chandeya, cum fortalitiis, & appenditiis, & omnibus qua habet in Parrochia de Vandens : Item, quidquid eenetur ab eodem im dicta Parrochia.

Guido d'Eſpinous domicellus, facta & iurata fidelitate ſaluo vno domino, confitetur tenere ab eodem

Monteforti. Item confitetur tenere ab eodem in homagium ligium domum ſuam d'Eſpinoux, cum appenditiis, & eam quadraginta libratis terræ annui redditus ad monetam Matiſconenſem, quas aſſedere debet ſuper ſuis redditibus dictæ domui propinquioribus.

Item dominus Henricus de Bayo miles, iurata fidelitate, confitetur tenere ab eodem in homagium ligium, quidquid tenet, vel habet in receptu de Bayo: Item vnum curtile dictam del Peron ſitum apud Sachins.

Item Bonetus de Portabo domicellus, iurata fidelitate, confitetur tenere in homagium domum ſuam de Corleyſon cum fortalitiis: Item quidquid habet apud Cocogne in Parrochia ſancti Geneſij.

Dominus Bartholomæus de ſancto Ciryco miles, iurata fidelitate, confitetur tenere ab eodem in homagium ligium domum ſuam de Vonna cum fortulitiis: Item partem ſuam quam habet, vel habere debet in decima de Cotay: Item vnum Manſum ſitum à le Girouderes.

Item Iordanus Sauuages domicellus, iurata fidelitate, confitetur tenere in homagium ligium quidquid habet in Parrochia ſancti Ioannis ſuper Reyſſuſam.

Item Giletus de Felins homo ligius, iurata fidelitate, confitetur tenere in homagium ligium quidquid habet apud Virià vltra Sagonam: Item quidquid habet apud ſanctum Martinum de Senoſan vltra Sagonam.

Item partem ſuam domus quam habet apud Baugiacum ipſe; & Guilielmus de Felins.

Item Stephanus de Veila domicellus, iurata fidelitate, confitetur tenere à Domino Baugiaci quidquid habet apud Cortelins in Parrochia Mayſiriaci.

Item Bartholomæus filius domini Stephani de Vela miles receptus eſt in hominem ligium domini Baugiaci de feodo infrà ſcripto, ſaluo iure alterius, & iurata fidelitate, confitetur tenere ab eodem in feodum quidquid Iordanus Saluaios tenebat in Parrochia ſancti Ioannis de Reyſſuſa in Caſtellania ſancti Trinerij.

Item Hugo de ſancto Salpitio filius quondam domini Guillermi de ſancto Sulpitio prædicti, confitetur tenere à domino Baugiaci, iurata fidelitate, in homagium ligium domum ſuam de ſancto Salpitio, & totam receptum domus de manſo Girardi de Leſeheria ſitum in Parrochia de Marzonaco, quod eſt de feodo domini: debet facere homagium ſoror dicti Hugonis.

Dominus Guichardus de Corobert recoguoſcit ſe eſſe hominem ligiam domini Baugiaci, ſalua fidelitate domini de Corgenon, & ſe tenere ab eo quandam ſpeciam terra ſitam in Parrochia de Suligna, extra les Cruet iuxta terram Aymonis de Curtilars.

Dominus Iacobus de Fayola miles iurat fidelitatem domino Baugiaci, & recoguoſcit ſe eſſe hominem ligium eiuſdem, & ſe tenere in feodum ligium ab eodem quartam partem pro indiuiſo Poypia de Luyſeis, & totam Poypiam ſitam deſuper Eccleſiam de Luyſeis, & quidquid habet in Parrochia Nouillæ, & Saliguiaci, & ſancti Iuliani, & medietatem hominum ſuorum del Cureillars, & de la Broyeri, & omnia homagia, & feuda, qua tenentur ab ipſo in terra de Luſeys.

Arduinus de Aula domicellus confitetur ſe eſſe hominem ligium domini Baugiaci, iurata fidelitate, ſalua fidelitate domini de Villars; & ſe tenere ab eo in feudum quidquid habet in Parrochia de Luys, & feodum quod Stephanus de Polens tenet ab ipſo Arduino in Parrochia de Clemenciaco poſtmodum feeit homagium ligium Amedeo Domino Baugiaci, quòd vnum de filiis ſuis reddiderat in hominem domino de Villars.

Ioannes Saluagij domicellus facto homagio ligio, & iurata fidelitate Domino Baugiaci recognoſcit ſe tenere in feodum ligium ab eodem domum ſuam de Malmont, cum tota forteresia, receptaculo, & foſſatis, & quendam Manſum terræ, tamen dicit ſe ignorare vbi iacet.

Ioannes de ſancto Saturnino domicellus facto homagio ligio, & iurata fidelitate pro vxore ſua domino Baugiaci confitetur ſe tenere pro vxore ſua à domino Baugiaci, in feodum ligium domum ſuam de la Iaſderi, cum receptaculo, & foſſatis, & cum omnibus aliis appendentiis dictæ domus, & promittit dictam feodum ligium deſeruire pro vxore ſua, quouſque poſſit reddere alium idoneum deſeruitorem, & ſuper rebus quas tenet apud Pin deliberabit.

Gaiehardus de Vaux domicellus, facto homagio ligio & iurata fidelitate domino Baugiaci, confitetur ſe tenere ab ipſo in feodum quidquid habet in Parrochia ſancti Iuliani iuxta Biſiacum.

Dominus Iacobus de Sala miles facto homagio ligio, & iurata fidelitate domino Baugiaci confitetur ſe tenere ab ipſo in feodum ligium quidquid habet in Parrochia de Chiurous, & in Parrochia de Boiſſey Dominus Ioffredus de Broces tenebat hoc feodum.

Hugo de Broces domicellus filius domini Ioffredi iurata fidelitate confitetur tenere à domino prædicto in homagium ligium quidquid habet in prædictis Parrochiis & eſt totum de tenemento prædicti domini Ioffredi.

Dominus Raymondus de Marchant miles iurata fidelitate confitetur ſe tenere à domino Baugiaci in feodum nomine Beatrix de Chantriou vxoris ſuæ quidquid dominus Guygo de Chantriou tenebat, vel tenere poterat, & debebat per ſe, vel per alium inter Velam, & Bez in Parrochia Chiliac.

Item dominus Stephanus de Chantriaco homo ligius confitetur tenere à domino Baugiaci quidquid habet in Parrochia de Gregio.

Item Stephanus de Sachins fecit fidelitatem ſalua fidelitate G. domini de Chamont, & tenet ab ipſo quidquid habet apud Sachins.

Dominus Guigo de Chanciaco homo confitetur tenere ab eo quidquid habet in Parrochia de Chilliaco, videlicet prata inter aquam de Vela, & inter aquam quæ dicitur Vieez.

Dominus Iacobus Bochi homo ligius confitetur tenere ab eo domum ſuam de Amoret, cum omnibus foſſatis, & fortalitiis eiuſdem domus: Item tres ſolidos Matiſconenſes in manſo Guillermi Papel, & partem ſuam domus ſitam apud Baugiacum; videlicet medietatem.

Dominus Guigo de Garnerens recognoſcit ſe eſſe hominem ligium domini Baugiaci, & ſe tenere ab eo in feodum domum de Genoſt, cum appenditiis, & quidquid tenet apud Pontem-Velæ, tam in molendinis, aquis, & aliis rebus & quidquid habet apud Cornaton pro vxore ſua, quod petitur cum domino Mayolo de Vernuel.

Guido de Seluignié domicellus, facto homagio ligio, & iurata fidelitate, recognoſcit ſe tenere à domino Baugiaci in feodum ligium domum ſuam de Seluignie, & quidquid habet, & tenet in villa ſancti Triuerij vſque ad eruceam Foyſſiaci; & quendam Manſum ſitum apud Grandem vallem, qui dicitur manſus Morellorum: Item vnum manſum dictum Manſum Bernardi Belacin ſitum apud Grandem vallem: Item vnum plaſtrum dictum Plaſtrum domini de Pallicia, & tenet in homagium ligium nomine vxoris ſuæ, & dominus dedit ei inducias, quouſque habeat hæredem quem reddat.

Guillermus dominus ſancti Amoris, facto homagio ligio & iurata fidelitate, ſalua fidelitate Epiſcopi Matiſconenſis & domini Ioannis de Cabilone, confitetur tenere villam Nouam cum omnibus territoriis villagiis, & omnibus aliis exiſtentibus à Vado de Mayuaes in aqua de Beſançon citra versùs ſanctum Triuerium.

Item dominus Arlers de Viriſet miles iurata fidelitate confitetur tenere ab eodem in feodum ligium quidquid habet in manſo terra, quod ab ipſo tenet Aymo Balbi de Romanay.

Dominus Humbertus de Agneres homo ligius iurata fidelitate confitetur tenere ab eo domum ſuam ſancti Iuliani, & les Calunges Bernardi Fanel: Item ſubſequenter apud Cuſiriacum recognouit tenere in feodum à domino Baugiaci partem quam ipſe tenet in decima de Leſcherous, quam ſibi donauit domina Iuliana vxor quondam domini Petri Breyſſans.

Item dominus Petrus Brayſſenz homo ligius confitetur tenere ab eo quidquid tenet à cruce de Foyſſiaco vſque ad Pontem de Vauz, & hoc nomine vxoris eius.

Iaquetus de Signifiey homo ligius iurata fidelitate confitetur tenere à domino Baugiaci domum ſuam de Signifiey, cum fortalitiis, & foſſatis: Item Manſum de Vernouz in Parrochia ſancti Triucrij.

Item Andreas de ſancto Amore domicellus homo ligius, ſalua fidelitate Comitis de Cabilone, & Epiſcopi Matiſconenſis, iurata fidelitate confitetur tenere à domino Baugiaci quidquid habet de vadis villa ſancti Amoris, citrà versùs terram Baugiaci.

Item domina Beatrix vxor quondam domini de Luayſi, facto homagio ligio iurata fidelitate, confitetur tenere à domino Baugiaci in feodum ligium Caſtrum de Beluier cum pertinentiis, & appendentiis vniuerſis, & feodo & retrofeodo, ſaluo feodo quod tenet à Priore Gigniaci, & feodum dictum Logalos, & feodum dictum Lopelachaz.

Item Stephanus de Grandi-valle facto homagio ligio iurata fidelitate, confitetur tenere à domino Baugiaci quidquid habet apud Curtoz, & quidquid habet apud la Leſeri.

Item Mayolus de Menthonay, pro ſe & fratre ſuo facto homagio ligio iurata fidelitate, confitetur tenere à domino Baugiaci domum ſuam de Menthouay, & quidquid tenet in Parrochia de Menthonay: Item quidquid habet in villa de Priuages: Item quidquid tenet de feodo dictorum Guschardi al Richanis. Item quidquid tenet in ſucceſſione Petri de Cortoz, de quo ipſo & dominus Paigniuci pluries litigauerunt, & ſpecialiter de domo de Dureſtain.

Stephanus dominus Cologniaci, facto homagio & iurata fidelitate domino Baugiaci, recognoſcit ſe tenere ab ipſo quidquid habet apud Sayſiriacum, & ad Reuermont, & apud Treconas; & quidquid habet in Parrochia de Attigna de feodo vel retrofeodo.

Poncetus de Gigniaco facto homagio ligio, & iurata fidelitate, ſalua fidelitate domini ſancti Amoris, recognoſcit ſe tenere in feodum pro vxore ſua quidquid tenet in villa, & territorio de Auignion.

Poncetus

Poncetus de Moyſié facto homagio ligio, ſaluis fidelitatibus domini Henrici de Paigniaco, & domini de Cuſcllo iurata fidelitate confitetur tenere à domino Baugiai quidquid habet apud Foreſtam, & tenementum Ioannis de la Foreſt, & Pratum de Forchia.

Hugoninus de Tenarre domicellus facto homagio ligio iurata fidelitate domino Baugiai, ſalua fidelitate Domini Henrici de Pagnejo, recognoſcit ſe tenere in feodum à dicto domino Baugiai quidquid tenet in Parrochia de la Frana, vbique exceptis conquerementis habitis à domino Guillermo Chagrin.

Ioannes de Tenarre facto homagio ligio iurata fidelitate, confitetur tenere domum ſuam fortem de la Froca, & quidquid habet in Parrochia de la Froca, ſaluo vno Manſo terra dicto Longreley.

Ioannes dominus de Loyſié facta fidelitate confitetur ſe eſſe hominem ligium domini Baugiai, ſalua fidelitate domini Henrici de Paignye, & tenere ab eodem quidquid pater ſuus tenebat die obitus ſui, per ſe, vel per alium, ex cauſa diuiſionis, quam habuerat ratione vxoris ſuæ à domino de l' Asbepin.

Item Guillermus de Andelos homo ligius ſalua fidelitate domini de Andelor iurata fidelitate recognoſcit ſe debere tenere quidquid habet vxor ſua Margarita, vel habere debet in mandamento Cuſiriaci domini Baugiai feudale.

Item Humbertus de Tregnay iurauit facto homagio ligio, ſaluo feodo Stephaneti de Cabilone, iurata fidelitate confitetur tenere à domino Baugiai quidquid habet apud Auignion, & in territorio de Auignion tam in tachiis quàm in aliis.

Item Ioannes dominus de Loyſie, facta fidelitate, & homagio, ſaluo iure alterius, confitetur tenere ab eodem manſum dictam Manſum als Alpins.

Reynaudus de Monconi domicellus facto homagio ligio, ſaluis fidelitatibus domini Henrici de Paignye, & domini de Vardo, iurata fidelitate confitetur tenere quidquid habet apud Briana.

Vuardus de Chillia domicellus homo ligius, ſalua fidelitate Comitis Viennenſis, domini de Cuſel; & domini de Ruphiex, iurata fidelitate confitetur tenere à domino Baugiai, quidquid habet, vel tenet in mandamento Cuſiriaci, & quidquid tenet, vel habet aluei, vſque ad Sagonam, exceptis iis quæ tenet à domino de Cuyſel, & quidquid tenet apud Vlmas, & quidquid tenet in pedagio de Loyſia; videlicet in vno quocumque troſello vnum oboluin Pariſienſem.

Dominus Petrus de Chabannis miles, facto homagio ligio, & iurata fidelitate domino Baugiai, recognoſcit ſe tenere ab eodem in feodum quidquid habet apud Chamaranda.

Hugoninus de Caſtellione domicellus facto homagio, & iurata fidelitate domino Baugiai recognoſcit ſe tenere ab eodem in feodum quidquid habet in Parrochia de Virià, & domum fortem Guilliermi de Felins domicelli, quam idem Guilliermus tenet apud Lugniacum ab ipſo Hugone, cum receptaculo dicta domus.

Dominus Amedeus de Lugniaco miles facto homagio ligio, & iurata fidelitate confitetur tenere quidquid habet apud Chauanes, & Albignié, ſaluis terris dictis Segumanges.

Dominus Poncius de Monteruyn miles homo ligius facta fidelitate recognoſcit tenere domum ſuam de Marigaià, & quidquid habet inter aquam de Igon, & aquam de Reyſſuſa exceptis duobus ſeyteriis prati & duobus iornalibus terræ, quæ de nouo acquiſiuit.

Item Perrotus de Salmoya domicellus homo ligius, excepta fidelitate Epiſcopi Matiſconenſis, iurata fidelitate confitetur tenere quidquid habet apud Salmoya, ſalua domo ſua, quam tenet ab Epiſcopo prædicto.

Item Guychardus de Laya iurauit homo ligius domini Baugiai, & confitetur tenere ab eo domum ſuam de Laya cum fortalitiis, & foſſatis, & quidquid habet in Parrochia de Hurigniaco iuxta Matiſconem vltrà Sagonam.

Hugo de Laya confitetur tenere in homagium quidquid habet in Parrochia de Hurigniaco versùs Matiſconem.

Guillermus de Sagiaco homo ligius domini Baugiai iurata fidelitate confitetur tenere ab eodem in homagium ligium, omnia bona, poſſeßiones, iura, corporalia, & incorporalia quæ habet, & tenet, vel alius pro eo, vel ab eo in tota Caſtellania.

Dominus Humbertus de Faya miles iurata fidelitate, & facto homagio, ſalua fidelitate domini Sanctæ Crucis, confitetur iuramento tenere à domino Baugiai quidquid habet in loco qui dicitur Foreſt iuxta villam de Vornel, in Caſtellania de Sagiaco, & quidquid habet in eadem Caſtellania.

Iaquetus d' Andelot iurata fidelitate confitetur iuramento tenere in homagium ligium, ſalua fidelitate domini Colonicenſis, à dicto domino Baugiai Manſum as Gruaz de Vinges, & quidquid habet in Caſtellania de Sagiaco.

Dominus Egidius de Belfort facto homagio ligio, & iurata fidelitate domino Baugiai; ſalua fidelitate hæredum Comitis Cabilonenſis, & domini de Turre, recognoſcit ſe tenere à domino Baugiai quidquid habet in Caſtellania; & mandamento Sagiaci.

Fulco de Sachins domicellus facto homagio ligio, & iurata fidelitate confitetur ſe tenere. In feodum ligium à domino Baugiaci ſextam partem decimæ de Condeyßia.

Dominus Berardus de Lyonnieres homo ligius ſaluis fidelitatibus domini de Corgenon, & Ioannis de Moreſtel, confitetur tenere ab eo quidquid habet in mandamento & territorio Caſtri Sancti Marcini.

Dominus Poncius de Lyonnieres filius dicti domini Berardi homo ligius ex parte vxoris ſuæ, & filiæ vxoris ſuæ, & tenet ab eo domum de Sura cum appenditiis: Item Manſum Petri de Corgenoret: Item decem ſolidos Viennenſes ſuper molendinum, quod tenet Berardus de Buella. Item Manſum Amiecam ſitum in Parrochia de Sancto Rumey: Item quatuor libras, decem ſolidos Viennenſes, quæ ſibi debent aſſignari in mandamento Burgi. Item Manſum de Roſeres ſitum in Parrochia de Buella, pro quo debet homagium pro ſe.

Bertrandus filius quondam Ioannis de Sagié facta fidelitate confitetur tenere à domino Baugiaci in homagium ligium quidquid tenet per ſe, vel per alium in caſtellania Sagiaci de tenemento patris ſui, & ex nunc accepit in feodum à dicto domino quidquid poſſet acquirere in caſtellania prædicta.

Item Berardus de Beyuiers homo ligius confitetur tenere ab eo quidquid habet in Parrochia Foyſſiaci, & medietatem decimæ de Craſſo, & quidquid Pater ſuus habebat in Parrochia de Marbo.

Guilliermus de Foyßia homo ligius iurata fidelitate confitetur tenere à domino Baugiaci in homagium ligium quidquid habet apud Foyßia, & Poypiam ſuam de Foyßia, cum omnibus pertinentiis, & appendensiis, & eſcheytis, excepto nemore quod tenet de Hugone de Montfort, & excepto quodam prato quod tenet à domo de Saint Oeno.

Item Guido de Foyßia frater prædicti homo ligius iurata fidelitate confitetur tenere à domino Baugiaci quidquid habet apud Foyßia, & in Parrochia de Foyßia, excepto nemore quod tenet de Hugone de Monsfort, & excepto prato quod tenet de domo de Saint Oyent.

Guilliermus de Foyßia facto homagio legio confitetur tenere à domino Baugiaci quidquid tenet, & habet in Parrochia de Foyßia, exceptis hiis quæ tenet ab Hugone de Montfors.

Anno Domini M. CC. LXXIX. die veneris poſt octauam Paſchatis apud Baugiacum dominus Pontius de Olemeneià miles facto homagio ligio confitetur tenere à domino Baugiaci in homagium ligium quidquid habet ratione dominæ Petronillæ, quondam filiæ domini Ioffredi de Broces nunc vxoris ſuæ in Parrochiis de Chiurons, de Boyſſey, & de Donno-Martino.

Die Iouis poſt octauas Pentecoſtes Dominus Gautherius de Pratis miles facto homagio ligio, ſalua fidelitate domini Bellijoci, confitetur tenere à domino Baugiaci in feodum ligium ratione dominæ Petronillæ filiæ domini Iacobi de la Fayola nunc vxoris ſuæ quidquid habet in Parrochia de Nouilla & in Parrochia de Sulignià, & de ſancto Iuliano; & ſi plus eſt debet id recognoſcere infrà quindenam Sancti Ioannis Baptiſtæ proximam.

Die Martis poſt quindenam Pentecoſtes, anno quo ſuprà, apud Sanctum Iulianum Hugo de Foyßia domicellus facto homagio ligio confitetur tenere à domino Baugiaci in feodum ligium quidquid habet in Parrochia de Foyßiaco, ſalua vna parte de hoc quod tenet in nemore de Treyſſan, quam partem tenet de Hugone de Montfort.

Die Mercurij poſt quindenam Pentecoſtes Guilliermus filius Hugonis de Bueno domicellus facto homagio, ſalua fidelitate domini de Turre, confitetur tenere à domino Baugiaci, quidquid habet in Parrochia de Sayßrià de Reuermont.

Memorandum, quod in mei præſentia recognouit Wilermetus de Mont-falcon de Caſtellania Sancti Martini quod quidquid pater ſuus habebat apud Monfalconetum eſt de feodo domini de Sancto Ciryco anno domini L XXVI. antè quàm dominus iret in Angliam, videlicet die lunæ ante Aſſumptionem Beatæ Mariæ Auguſti. Iaquetus de Belloforti iurata fidelitate recognoſcit senere à domino Baugiaci in feodum ratione Sybillæ vxoris ſuæ quondam filiæ Petri Chaboudi quidquid dominus Petrus habebat in Parrochia Foyßiaci; & quidquid item Iaquetus senet in dicta Parrochia, & apud Chimilliacum.

Picardus de Balma, dictus Ioannes, facto homagio ligio confitetur tenere à domino Baugiaci in feodum ligium quidquid ipſe habet, vel pater ſuus habebat tempore mortis ſuæ, in Parrochia Sancti Andreæ lo Panous, & in augmentum huius feodi cepit die Martis poſt feſtum beati Barnabæ Apoſtoli anno L XXIX. Manſum de Genetey, & Manſum Albornors, cum pertinentiis, & appendentiis, ſitos in Parrochia de Monracol.

Ogerius de Sancto Ciryco confitetur facto homagio ligio tenere à domino Baugiaci in feodum ligium pro Iſabella vxore ſua quendam Manſum cum appenditiis, qui dicitur Manſus del Chano, ſitus apud Torna in Parrochia de Sancto Ciryco.

Die lunæ poſt octauas Pentecoſtes apud Baugiacum anno L XXX. dominus G. Rebatini Miles facta fidelitate, & homagio confitetur tenere à domino Baugiaci nomine dominæ Agnetis vxoris ſuæ filiæ quondam

quondam domini Anthonij de Sancto Ciryco domum ſuam de Chaſaigni in Parrochia de Conſrançon, & ſeruitium, ſeu redditus, quæ percipit apud Baugiacum, & Roignonos porcorum occeſorum apud Baugiacum ad vendendum.

Die Sabbathi poſt octauas beati Michaëlis dominus Guillermus de Sancto Sulpitio miles, facta fidelitate ligia, ſalua fidelitate domini Roberti de Caſtellione, confitetur tenere à domino Baugiaci domum ſuam, ſitam prope domum domini Ogerij de Sancto Sulpitio & quadraginta maiteriatas terræ & Boſci: videlicet illas quas habet propinquiores ipſi domui, & plauſtrum vnum, quod habet apud Baugiacum.

Die luna poſt octauas beati Martini hyemalis recognouit dominus Henricus de Saluagie miles tenere à domino Baugiaci in feodum in præſentia magiſtri Ioannis de Charrello Manſum de les Abgeres, cum pertinentiis, tam in vineis, pratis, quam terris cultis, & non cultis, & hoc idem filius de Danpirenches recognoſcit tenere à domino Baugiaci.

Die Iouis, poſt feſtum beati Iacobi Apoſtoli Humbertus de Sancto Amore frater domini Sancti Amoris facta fidelitate confitetur tenere à domino Baugiaci in homagium ligium domum ſuam dictam Villam nouam, cum pertinentiis, & appendentiis: videlicet quidquid tenet ab aqua dicta Serena vſque ad Sanctum Amorem.

Memorandum quòd hæredes de Montegilbert debent tenere in feodum villagium vnum, quod eſt prope domum domini Petri de Monjay, quod, vt dicitur, recognouerunt à Domino G. de Paigny.

Relicta domini Stephani de Chointriaco, facto homagio ligio, & iurata fidelitate, domino Amedeo domino Baugiaci recognouit tenere in feodum ab eodem quidquid habet in Parrochia de Chillia, & in tota terra Baugiaci, excepto Manſo de foreſta in Parrochia de Cormarenchi.

Anno domini M. CC. LXXX. ix. die veneris ante carnis priuium, vetus, Berlio de Montferrant facto homagio ligio domino Baugiaci, & iurata fidelitate, recognouit tenere ab eodem nomine vxoris ſuæ neptis Guidonis d'Eſpinous, quidquid tenet apud Foyſſia.

Anno LXXXX. ii. Andreas de l'Abeſpin feeit fidelitatem & homagium domino Comiti, occaſione partis quam habet, vel habiturus eſt in bonis, & hæreditate domini Hugonis Seſehaux, nomine vxoris ſuæ dicti domini Hugonis filiæ.

Hugoninus de Sancto Ciryco facto homagio ligio domino comiti domino Baugiaci cepit in feodum ligium ab eodem Manſum ſuum de la Belmeri ſitum apud Inſulam in Parrochia Sancti Ciryci, & quidquid habet apud Inſulam.

Anno Domini M. CC. LXXX. ix. die Iouis ante feſtum Apoſtolorum Philippi, & Iacobi apud Burgum, Hugo de Vernalio filius quondam domini Mayoli de Vernalio facto homagio ligio, & iurata fidelitate, confitetur tenere à domino Baugiaci in feodum ligium domum ſuam de Vernueil, in Parrochia de Confrançon cum foſſatis, & fortalitia tota & curtilibus, & les Ayes.

Item eodem die facto homagio, & iurata fidelitate confitetur tenere in homagium ligium ratione & nomine Iaquetæ vxoris ſuæ, filiæ quondam domini Poncij de Montruyn, quidquid ipſe de bonis & hæreditate domini Poncij prædicti tenet inter Reyſſuſan, & Ygon; ſalua tribus peciis terræ & vno prato, quæ acquiſita ſunt de nouo, de quibus debet certificare not.

Anno quo ſuprà die luna noua die Maij apud Baugiacum Perraudus Chabua facta fidelitate recognouit ſe eſſe hominem ligium domini Baugiaci, & tenere ab eo in feodum ligium quidquid ipſe tenet vel alter ab eo in villa Villarij-Solier & pertinentiis dicta villa.

Eodem die, & eodem anno idem Perraudus confitetur tenere nomine: & ex parte Iocerandæ vxoris ſuæ filiæ quondam Stephani de Chaſteillon in feodum ligium, Mottam, & Caſale de Luyſeyt, & Manſum de Brueria, & quidquid habet vel alter tenet ab eo apud Curtilari, & apud Bræias, & generaliter omnes pertinentias, & appendentias de Luyſeyt & dictarum villarum de Curtilari, & de Broces, & ſi plus teneat debet recognoſcere, infrà ..... & ſpecialiter ſi feoda quæ tenentur ab eo ſunt de feudo, aut non.

Anno eodem die veneris in craſtina Aſcenſionis domini Guilliermeta de Foyſſia domicella feeit homagium ligium domino Comiti Sabaudiæ, & recognouit tenere ab eo omnia quæ habet, ſeu poſſidet, per ſe, vel per alium, in Parrochia de Foyſſiaco, excepta parte ſua Nemoris de Trayſon, quam ipſa tenere ſolebat de Hugone de Monteforti, quam ipſa tenet recognoſcit à dicto domino Comite, prout eſt, non & prout debet.

Die Mercurij poſt Paſcha anno LXXX. viij. Ioannetus dou Sayt iurata fidelitate, & facto homagio ligio confitetur tenere à domino Baugiaci in feodum ligium Manſum de Glandon, & partem ſuam Molendini de les Chable & quidquid habet circa portas Chaſtellionis.

Gutotus de Sancto Ciryco filius domini Bertholomæi de Sancto Ciryco militis facta fidelitate ligia confitetur tenere à domino Baugiaci in homagium ligium domum ſuam fortem de Lougua cum recepto ipſius.

Die luna poſt quindenam Paſchatis Perretus de Salmoya filius Guillermi de Salmoya, facta fidelitate, & homagio ligio apud Eſpeyt, recognouit ſe tenere à domino Baugiaci Motam, ſeu Poypiam,

quam habet apud Salmoya cum porprisia, & fossatis.

Dominus Guygo de Silua miles iurata fidelitate, & facto homagio ligio confitetur tenere à domino Baugiæi domum suam de Silua, & vnam peciam terræ sitam in Campo Pelos, continentem vnam eminam terræ; & est sciendum, quod dominus fecit ei gratiam super homagio recipiendo propter senectutem.

PRIVILEGES D'AMÉ VII. DV NOM COMTE, PVIS PREMIER DVC DE SAVOYE en faueur des Habitans de Bourg.

Tirée des Archiues de la ville de Bourg.

NOS Amedeus Comes Sabaudiæ notum facimus vniuersis tenore præsentium, quod cum dilectus noster Petrus Moutonis Commissarius, & receptor extentarum nostrarum villæ, & Castellaniæ nostræ Burgi; nec non Procurator noster Fiscalis, traxerint in causam nonnullos Burgenses, habitatores, & incolas dictæ villæ nostræ Burgi, coram nostro nobiscum residenti Consilio, super eo videlicet quod dicti Commissarius, & Procurator noster dicebant & proponebant contrà dictos Burgenses nostros, seu aliquos ex ipsis, quod ipsi, seu nonnulli ex ipsis, certas eorum res, bona, & possessiones de nostro feudo, seu emphiteosi, directóque dominio mouentes, titulo donationum, tam inter viuos, quàm causa mortis, permutationum, excambiorum, hæredum institutionum, & legatorum, dotis constitutionum, & assignationum, ac restitutionum alienauerunt, & transtulerunt, absque laude, & consensu nostro, nulla petita seu obtenta inuestitura, nullisque laudibus, seu laudimiis nobis persolutis, nec non dicebant, quod per triennium soluere cessauerunt census, & seruitia nobis debita de certis eorum possessionibus, de nostro feudo, emphiteosi, & dominio directo mouentibus, quare dicebant, & proponebant dicti nostri commissary, & Procurator, dictas res possessiones, & bona per modum suprà dictum transtata, & alienata, & de quibus cessatum fuerit per triennium censum seu seruitium soluere, fuisse escheyta, aperta, & commissa. Petentes ità per dictum nostrum Consilium declarari, & pronunciari certos processus contrà nonnullos ex dictis Burgensibus super præmissis factos, exhibendo coram dicto nostro Consilio & producendo, pranominatis Burgensibus nostris; nec non Stephano de Sanciaco, Ioanne Testuti Syndicis, & Ioanne Durandi Procuratore villæ, & Communitatis nostræ antedictæ Burgi pro iure, & interesse Communitatis, conseruationéque francheſiarum, libertatum, vsus, ac consuetudinis dictæ villæ, & communitatis tam ex aduerso, & in contrarium se opponentibus, quàm dicentibus prædicta per dictos Commissarios, & Procuratore nostro petita, & requisita, fieri non debere maximo vigore francheſiarum, & libertatum, priùs per Dominos Baugiæi, & subsequenter per Illustres Dominos Sabaudiæ Comites prædecessores nostros charissimos eisdem Burgensibus habitatoribus, & incolis dictæ villæ nostræ Burgi, datarum, concessarum, & confirmatarum: Asserentes per tenorem dictarum francheſiarum, & libertatum, se fore francos, & liberos à præmissis, & quacumque alia specie seruitutis, seu exactionis, nec non vigore vsus, & consuetudinis dictæ villæ, & Communitatis secundum quos vsus, & consuetudines ipsi Burgenses, & habitatores asserunt licitè, & liberè posse eorum res, & possessiones maximè ex titulo institutionis hæredis, legati, donationis causa mortis, seu inter viuos, permutationis, seu cambij, constitutionis, assignationis & restitutionis, dotis, transferre, seu alienare, nulla petita laude seu inuestitura, nullisque solutis laudimits, absque eo quod dictæ res, possessiones, & bona, nobis sint escheyta, aperta, vel commissa; dicentes dicti Burgenses, Syndici, & Procurator ità esse, & fuisse assuetum, & obseruatum in dicta villa Burgi altisque locis circumstantibus, & vicinis spatio decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, & sexaginta annorum proximè, & continuè preteritorum; tuntique temporis, quod de contrario hominis memoria non existit. Petentes per nos dictas francheſias, libertates, vsus, & consuetudines obseruari, séque à petitione dictorum nostrorum Commissarij & Procuratoris eximi, & liberari, producentes ad præmissorum verificationem, in quantum in facto consistunt, dictosque vsus & consuetudines concernunt dictas francheſias, nec non & articulos infrà scriptas; ad quos probandos se petierunt admitti: sequitur tenor dictorum articulorum. Intendunt probare coram vobis honorabili, & spectabili Consilio Illustrissimi Principis Domini nostri Domini Amedei Sabaudiæ Comitis Ioannes de Sanciaco, Ioannes Testuti, & Ioannes Durandi Syndici, & Procurator vniuersitatis, & Communitatis hominum villæ Burgi. Et primò quod dicti habitantes, & incolæ, & quilibet ipsorum, ac etiam omnium habitantium in terris Baugiæi, Reuersimontis, ac tota patria Breſsiæ, & eorum prædecessores, tam de vsu stylo, & consuetudine, notoriè, & legitimè præscriptis in villa, & territorio prædictis ac locis circumuicinis possint, & debeant bona sua immobilia quæcumque de directo dominio præfati

Domini

Domini noſtri, & caiuſuis alterius Domini monentia dare ſeu concedere caiuis perſonæ, donatione cauſa mortis, & irreuocabili facta inter viuos, abſque eo quod petierint donatarij, peteréque, ſeu requirere teneantur & conſueuerint laudari, ſeu inueſtiri à Dominis directis rerum donatarum, ſiue quoque ſoluerint inde aliqua laudimia dictis Dominis directis, & ità ſe habet, & habuit vſus, ac conſuetudo palam, publicè, notoriè, & manifeſtè, per decem viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, centum pluresue annos, & tantam temporis quod hominis memoria non eſt in contrarium, ſucceſſiuè, quod nedùm prædicti Burgenſes, & habitatores villæ prædictæ, & etiam locorum, & terrarum prædictarum, modo prædicto, res ſuas immobiles donare poſſint, verùm res, bona, & poſſeſſiones ſuas immobiles, vel plures quibuſuis perſonis excambiare ſeu permutare abſque eo quod petierint ſe inueſtiri ſeu laudari conſueuerint à Dominis directis rerum permutatarum, abſque eo quod inde laudimia dictis Dominis ſoluerint, maximè quando per ulteram partem, non interueneruat, aut data fuerunt torna alteri parti, & quando torna interueniunt, de eiſdem tornis ſoluere conſueuerunt laudimia per integram; & ita vſi fuerant per tempora ſuprà dicta, palam, publicè, notoriè, manifeſtè, pacificè, & quietè: Item, & pari via Burgenſes, & habitatores villæ, & locorum prædictorum, ac eorum prædeceſſores bona ſua immobilia quæcumque dare in dotem filiabus, ſororibus, & quibuſuis aliis perſonis, & prædicta dote conſtituta, dictas eorum res in aſſignationem dictarum dotium tradere vel aſſignare prædictis filiabus, ſororibus, & vxoribus in reſtitutionem dotis ſub gratia reemptionis conſueuerunt; abſque eo quod dicti Burgenſes, & habitatores, ſeu eorum aliqui petierint ſe inueſtiri ſeu laudari à Dominis directis rerum ſibi donatarum, & abſque eo quod ipſis Dominis ſoluerint inde aliquas vendas, ſeu laudimia, & ita vſi fuerunt per tempora ſuprà dicta, publicè, notoriè, & manifeſtè. Item quod præmiſſis attentis clariſſima ratione detegitur dictos Burgenſes habitatores, & incolas teneri debere exemptas liberas, & immunes à prædictis petitionibus, ſeu requiſitionibus, inueſtituris, & laudibus, ac omni ſolutione laudimiorum & vendarum dictis Dominis directis caſibus ſuprà dictis. Item quod prædicta ſunt vera notoria, & manifeſta, & de ipſis, & quolibet præmiſſorum eſt publica vox, & fama ſuper quibus articulis, vſu, & conſuetudine prædictos noſtros Burgenſes Syndicos, & Procuratorem vt ſuprà propoſitis petitis, & allegatis dictum noſtrum Conſilium teſtes & informationes recepit, & examinari fecit per Andream Martini Secretarium noſtrum infrà ſcriptum, commiſſariam ſpecialem ad præmiſſa eundem faciendo; quos quidem teſtes, & alias informationes per dictam noſtram Secretarium receptas, & examinatas idem noſtrum Conſilium inde publicauerit, vt eis publicatis, & apertis pronomisnati noſtri Burgenſes & Syndici petierunt vt ſuprà dictos vſus, & conſuetudines per nos declarari, obſeruari, & approbari, ſilentiámque dictis noſtris Commiſſariis, & Procuratori imponi, ſupplicauerúntque nobis vt ſuas franchefias, de quibus præfit mentio, omnes, & ſingulas confirmare eiſdem dignaremur, ac etiam ſibi per nos licentiam, & auctoritatem dari, & impartiri, turres portarum, & mœnioram, clauſuras fortificationis dictæ noſtræ villæ locandi, tradendi, abbergandi, & appenſionandi, Burgenſibus tamen, & habitatoribus dictæ villæ, pretiáque, & emolumenta dictorum abbergamenti, locationis, & appenſionationis ad vtilitatem & commodam dictæ villæ, & communitatis applicanda & conuertenda tempúſque, & termiaam communis leuari ſolitam in dicta Villa, & Caſtellania pro fortificatione ipſius villæ per viginti annos, à tempore ſumendi termini dicti commanis, per bonæ memoriæ Dominum Genitorem noſtrum quondam chariſſimum, ſtatuti, limitati, & declarati, inchoandos, ſibi prolongari, & eiſdem remitti, & quitari pœnas quaſcumque, ſi quas incurrerant erga nos ſeu quicquam delinquere potuerunt, implicando de exitibus, & valoribus dictis communis in aliis vſibus quàm in fortificatione villæ noſtræ antè dicta, nec non, & per nos ordinari, vt omnes, & ſingali, res, poſſeſſiones, & bona, immobilia tenentes, & poſſidentes, & qui in futuram tenebunt, & poſſidebant infrà dictam villam, & terminos franchefiarum, & libertatam dictæ villæ ſoluant, & contribuant cum eiſdem Burgenſibus incolis, & habitatoribus in miſſionibus, & expenſis communibus dictæ villæ, & commanitatis pro rata, & ſecundùm facultatem bonorum, quæ infrà dictam villam franchefias, & libertates eiuſdem tenent, & poſſident, ſeu tenebant, & poſſidebunt in futurum ſecundùm formam ordinationis & litterarum ſuper præmiſſis factarum, & dictæ villæ, & communitati conceſſarum per præfatum Dominum, & Genitorem noſtrum: cùm nonnulla perſona certas res, poſſeſſiones, & bona infrà dictam villam, & terminos eius franchefiæ, & libertatis tenentes, & poſſidentes in dictis communibus miſſionibus, & expenſis ſoluere & contribuere recuſent, & contrà dicant, contrà formam dictarum literarum, & iuris communis formam, aſſerentes ſe literas contrarias de non contribuendo in præmiſſis à nobis, & prædeceſſoribus noſtris impetraſſe ſeu obtinuiſſe: Inde eſt quod nos habita matura deliberatione, & conſilio deliberato cum Gubernatore, & Conſiliariis noſtris infrà ſcriptis, viſis probationibus per dictos Burgenſes, Syndicos, & Procuratorem, inde factas, habitáque relatione fideli dilectorum noſtrorum Dominì Ioannis Domini Corgenonis Conſiliarij, & Bailliui noſtri Breſſiæ, Caſtellaníque prædictæ villæ, & Ioannis Veneti eius locum tenentis in dicta Caſtellania Burgi, quibuſdam dictis officia tenuerunt

&

& exercuerunt, & qui nobis in vera conſcientia, & veraciter atteſtando dixerunt, retulerunt, & teſtificati fuerunt, contenta, & deſcripta in dictis articulis ſubſcriptis fore vera, & ita vſum fuiſſe ſemper in dicto loco Burgi & quod idem Dominus Corgenonis, & eius prædeceſſores ità vtitur, & vſi fuerunt in eorum terris, poſſeſſionibus, & bonis, & de eorum feudo, emphiteoſi, directóque Dominio mouentibus, ſitis, & exiſtentibus tam in loco Burgi, quam in dicto loco Corgenonis, Mellionaci quàm etiam alibi, habitu etiam ſuper præmiſſis relationes Andreæ de ſancto Amore Conſiliarij & magiſtri hoſpitij noſtri, Caſtellanique noſtri ſancti Triuerij de Cortous, quod ita vtitur, & vti conſuetum eſt in dicto loco ſancti Triuerij, & etiam vtitur, & vſus fuit in dicta Caſtellaniæ officio in rebus, & bonis de noſtro feudo, & emphyteoſi, directóque Dominio mouentibus, & quod etium ità ibidem vtuntur nobiles feuda ſeu directa dominia ibidem habentes: Volentes dictos noſtros Burgenſes habitatores, & incolas dictæ villæ noſtræ Burgi fauoribus tractare gratioſis, attentis in hac parte, & conſideratis bonis contanis, & laudabilibus ſeruitiis per ipſos nobis factis, & impenſis, & quæ quotidie inceſſanter facere, & impendere non deſinunt, nolentes ipſos proceſſibus inutilibus inuolui laboribúſque vel expenſis fatigari, ſed ipſos ab eiſdem oppreſſionibus, & moleſtationibus indebitis cupientes releuari dictámque noſtram villam, & eius decorem augeri, & in melius reformari; ex noſtra certa ſcientia, deliberatóque propoſito pro nobis, & noſtris perpetuò ſucceſſoribus omnes, & ſingulas franchefias, libertates, priuilegia, & immunitates dictis Burgenſibus habitatoribus, & incolis villæ noſtræ prædictæ Burgi, tam per Dominos Baugiaci quondam, quàm per inclytarum recordationum Dominos, Dominos Sabaudiæ quondam Comites prædeceſſores noſtros chariſſimos hactenùs conceſſos, & conceſſa, confirmatos, & confirmata; cum earum, & cuiuſlibet ipſarum clauſulis, capitulis, utque membris. Similiter laudamus ſerie præſentium, ratificamus, & confirmamus. Item declarumus, ordinamus, & pronunciamus dictos noſtros Burgenſes & habitatores præſentes, & futuros licitè, & liberè, & impunè poſſe ſibi, & licere, res, poſſeſſiones, bonáque immobilia, de feudo, emphyteoſi, ſeu directo Dominio mouentia, per hæredum inſtitutiones, legatum, teſtamentum, codicillum, donationem cauſa mortis, ſeu quamlibet aliam voluntatem vltimam, in quoſcumque voluerint, conſanguineos, ſeu extraneos pro libito meræ voluntatis transferre, ſeu alienare, abſque eo quod aliquas laudes, ſeu pro ipſis laudibus nobis, & noſtris ſucceſſoribus dare, ſeu ſolucre aliquid quomodolibet, nunc vel in futurum teneantur. Item dicimus, & pronunciamus prout ſuprà quod dicti Burgenſes, & habitatores præſentes, & futuri, licitè, liberè, & impunè poſſint eorum res poſſeſſiones, & bona immobilia de noſtris feudo, & emphiteoſi, directóque Dominio, vt ſuprà mouentia, titulo donationis irreuocabilis inter vinos, in quoſcumque voluerint pro libito meræ voluntatis transferre, & alienare, & ipſas res, & bona in dote, & ex cauſa dotis veræ filiabus, ſororibus, nepotibus, & vxoribus, & quibus voluerint conſtituere, donare, aſſignare, obligare, ſeu hypothecare & in aſſignationem, & affectamentum tradere, & ſic tali modo traditas inde repetere, & rehabere, ipſaſque res, & bona inuicem permutare, ſeu cambiare abſque eo quod pro præmiſſis alienationibus ſeu tranſlationibus, ſeu alia ex ipſis nobis, ſeu ſucceſſoribus noſtris uliquæ debeantur laudes, & venda, hoc ſaluo, quod, ſi aliquæ interueniunt in dictis permutationibus turnæ pro pluris valentia, vel uliàs, quod pro pretio dictarum turnarum nobis debeantur laudes & venda, tantùm ſaluis nobis, & ſemper reſeruatis inribus feudi, emphiteoſis directique Dominij, ſeruitutis oneribus, & tributis pro ipſis rebus, & ipſarum qualibet nobis debitis, & competentibus. Item attentis, ac conſideratis laudabilibus ſeruitiis nobis per dictos noſtros Burgenſes, habitatores, & incolas villæ noſtræ Burgi factis, prout ſuprà illatis, & impenſis in quibus cordialiter perſeuerant eorúmque precibus, & requiſitioni ſuprà ſcriptis benigniter inclinati, volentes itaque ipſos, & locum noſtrum Burgi, in melius augmentari fauoribúſque proſequi gratioſis damus, & concedimus eiſdem Burgenſibus Syndicis, & communitati noſtris licentiam, & authoritatem dictas turres villæ noſtræ antè dictæ, locandi, albergandi, & appenſionandi, quibus voluerint, dum tamen ſint Burgenſes, & habitatores dictæ villæ ſub penſione, ſeu cenſa eiſdem Burgenſibus, & communitati ſoluenda, & applicanda, & in vtilitatem dictæ communitatis conuertenda, & applicanda, iure feudi, emphiteoſis, ſeu directi dominij, ſemper nobis, & noſtris ſucceſſoribus ſaluis, & reſeruatis, & pro vno denario forti de ſeruitio annuali, pro qualibet turre, anno quolibet nobis, & ſucceſſoribus noſtris dando, & perſoluendo in manibus Caſtellani noſtri, dicti loci Burgi, qui nobis proinde tenebitur computare, ità tamen quod dicti Burgenſes, & habitatores dictas turres debeant, & teneantur pro dictis introgiis, & emolumentis manutenere, teneréque coopertas, & temporibus oportunis, & neceſſariis propter guerram, & aliàs dictas turres debeant liberè expedire quotieſcumque fuerit expediens ſeu oportunum in manibus noſtris, ſeu officiariorum noſtrorum Bailliui Breſſiæ, Caſtellani, ſeu Capitanei noſtrorum dictæ villæ pro tuitione, & conſeruatione, iuris ſtatus, & honoris noſtrorum, & villæ noſtræ antè dictæ. Item damus & concedimus etiam, & prolongamus dictis Syndicis, & Burgenſibus noſtris Burgi, commune in dicta villa, per dictos Syndicos, & communitates recuperari, & leuari ſolitum, & per præfatum Dominum, & Genitorem noſtrum, conceſſum, & per decem annos

à

à tempore finiti termini per dictum Dominum Genitorem noſtrum, conceſſi, ſtatuti, & ordinati, inchoandos, & numerandos; ità quod ſi forſan quicquam de emolumentis dicti communis, quouſque nunc ad alios actus, & vſus fuerit implicatum, qnàm in fortificatione prædicta, quittamus, eiſdem Burgenſibus, Syndicis, & incolis noſtris prædictis, & eiſdem remittimus per præſentes omnem pœnam, ſen bonum, quam, & quod ipſa occaſione incurrere potuerint, volentes nihilominus quod iidem Burgenſes, & incolæ debeant de ſuis altis pecuniis in dicta fortificatione implicare, tantumdem quantum per eos de valoribus dicti communis, fuerit alibi per ipſos vel alterum ipſarum conuerſum, ſeu implicatum, dum tamen non ſit iam pari modo compenſatum. Item franchefias, ſtatuta, & libertates, ac ordinationes per præfatos Dominos Auum, & Genitorem noſtros eiſdem communitati, & Burgenſibus datas, & conceſſas, vt omnes, & ſinguli cniuſcumque ſtatus exiſtant, res, bona, & poſſeſſiones immobiles infrà dictam villam, & limites eius libertatis, & franchefiæ habentes, tenentes, & poſſidentes, ſoluant, & contribuant, ſolueréque, & contribuere teneantnr in miſtionibus, & expenſis communibus dictæ villæ, & communitatis, prout in litteris à præfatis Dominis Auo, & Genitore noſtris emanatis latiùs continetur ratificamus, laudamus, confirmamus, & approbamus; volentes, & declarantes per præſentes, dictas litteras, & ordinationes inuiolabiliter obſeruari debere, & ad debitæ executionis effectum demandari ſecundùm ipſarum literarum continentiam, formam, & tenorem; non obſtantibus quibuſcumque literis, libertatibus, ſen mandatis in contrarium Syndicis dictæ villæ & communitatis, non vocatis à nobis ſeu Conſilio noſtro, vel aliis officiariis noſtris, quibuſcumque emanatis, per quaſcumque litteras, ſeu mandata: nolumns litteris dictorum Dominorum Aui, & Genitoris noſtrorum in aliquo derogari. Item quittamus, & remittimus pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris, quibuſcumque prædictis noſtris Burgenſibus, habitatoribus, incolis & communitati villæ noſtræ Burgi omnem eſcheytam, & commiſtionem, eſcheytæque, & commiſtionis eaſum, & actiones nobis ex quocumque titulo, ſeu cauſa competentes; & pertinentes, & quæ nobis competere poſſunt à toto tempore præterito, vſque ad idem præſentem in rebus bonis, & poſſeſtionibus immobilibus quibuſcumque dictorum noſtrorum Burgenſium, habitatorum, & incolarum dictæ villæ noſtræ Burgi de noſtro feudo, emphiteoſi, directóque Domino mouentibus, vbicumque exiſtant, tam infrà franchefiam dictæ villæ, quàm infrà dictam Caſtellaniam, & mandamentum Burgi, exceptis tamen, & nobis reſeruatis commiſtionm inribus, & eſcheytis feudorum, & retrò fendorum noſtrorum nobilium: Item exceptis, & nobis reſeruatis iuribus commiſsionis, & eſcheitæ rerum immobilium quas tenent, & poſsident Lombardi, & Iudæi vbicumque exiſtant, quæ omnia, & ſingula ſuperius deſcripta promittimns bona fide noſtra, pro nobis ſnceeſſoribuſque noſtris, quibuſcumque prædictis Burgenſibus, habitatoribus & incolis dictæ villæ noſtræ Burgi prædictæ præſentibus, & futnris tenere, & ad plenum attendere, & inuiolabiliter obſeruare, mandantes præſentium tenore dilectis Bailliuo Breſciæ, Caſtellanóque, & aliis officiariis dicti loci, & eorum locatenentibus, nec non Procuratori, & commiſſario noſtris, qusbuſcumque præſentibus, & futuris, quatenus noſtram præſentem confirmationem, declarationem, ordinationem & conceſtionem, omniáque, & ſingula præſcripta dictis Burgenſibus, Syndicis, & incolis noſtris dictæ villæ noſtri Burgi tàm præſentibus, quàm fnturis de puncto ad punctum ſoneant, attendant, & inuiolabiliter obſeruent, ipsóſque, & quemlibet earnndem dictis franchefiis, libertatibus, vſu, conſuetudine, declaratione, ordinatione, & conceſtione noſtris prædictis vti faciant, & permittant, in nullóque contrà faciant quomodolibet, vel apponant: dantes inſuper præſentibus in mandatis, prænominatis Petro Moutonis, & Procuratori noſtro, expreſsè inhibentes ne ipſi prædictos Burgenſes & incolas, ſiue aliqnem ex ipſis contrà formam, & tenorem huiuſmodi noſtræ confirmationis, declarationis, & pronuntiationis priuilegij & conceſtionis proinde inquietent, fatigent quomodolibet, vel moleſtent, proceſſus vel inquiſitores contrà formam noſtræ declarationis prædictæ pronunciationiſque, & conceſtionis factos, completos, ſen formatos, & inchoatos, cancellent, deleant, & annullent præſentibus viſis, abſque alterius expectatione mandati, quos etiam per præſentes reuocamus totaliter, & annullamus, pro quibus quidem remiſtionibus, quittationibus eſcheytarum, & commiſtionum, & conceſtione albergandi turres prædictas, necnon prolongationis termini communis prædicti, ac confirmationis franchefiarum, de quibus ſuprà agitur; nos dictus Comes habuiſſe, & recepiſſe realiter confitemur per præſentes à dictis noſtris Burgenſibus, & Syndicis communitatis prædictæ quatercentum florenos auri parni ponderis, ad rationem duodecim denariorum groſſorum monetæ noſtræ nouæ pro quolibet floreno, manu dilecti Theſaurarij noſtri Generalis Sabaudiæ Petri Andrieti, qui de ipſis nobis compntare debebit. Datum Burgi die quinta menſis Iulij, anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo per Dominum, relatione Dominorum Odonis de Villariis Gubernatoris Corgenonis, Ioannis de Conſtens Cancellarij, Iacobi Ioſtionis, & Amblardi Gerbaſij.

REQVESTE PRESENTE'E AV ROY CHARLES VII. PAR LES SEIGNEVRS, ET GENTILS-HOMMES chaſsés des Eſtats de Sauoye.

Tirée du Chaſteau de Richemont.

MESSIRE Iean de Compeys Seigneur de Thorene ſans cauſe ne raiſon s'eſt trauaillié de pourter, & faire des-honneur, & dommage à vne partie des Nobles de Sauoye, & leur en a fait, & requis gens à l'encontre d'eux, comme le Prince d'Otenge & autres pour pourter honneur, & tenetence à Monſieur de Sauoye, & pource qu'il n'euſt à deſplaiſance s'ils ſe reuanchient à l'encontre dudit Compeys, ils demanderent iuſtice, & raiſon, à mondit ſieur de Sauoye d'iceluy de Compeys; nonobſtant qu'il n'eſt point acoouſtumé que Gentils-hommes outragiés ſe doiuent plaindre, toutesfois mondit ſieur de Sauoye, n'y voulſit iamais faire prouiſion quelconque; ains a toleré, & ſouffert que ledit de Compeys fit ſes oultrages de plus en plus.

Voyans leſdits Nobles les chouſes deſuſdit perſeuerant ledit de Compeys en ſes oultrages, & qu'ils ne pouuoyent auoir raiſon, ne iuſtice furent contrains de ſoy ioindre, & vnir enſemble à l'encontre de luy, & de ſes alliés, & adherens, & firent vne alliance entre eux à l'encontre de luy, en laquelle furent reſerués mondit ſieur de Sauoye, Meſſieurs ſes enfans, ceux de ſon ordre du Colliet; & ſa Iuſtice, à laquelle ils ſe ſouſmettoyent, & vouloyent obeyr.

Et auant que ladite alliance fut enneluſe, ne ſeellée; fut baillée vne copie d'icelle à mondit ſieur de Sauoye par les Seigneurs de Varembon, & de la Cueille, afin que s'il y auoit choſe qu'il ne voulſit, ou qui luy depleût qu'il le dit: Car pour rien l'on n'euſt fait contre ſa volonté, & la garda par certain temps ſans y iamais rien contredire

fructus, redditus, & prouentus inter Abbatem, seu commendatarium, & viginti octo incorporatos, pro tempore existentes, huiusmodi modo præmisso erogare, & distribuere teneantur, eligere, & deputare, illosque, aut aliquos eorum, si criminosi, nebulones, aut negligentes, vel inutiles forent remouere, & loco illorum alios ex dicto viginti octo incorporatis de similibus consilio, & consensu dictorum sexdecim incorporatorum vicarios, qui curam exercere, ac oblationes, fructus, redditus, & prouentus huiusmodi connertere, & exponere modo præmisso etiam teneantur: similiter eligere, & deputare valeat, & si tempore electionum dictorum Vicariorum, seu Procuratorum, quorum Procuratorum electio in festo Circumcisionis Domini nostri Iesu Christi fieri consueuit pro tempore faciendarum. Idem Abbas, seu commendatarius pro tempore existens à dicta Ecclesia Beata Maria absens fuerit; tunc senior ex dictis sexdecim incorporatis de numero ipsorum viginti octo incorporatorum existentibus cum alijs quatuordecim, ex eodem numero viginti octo etiam existentibus eandem potestatem, & authoritatem habeat, quam haberet idem Abbas, seu commendatarius pro tempore existens si præsens esset in dicta Ecclesia Beata Maria, & quoniam dicta Ecclesia B. Maria ex duplici, seu triplici portione huiusmodi eidem Abbati seu commendatario pro tempore existenti (vt præfertur) persoluenda plurimùm vltrà solitum grauatur, teneatur idem Abbas seu commendatarius pro tempore existens eosdem incorporatos à quibusdam portionibus paletarum plombearum nonnullis Monachis dicti monasterij Ambroniaci conferri, & assignari solitis, ita vt de cætero dicti Monachi, à dictis incorporatis propterea nihil petere, seu exigere possint, exonerare & liberare ipsique incorporati viginti quinque solidos Moneta Sabaudiæ per priorem dicti Prioratus S. Petri hactenus eidem Monasterio solui solitos annis singulis dicto Monasterio soluere debeant, atque post obitum dicti Ioannis Episcopi ipse Ludouicus Episcopus, & pro tempore existens dicti Monasterij Abbas, seu Commendatarius, vel eius Procurator de numero tamen viginti octo incorporatorum prædictorum dumtaxat existens ad hoc ab eo speciuliter pro tempore constitutus, aut deputatus etiam dumtaxat, & nullus alius habitum dicta Ecclesia B. Maria conferre, & exhibere possit, & insuper ex nunc irritum decernimus, & inane si secus super iis à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostra absolutionis, adnocationis, extinctionis, unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinto, sexto Idus Martij, Pontificatus nostri anno tertio.

ERECTION DE L'EGLISE NOSTRE DAME de Bourg en Eueſché.

Tirée des Archiues de ladite Egliſe.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Pro excellenti præeminentia sedis Apostolicæ in qua post Beatum Petrum Apostolorum Principem, quamquam impuribus meritis, pari tamen authoritate constituti sumus in agro irriguo militantis Ecclesia nouas Episcopales sedes Ecclesiásque plantare Romano Pontifice dignum arbitramur, vt per nouas plantationes populorum augeatur deuotio, diuinus cultus efflorcat, subsequatur animarum salus, & loca humilia illustrentur, idque nos eo lubentiùs agimus in iis locis in quibus benedicente Domino incolas, & alios Christi fideles multiplicasse noscuntur, vt propagatione nouæ sedis, & assistentia honorabilis Præsulis, cum decenti ministrorum numero fideles Christi in deuotione persistentes, & etiam deuotionis huiusmodi augmentum suscipientes æternæ fœlicitatis præmium, Deo eorum pium propositum adiuuante, facilius consequi mereantur. Sanè cum oppidum Burgi Bressiæ Lugdunensis Diœcesis plurimùm insigne, & notabile, ac totius Comitatus, & patriæ Bressiæ caput necnon Monasteriorum, & piorum locorum tam intus quàm extra, ac Ecclesiasticarum, & Religiosarum vtriusque sexus personarum vetustate decoratum, necnon magno nobilium, & iurisperitorum, diuersarúmque partium mercatorum numero, & conuenienti populo munitum, & refertum, ac in partibus illis famosum, & in eo Camera Principis ipsius patriæ, in qua illius computa audiuntur existat, ac consilium ad iura reddenda resideat, multique nobiles, & notabiles personæ ad illud confluant, & plures in eo habitent ipsúmque oppidum, ac Comitatus, & tota patria Bressiæ huiusmodi sub sedis Apostolicæ obedientia, & in parte dictæ Diœcesis Lugdunẽsis, quæ imperij nuncupatur, cõsistat, ac ciuitas Lugdunẽsis sit alterius dominij, illiúsque incolæ, & habitatores pragmatica sanctione, & alio à Canonicis sanctionibus more, ac alia moneta vtãtur, & mãdatis Apostolicis vti volẽtibus pro illis

illis exequendis, tutus ad illa non patent acceſſus, ac etium propter mutandarum pecuniarum perditionem, & viarum diſcrimina, ſine magno grauamine, difficultate, ac timore perdendarum pecuniarum; etiam in ipſa ciuitate, & partis eiuſdem verſus Sabaudiam, & Breſſiam tendentibus ex illa redeundo, quæ pecunia niſi cuneo Regis fuerint ſcalptæ ex mandato Regio recedentibus verſus Sabaudiam, & Breſſium uſeruntur; adiri non poſſit, quo fit vt inibi multi ex Sabaudia ſeu Breſſia in dictis portis deprædentur, iniurientur, & detineantur, multáque detrimenta, & incommoda patiantur, & nihilominus cum cuſtodibus dictarum portarum, contra Sabaudiam, & Breſſiam vergentium componere, & eis aliquid dare cogantur, ex quo pauperes ſatis grauantur, ac in eodem oppido ſit vna venerabilis, & deuota Parrochialis Eccleſia dedicata ſub innocatione B. Mariæ Virginis, cuius imago (vt fama eſt) miraculotè inibi reperta extitit, & cuius meritis, & interceſſione altiſſimus in dies quam plura ibi operari dignatur miracula, & in ipſa Eccleſia viginti octo Presbyteri, de Remembruntiu nuncupati, inſtituti, quorum aliqui in ſacra pagina profeſſi, & aly Doctores ſeu licentiati, ac alij in vſu, & experientia exercitati exiſtunt; ipſique Presbyteri omnes fructus, redditus, & prouentus fundatorum ſuorum, & quarumcumque eis legatorum in vna maſſa ex qua diuinis intereſſentes æquali portione quotidianas diſtributiones percipiunt, reducant, ac eidem maſſæ Prioratus Beati Petri de Brou prope dictum oppidum Ordinis ſancti Benedicti, qui à monaſterio Ambroniaci, Ordinis, & Diœceſis prædictorum dependet, & Eccleſia ipſa Beatæ Mariæ perpetuo vniti, annexi & incorporati exiſtant, & in eadem Eccleſia venerabilis frater noſter Ludouicus Epiſcopus Maurianenſis, qui dictum Monaſterium ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica in commendam obtinet, ratione dicti Monaſterij primum locum inter ipſos viginti octo Presbyteros obtineat, & duas ſi abſens, ſi verò præſens in dicto oppido fuerit, tres portiones, ex tota maſſa percipiat, ac propterea præfatum oppidum, ciuitatis nomine, & titulo, ac Cathedralis Eccleſiæ honore meritò decorari debeat. Nos qui dudum inter alia volumus quod ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet; cupientes cleri, & vniuerſorum incolarum, & habitatorum oppidi, ac Comitatus, & patriæ prædictorum ſtatus, & vt ipſi locum ſub obedientiæ dictæ Sedis conſiſtentem, in quo mandatis Apoſtolicis pareatur, & iaxta Canonicas ſanctiones indicetur, & decernatur, & ad quem tutè, & liberè accedere poſſint, habeant ſecurituti, diſpendio, & indemnituti debitè conſalere, dilecto filio nobili viro Carolo Sabaudiæ Duce, & Breſſiæ Comite à nobis hoc ſummè petente, & ſuper hoc humiliter ſupplicante ex præmiſſis, & aliis rationabilibus cauſis moti, habito ſuper iis cum Venerabilibus fratribus noſtris deliberatione matura, de illorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine oppidum prædictum in ciuitatem Burgi, & præfatam Parrochialem Eccleſiam in Cathedralem Eccleſiam, cum præeminentiis, honoribus, & priuilegiis, quibus alia Cathedrales Eccleſiæ de iure, vel conſuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, necnon in eadem Cathedrali vnum Præpoſituram maiorem poſt Pontificalem, & vnam Cantoriam, ac vnam Sacriſtiam; non minores dignitates, necnon decem, & ſeptem Canonicatus, & totidem præbendas, pro totidem perſonis, quæ ſimul Capitulum ipſius Eccleſiæ faciant & conſtituant, ità quod omnes viginti octo Presbyteri, qui nunc ſunt, vita eorum durante Canonici eiuſdem Eccleſiæ exiſtant, ac honoribus, prueminentiis, & priuilegiis Canonicorum, Cathedralium Eccleſiarum potiantur, & gaudeant, necnon ſtallam in choro, locum, & vocem in Capitulo, prout nunc habent; habeant, & omnes de fructibus dictæ maſſæ æquali portione, prout nunc percipiunt, quandiu vixerint dumtaxat, donec numerus eorum ad numerum decem, & ſeptem reductus fuerit, quotidianas diſtributiones percipere debeant, & donec dictus numerus viginti octo Presbyterorum, ad numerum decem & ſeptem Canonicorum reductus fuerit, vt præfertur; nullus in illius Canonicatum etium per ceſſum vel deceſſum alicuius ipſorum viginti octo Presbyterorum etiam ex cauſa permutationis etiam in manibus noſtris, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis admitti poſſit, neque debeat, & ſi admittatur pro non admiſſo, & non Canonico habeatur, ad Omnipotentis Dei laudem, totiúſque Triumphantis Eccleſiæ gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, erigimus, creamus, & inſtituimus, ipsámque oppidum titulo ciuitatis inſignimus, ac dictam ciuitatem, & illius diſtrictum ac territorium, necnon partem Diœceſis Lugdunenſis, & iuriſdictionis, quam Archiepiſcopus Lugdunenſis pro tempore exiſtens etium forſan ratione Primatiæ in ducatu, Dominio, & Patria Sabaudiæ, & Breſſiæ ac Dominio Ducis Borbonij à parte imperij citrà Sagonam, ac Rhodunum fluuios contrà Septentrionem à limitibus Regis propè Lugdunum, vſque ad limites ipſius Diœceſis Lugdunenſis ſub mediato, vel immediato Dominio dicti Sabaudiæ Ducis; necnon quidquid iuris Archiepiſcopalis in eadem parte, & iuriſdictionis huiuſmodi, in Ducatu, Dominio, & Comitatu, ſeu Patria Breſſiæ, & Dominio Borbonij à parte imperij, citra fluuios huiuſmodi, idem Archiepiſcopus etiam vt Primas Galliarum, ſeu Capitulum, aut aliquis de Eccleſia Lugdunenſi

tùm

tàm coniunctim, quàm diuiſim habet, & percipit, ac habere, & percipere conſueuit, etiam ratione intra decimarum, fructuum, redditnum, & prouentuum ipſius Eccleſiæ, ac Primatis Lugdunenſis, & Decanatuum, ac Eccleſiarum etiam Parrochialium in dicta parte conſiſtentium, ac quæcumque loca in eadem parte conſiſtentia, à Diœceſi, ſede Archiepiſcopali ac menſa, & Primatia Lugdunenſi, authoritate, & tenore prædicti demembramus, & perpetuò ſeparamus, ac cum decimis, fructibus, redditibus, & prouentibus huiuſmodi necnon omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis eidem Eccleſiæ, & menſæ Epiſcopali Burgenſi, pro illius diſtrictu, & Diœceſi ac territorio in ſpiritualibus, & temporalibus, prout ad dictum Archiepiſcopum pertinebant, ità tamen quòd Epiſcopus Burgenſis, qui pro tempore erit Epiſcopus centum florenos monetæ Sabaudiæ annis ſingulis prafato Archiepiſcopo Lugdunenſi pro tempore exiſtenti perpetuò ſolunt; donec æquivalens recompenſa, dictorum centum florenorum annuorum, per Epiſcopum Burgenſem pro tempore exiſtentem, Eccleſiæ, & Archiepiſcopo Lugdunenſi aſſignata fuerit, quàm idem Archiepiſcopus, acceptare teneatur, & debeat, quo caſu Epiſcopus Burgenſis pro tempore exiſtens à ſolutione dictorum centum florenorum penitus liberatus ſit; perpetuò applicamus, & appropriamus, necnon clerum, & populum ciuitatis, & Diœceſis Burgenſis prædictarum, curæ, & iuriſdictioni Epiſcopi Burgenſis pro tempore exiſtentis quoad legem Diœceſanam, & iuriſdictionem, perpetuò ſubiicimus, ac monaſterium prædictum, præfati Ludouici Epiſcopi ad hoc expreſſo necedente conſenſu, & Sacriſtiam eiuſdem monaſterij, quæ inibi officium claustrale exiſtit, & cuius collatio, prouiſio, præſentatio, & quæuis alia diſpoſitio, dum pro tempore vacat ad Abbatem, ſeu Commendatarium dicti Monaſterij pro tempore exiſtentem pertinet, necnon ſancti Ioannis Aventurarum, & ſancti Stephani Iuſerinci dicta Lugdunenſis Diœceſis, Parrochiales Eccleſias quarum, & dicta Sacriſtia inſimul fructus, redditus, & prouentus quadringentorum, & ſeptuaginta ducatorum, auri de Cumera ſecundùm communem exiſtimationem valorem annuum non excedunt, & ſi ad dictam Sacriſtiam conſueuerit quis per electionem aſſumi, eique cura immineat animarum, menſæ Epiſcopali dicta erecta Eccleſia, cum illorum iuribus, & pertinentiis etiam perpetuò applicamus, & appropriamus, ac vnimus, annectimus, & incorporamus, ità quod liceat ex nunc Epiſcopo Burgenſi, qui pro tempore erit corporalem poſſeſſionem iuris Archiepiſcopalis, & partis iuriſdictionis, omniumque decimarum, redditnum, & aliorum prouentuum, necnon regiminis, & adminiſtrationis bonorum Monaſterij hutuſmodi illorumque ex nunc, necnon cedentibus, vel decedentibus, dilectis filiis modernis monaſterij, ſacriſta, & ſancti Ioannis, & ſancti Stephani Eccleſiarum prædictarum Rectoribus, ſeu illas quomodolibet dimittentibus, & illis quouis modo ſimul, vel ſucceſſiuè vacantibus etiam apud ſedem Apoſtolicam, etiam ex cauſa permutationis ſacriſtiæ, & ſancti Ioannis, ac ſancti Stephani Eccleſiarum prædictarum, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum per ſe vel alium, ſeu altos propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere; necnon monaſterij, & ſacriſtiæ, ac vnitarum Eccleſiarum prædictarum fructus, redditus, & prouentus, in ſuos, & menſæ Epiſcopalis vſus, & vtilitatem conuertere, necnon eiſdem ſancti Ioannis, & ſancti Stephani Eccleſiis per presbyteros idoneos, ad ipſius Epiſcopi Burgenſis pro tempore exiſtentis nutum ponendos, & amouendos in diuinis deſeruiri, & animarum curam, dilectorum filiorum, illarum, Parrochianorum, exerceri facere, cuiuſuis licentia ſuper hoc minimè requiſita, & inſuper ſtatuimus, & decernimus quod Epiſcopus Burgenſis, pro tempore exiſtens, duas voces in capitulo dictæ Eccleſiæ, quoties illum in illo capitulo intereſſe contigerit, habere in ipſa Eccleſia, & choro eiuſdem cum habitu Epiſcopali, & roccheto incedere, & ſiue præſens, ſiue abſens fuerit vnam integram portionem ſicut vnus Canonicus, & dignitates pro tempore obtinentes, duas portiones ex tota communi maſſa prædicta, quas dictus Ludouicus Epiſcopus, & pro tempore exiſtens Abbas, ſeu Commendatarius, dicti monaſterij percipere conſueuerat. Vltrà eorum portiones percipere poſſint, & debeant nullúſque aliquam ex dictis dignitatibus obtinere poſſit, niſi ipſius Eccleſiæ Canonicus actu prebendatus fuerit, ac electio perſonarum idonearum ad Canonicatus, & prebendas ad Capitulum ipſius Eccleſiæ tuxta tenorem certa tranſactionis, quæ nunc in electione alicuius in locum cedentium, vel decedentium de dicto numero obſeruatur: Confirmatio verò electionis ad Canonicatus, & prebendas vt præfertur, pro tempore facta, ac collatio, prouiſio, præſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio, tàm dictarum triam dignitatum, etiam ac primæ vice ab eorum primæua erectione, quàm omnium, & ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, eum cura, & ſine cura in dicta parte Diœceſis, & iuriſdictionis conſiſtentium quæ eidem Archiepiſcopo pertinebant, ad Epiſcopum Burgenſem huiuſmodi pleno iure, ſpectent, & pertineant, quódque dignitates obtinentes, & alij Canonici, & perſonæ ipſius erecta Eccleſia pro tempore exiſtentes, horas Canonicas diurnas pariter, & nocturnas, ac alia diuina officia ſecundum vſum, & morem Romanæ Eccleſiæ dicere, & recitare poſſint, debeant, & teneantur, & nihilominus Epiſcopo, & Capitulo præfatis quæcumque ſtatuta laudabilia, rationabilia, & honeſta, ſacris Canonibus non contraria pro ſalubri ſtatu, & directione dicta erecta Eccleſia facere, & edere poſſint facultatem concedimus

non

nonobſtantibus voluntate noſtra prædicta, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterij, & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem quod propter vnionem, annexionem, & incorporationem prædictas in dicto Monaſterio, diuinus cultus, & ſolitus Monachorum, & miniſtrorum numerus nullatenus minuatur, ac Sacriſtia, & vnita Eccleſiæ debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in vnitis Eccleſiis, & (ſi qua illis immineat,) Sacriſtia prædictis nullatenus negligatur, ſed earum, ac dicti Monaſterij, & dilectorum filiorum Conuentus eiuſdem, congruè ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, creationis, inſtitutionis, inſignitionis, demembrationis, ſeparationis, applicationis, appropriationis, ſubiectionis, vnionis, annexionis, incorporationis, ſtatuti, decreti, conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinto decimo. Kal. Iunij Pontificatus noſtri anno tertio.

REVOCATION DE L'EVESCHE' DE BOVRG.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex pacis, & iuſtitiæ præcipuus author, & conſeruator & in quo plenitudo conſiſtit poteſtatis, nonnunquam ad nonnulla concedenda deflectitur, quæ poſtmodum rationalibus cauſis ſuadentibus & præſertim cum illa in Coepiſcoporum, & Archiepiſcoporum ſuorum, quos in partem ſollicitudinis euocauit Altiſſimus, & eorum iuriſdictioni ordinariæ præiudicium cedere comperit, reuocat, caſſat, & annullat, & aliàs ad æquitatis, & iuſtitiæ ſemitas reducit, prout rerum, & temporum, ac perſonarum, regali dignitate fulgentium, & locorum conditionibus, ac qualitatibus diligenter penſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire: dudum ſiquidem à nobis emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis. Leo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c. Cum autem ſic accepimus ex præincertis litteris Eccleſiæ Lugdunenſis præfatæ, ac Venerabilis Frater noſter modernus Archiepiſcopus, & dilecti filij Decanus, & Capitulum Lugdunenſe, ac perſonæ Eccleſiaſticæ diuinis laudibus in eadem Eccleſia Lugdunenſi dicatæ, necnon charißimus in Chriſto filius noſter Franciſcus Francorum Rex Chriſtianißimus, cui per Archiepiſcopum Lugdunenſem pro tempore exiſtentem, iuramentum fidelitatis præſtatur, cuiuſque plurimùm intereſt, quod prafatus Archiepiſcopus ſuum iuriſdictionem in dictis locis demembratis exercere, ac illorum habitatores, qui à mille annis citrà, ſemper eidem Archiepiſcopo in ſpiritualibus ſubiecti fuerunt coërcere valeat, eorundemque Archiepiſcopi, & Franciſci Regis ſucceſſores, ac dilectus filius Nobilis Vir Carolus Dux Borbonij cuius pars etiam demembrata, & Eccleſia nuper recta pro parte Diœceſi aßignata, temporalis Dominij eiuſdem exiſtit, cuiuſque plurimùm intereſt eius ſubditos, alteri quàm dicto Archiepiſcopo minimè ſubeſſe, ex his plurimùm notoriè grauentur, exinde quoque contentiones, & hominum cædes, & ſcandala veriſimiliter in dies exoriri formidentur. Nos qui tempore quo litteræ prædictæ à nobis emanarunt præmiſſorum notitiam non habuimus, ne prætextu earundem præinſertarum litterarum grauamina, lites, ſcandala, contentiones, ac cædes huiuſmodi ſequerentur, prouidere volentes, litteras prædictas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, diſmembrationem, ſeparationem, applicationem, & appropriationem prædictas concernentia, & inde ſequentia quæcumque, authoritate Apoſtolica tenore præſentium quoad poſſeſſorium dumtaxat, illis ac iure partium in petitorio ſaluis remanentibus, reuocamus, caſſamus, & irritamus, ac annullamus, ac pro nullis, & infectis, ac viribus vacuis haberi, & cenſeri volumus, necnon diſmembrata, ſeparata, applicata, & appropriata, ac quoad iuriſdictionem, decimarum perceptionem, beneficiorum collationem, ac omnia, & ſingula alia diſmembrata huiuſmodi Archiepiſcopum, Decanum, Capitulum Lugdunenſe, Franciſcum Regem, & Carolum Ducem Borbonij in priſtinum, & eum in quo antequam dicta littera prædictæ à nobis emanarent, erant ſtatum, etiam ad realem, & actualem eorum poſſeßionem, in qua ante diſmembrationem, ſeparationem, applicationem, & appropriationem huiuſmodi erant, reſtituimus & plenariè reintegramus, decernentes irritum & vanum, ſi ſecus ſuper iis à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contra præſentium tenorem contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus fratribus noſtris Glandatenſi, & Ieropolitano Epiſcopis, ac dilecto filio Abbati Monaſterij Athanatenſis dicta Lugdunenſis Diœceſis per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus ipſi, vel duo, aut vnus ipſorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in illis contenta quæcumque, vbi, quando, & quotiens opus fuerit, ac pro parte Franciſci Regis & Caroli Ducis, ac ſucceſſorum ſuorum, necnon Archiepiſcopi, Decani, & Capituli prædictorum, & aliorum quorum intereſt, ſeu alicuius eorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicare

faciant, authoritate noſtra, reuocationem, caſſationem, & annullationem, reſtitutionem, & reintegrationem prædictas, & alia præmiſſa reuocationem, caſſationem, annullationem, reſtitutionem, & reintegrationem huiuſmodi tangentia, per excommunicationis, & alias ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas ſeu temporales, & pecuniarias firmiter obſeruari, non permittentes eoſdem Franciſcum Regem, & Carolum, Ducem Borbonij, & ſucceſſores ſuos, necnon Archiepiſcopum, Decanum, & Capitulum Lugdunenſe, & alios quorum intereſt, ſeu eorum aliquem per præfatum Carolum Ducem Sabaudiæ, ſeu quoſcumque alios deſuper quomodolibet moleſtari, & nihilominus eos quos reuocationem, caſſationem, annullationem, reſtitutionem, & reintegrationem huiuſmodi minimè obſeruaſſe, & illis contraueniſſe eis conſtiterit, cenſuras huiuſmodi incurriſſe declarent, & in euentum declarationis eiuſdem, ac legitimis ſuper his ſeruatis proceſſibus cenſuras ipſas quotiens opus fuerit iteratis vicibus aggrauent, & loca in quibus eos morari, ſeu ad quæ declinare contigerit Eccleſiaſtico ſupponant interdicto, contradictores per cenſuras eaſdem appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus præmiſſis, ac fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri conſtitutione quæ inter alia cenetur, ne quis extra ſuam ciuitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltrà vnam dietam, à fine ſuæ Diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices à ſede prædicta deputati extrà ciuitatem, vel Diœceſim in quibus deputati fuerint contrà quoſcumque procedere, aut alij vel aliis vices ſuas committere præſumant, & de duabus dictis in Concilio generali edita dummodo vltrà tres dietas aliquis authoritate præſentium non trahatur, & aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus aliis communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel vltrà certa loca ad iudicium euocari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dicta ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus huiuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de qua, cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus autem quod ſi præfatus Carolus Dux Sabaudiæ, vel Venerabilis frater noſter Ludouicus Epiſcopus Mauriannenſis ad cuius vitam, ſeu quamdiu Eccleſia Mauriannenſi præfuerit, præfatam Eccleſiam Burgenſem ab eius primæua erectione eidem Mauriannenſi Eccleſiæ per alias noſtras litteras vniuimus, adneximus, & incorporauimus; de præmiſſis in aliquo ſe ſenſerint grauatos, ſuper præmiſſa erectione, & aliis in dictis præincertis noſtris litteris contentis, ac grauaminibus huiuſmodi in petitorio dumtaxat coram nobis, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Collegio, aut alijs iudicibus, ad id per nos, & ſedem Apoſtolicam pro tempore deputandis contra Archiepiſcopum, Decanum, & Capitulum Lugdunenſe, & alios quoſcumque ſua in præmiſſis pro tempore intereſſe putantes, de iure ſuo experiri liberè, & licitè poſſint, & valeant: Poſſeſſorij tamen actione eis penitus interdicta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reuocationis, caſiationis, irritationis, annullationis, reſtitutionis, reintegrationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere; vel eì auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexto decimo Kalend. Octobr. Pontificatus noſtri an. o quarto.

RESTABLISSEMENT DE L'EVESCHE' DE BOVRG.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis, & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Æquum, & iuri conſonum eſſe cenſemus, vt ea quæ ex minùs veris, & iuſtis cauſis contra ea, quæ antea à nobis de fratrum noſtrorum conſilio matura deliberatione emanauerant, conceſſa fuiſſe reperiuntur à nobis renouentur, & pijs Catholicorum Principum id à nobis expoſcentium deſideriis fauorem Apoſtolicum libenter impartiamur. Dudum ſiquidem nos ex certis tunc expreſſis, & aliis rationabilibus cauſis habita deſuper cum venerabilibus fratribus noſtris deliberatione matura, dilecto filio Nobili Viro Carolo Sabaudiæ Duce, & Breſſiæ Comite à nobis id ſummè petente, oppidum Burgi Breſſiæ Lugdunenſis Diœceſis plurimùm inſigne, & totius Comitatus, ac patriæ Breſſiæ caput, quod, & Comitatus, ac tota patria Breſſiæ huiuſmodi, ſub ſedis Apoſtolicæ obedientia, & in parte dictæ Lugdunenſis Diœceſis, quæ imperij nuncupatur, exiſtat; in ciuitatem Burgenſem, ac Parrochialem Eccleſiã B. M. Virginis eiuſdem oppidi, in qua viginti octo Presbyteri de remembrantiis nuncupati, inſtituti exiſtebant, in Cathedralem Eccleſiam, necnon in ea vnam Præpoſituram maiorem poſt Pontificalem, & vnam Cantoriam, ac vnam Sacriſtiam, non maiores dignitates, necnon decem, & ſeptem Canonicatus, & totidem

prebendas

prȧbendas pro totidem perſonis, qua ſimul Capitulum ipſius Eccleſia facerent, & conſtituerent, ſub certu modo, & forma, tunc expreſſu ad omnipotentis Dei laudem, totiuſque Trtumphantis Eccleſiæ gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem per quaſdam ſub plumbo erexeramus, ereauerumus, & conſtitueramus, ipsámque ciuitatem & illius diſtrictum necnon territorium, & partem dictæ Diœceſis & iariſdictionis Archiepiſcopi Lugdunenſis pro tempore exiſtentis in Ducatu, Dominio, & Patria Sabaudiæ, & Breſſiæ, uc Domiuio Ducatus Borboniȷ, à parte imperiȷ cstrà Sagonam, & Rhodanum fluuios contrù Septentrionem, ſub mediato, vel immediato Dominio Ducatus Sabaudiæ conſiſtente, à Diœceſi, menſa, & ſede Archiepiſcopali Lugdunenſi diſmembrauerumus, & ſeparaueramus, ac ea ſic ſeparata eum decimis, redditibus omnibus, turibus, & pertinentiis ſuis eidem Eccleſiæ, uc menſæ Epiſcopali Burgenſi pro illius diſtrictu, & Diœceſi, ac territorio, in ſpiritualibus, & temporalibus provt ad dictum Archiepiſcopum olim pertinebant, applicaueramus, & appropriaueramus, necnon clerum, & populum ciuitatis, & Diœceſis Burgenſis pro tempore exiſtentis quoad legem Diœceſunam, & iariſdictioncm perpetuò ſubiceeramus, ac inter alia Monaſterium Ambroniaci Ordinis ſancti Beaedicti dictæ Diœceſi, quod Venerabilis Frater Ludouicus Epiſcopus Maioriuenenſis ex eoaceſſione Apoſtolica in commendum etiam tunc obtinebat, ipſius Ludouici Epiſcopi ud id expreſſo accedente conſenſu, eidem menſa perpetuò vniueramus, annexaueramus, & incorporaueramus perpetuò, ac nonnulla alia tunc expreſſa ſtatuerumus, & ordinaueramus, ac conceſſeramus, necnon præfatum Eccleſiam Burgenſem ab eius primæua erectione huiuſmodi tunc vacanti Eccleſiæ Mauriaueuſi, quandiu prædicta præfatus Ludouicus Epiſcopus illi præeſſet, per alias litteras vniueramus, annexaueramus, & incorporaueramus, ipſe Ludouicus Epiſcopus litterarum prædictarum vigore poſſeſſionem, vel quaſi regiminis, & adminiſtrationis dictæ Eccleſiæ Burgenſis, ac illius bonorum aſſecutus fuerat, & per certum tempus iuriſdictionem Epiſcopalem, & iara pontificalia inibi exercendo continuauerat. Not per ulias noſtras literas priores; ac omnia, & ſingula in eis contenta, diſmembrationem, ſeparationem, applicationcm, & appropriationem prædictas concernentia, & inde ſecuta quæcumque, quoad poſſeſſionem dumtaxat, illis ac iure partium in petitorio ſaluis remanentibus, reuocauimus, caſſauimus, irritauimus, & annullauimus, & quoad eu dictum Archiepiſcopam, ac dilectoi filioi, Decanum, Capitulum, & Eccleſiam Lugduncnſem ac chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, cus, vt uceceperamus per Archiepiſcopum Lugdunenſem pro tempore exiſtentem iuramentum fidelitatis præſtabatur, ac dilectum filium Nobilem Virum Carolam Ducem Borbonȷ, quoram vt etium aeceperamus; intereraat, in priſtinum, & eum in quo antequam priores littera prædictæ à nobis emanurent, erant ſtatum, realémque, & actualem poſſeſſionem, in qua unte eorum diſmembrationem, & applicationem huiuſmodi erant, reſtituimus, & plenariè reintegrauimus, ac quidquid ſecus attentart contingeret irritum, & inane decreuimus, certis deſuper executoribus deputatis, & deinde tunc Abbati Monaſterij Sauignaci dictæ Diœceſis, ab vno dictorum executorum ſubdelegato, vt inter ulia præfatum Ludouicum Epiſcopum, ac omnes & ſingulas perſonas, litteris reuocatoriis huiuſmodi non parentes, ſub cenſuris, & pœnis tunc expreſſis eo ipſo incurrendis, vt infrà certum tunc expreſſum tempus dictis litteris reuocatoriis obedirent; uathoritate noſtra monerent, aliis noſtris litteris dedimus in mandatis. Cúmque dictus Abbas ad cenſuras etiam interdicti contra Ludouicum Epiſcopum, & alias perſonas huiaſmodi proceſſiſſet ſeu procedere comminaretur: Nos ad Caroli Ducis Sabaudiæ & Ludouici Epiſcopi ſupplicationem, nulla nobis in ea de dicto Rege facta mentione appellationum; per eos ſeu eorum nomine, ac certis tunc expreſſis eis illatis grauaminibus interpoſitarum, ac quorumcumque, pro parte dictorum Archiepiſcopi Decani, & Capituli Lugdanenſis, uttentorum, & innouatorum, necaon totius negotij principalis, tam ſuper poſſeſſorio quam petitorio, eauſas cum poteſtate inter alia à quibuſuis cenſuris abſoluendi, dilecto filio noſtro Achilli ſanctæ Mariæ trans-Tyberim tunc ſancti Sixti Presbytero Cardinali audiendas, & nobis in conſiſtorio noſtro ſecreto referendas ſueceſſiuè commiſiſſemus, nos per alias noſtras litteras grauamina, appellationes, attentata, innouata, ac litteraram ſuper illis per nos præfato Achilli Cardinali factas commiſſiones huiuſmodi reuocatoriarum, & dicto Abbati dictarum litterarum impedientes effectum, & vt impediretur conſilium, vel ſuuorem quouis quæſito colore præſtantes ſub cenſuris, & pœnis tunc expreſſis, quot & eorum ſingulos qui non parerent pra diſtrictè præcipientes per ulias litteras noſtras præcepimus, & mandauimus; quatenus infrà certam tunc expreſſum tempus reuocatorias litteras huiuſmodi, & in eis contenta inuiolabiliter obſeruarent, ultoquin eos cenſuris, & pœnis ipſos irretitos eſſe declaraaimus, & nihilominus Ludouicum Epiſcopum ac alios præfatis beneficiis, & bonis reſpectiuè priuauimus, ac oppidum, & illud territorium, ac Eccleſiam huiuſmodi Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſuimus, provt in ſingulu litteris prædictis, quurum tenores, formas, & effectus, ac ſi de verbo ad verbum, & nihil penitus omiſſo inſerti forent, haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur, ac poſtmodum dictus Ludouicus Epiſcopus litteris prædictis quantùm in eo fuit paruit, & poſſeſſionem Eccleſiæ Burgenſis huiuſmodi reluxauit, uc à cenſuris, ſi quas praemiſſorum occaſione

incurriſſet, abſolutus extitit, cum autem (ſicut nobis innotuit) in huiuſmodi erectione nullum præfati Franciſci Regis, ſed Cariſſimi in Chriſto filij noſtri, Caroli Romanorum, & Hiſpaniarum Regis Catholici, in Imperatorem electi, intereſſe notoriè verſatur, cum Sagona, & Rhodanus fluuij præfati Regnum ab imperio diuidant, & ea quæ pro territorio, & Diœceſi dictæ Eccleſiæ Burgenſis aſſignata fuerunt, omnino extrà regnum, & in imperio, ſeu parte imperij, extrà Sagonæ, & Rhodani fluuios huiuſmodi conſiſtant & à veritate alienum aſſeratur, quod dictus Archiepiſcopus eidem Regi iuramentum fidelitatis præſtare teneatur, cauſaque propter quas erectionem prædictam fecimus, adhuc ſubeſſe noſcantur, præſertim, cum ciuitas Lugdunenſis alterius Dominij exiſtat, ac illius incola, & habitatores pragmatica ſanctione, & alio à Canonicis ſanctionibus more vtantur, & mandatis Apoſtolicis vti volentibus, pro illis exequendis tutus ad illam non pateat acceſſus. Nos Cleri incolarum, & habitatorum oppidi, & Comitatus, ac patriæ Breſſiæ prædictorum, vt locum ſub obedientia dicta ſedu conſiſtentem, in quo mandatis Apoſtolicis pareatur, & iuxta Canonicas ſanctiones iudicetur, & ad quem liberè accedere poſſunt, habeant, necnon Eccleſia Burgenſis, & Epiſcopi præfatorum ſtatui, diſpendio, & indemnitati, ſuper iis debitè prouidere volentes, ac dicta cauſa ſtatum, & merita pro ſufficienter expreſſis habentes, cautámque ad nos aduocantes, & litem huiuſmodi penitus extinguentes, motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon conſideratione præfati Caroli in Imperatorem electi, ſingulas prædictas, & quaſcumque alias reuocatorias litteras præfatis Archiepiſcopo, & Capitulo Lugdunenſi, ac quibuſuis aliis, ſuper reuocatione erectionis huiuſmodi, & illius occaſione ſub quibuſcumque tenoribus, & formis etiam breuis conceſſas, & quaſcumque inhibitiones cenſuras, & pœnas, ac decreta in ſe continentes de ſimili conſilio authoritate Apoſtolica tenore præſentium caſſamus, reuocamus, irritamus, & annullamus, nulliúſque roboris, vel momenti fuiſſe & eſſe, ac pro nullis, & infectis, & viribus vacuis haberi, nullámque eis de cætero in iudicio, vel extrà fidem adhiberi debere decernimus; necnon Archiepiſcopo, & Capitulo Lugdunenſi, & Franciſco Regi præfatis, & quibuſuis principibus, & perſonis deſuper, perpetuum ſilentium imponimus, ipſiſque Archiepiſcopo ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis à diuinis, ac Capitulo ſub excommunicationis lata ſententiæ, per ipſorum ſingulos, ſi contrà fecerint, eo ipſo incurrendis pœnis, ne litteris prædictis eis conceſſis de cætero vti, aut in aliquo ſe immiſcere, Epiſcopum & Capitulum Burgenſe præfatos deſuper moleſtare quomodolibet præſumant, & nihilominus Ludouicum Epiſcopum, & Eccleſiam Burgenſem, ac illius Capitulum, & perſonas, etiamſi propter præmiſſa Cathedralis & Capitulum eſſe deſierint, necnon ciuitatem, diſtrictum, territorium, & Diœceſem Burgenſem, illarúmque Clerum, & populum, & ſingulos quos prædicta littera concernunt, & quoad omnia, & ſingula in eis contenta in priſtinum, & eum ſtatum in quo antequam huiuſmodi reuocatoria littera emanaſſent, quomodolibet erant reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus: ita vt dictus Ludouicus, & pro tempore exiſtens Epiſcopus Burgenſis per ſe, vel alium ſeu alios Eccleſiæ, ciuitatis, & Diœceſis prædictarum; necnon regiminis, & adminiſtrationis ac bonorum eiuſdem Eccleſiæ Burgenſis in ſpiritualibus, & temporalibus poſſeſſionem ſeu quaſi propria authoritate liberè de nouo apprehendere, & retinere, ac in eis quæ ſunt ordinis, & iuriſdictionis Epiſcopalis exercere valeat in omnibus & per omnia, proinde ac ſi reuocatio erectionis huiuſmodi, & deſuper confectæ littera nullatenus emanaſſent, ac pro potiori cautela erectionem, inſtitutionem, diſmembrationem, ſeparationem, applicationem, appropriationem; necnon omnia, & ſingula alia, in primò dictis litteris contenta, de nouo facimus, ordinamus, concedimus, & indulgemus, necnon Epiſcopo, & Capitulo Burgenſi præfatis, vt primò dictis, & in eis contentis vti liberè, & licitè valeant, nec reuocatoriis, ac aliis Archiepiſcopo, & Capitulo Lugdunenſi etiam forſan conceſſis, & decretis ſuper illis proceſſibus, ac illarum executoribus, & ſubexecutoribus, eorúmque mandatis, & monitionibus parere minimè teneantur, ſed eis firmiter reſiſtere & illarum executionem impedire, nec propterea aliquibus cenſuris ſeu pœnis innodari poſſint. Indulgemus & inſuper Ludouicum Epiſcopum ac Capitulum Eccleſiæ Burgenſis, & eorum ſingulos; necnon quoſcumque alios, omnium præmiſſorum occaſione directè, vel indirectè aliquibus ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis prædictis irretitos, forſan abſoluimus, & abſolutos fore nunciamus, interdictúmque Eccleſiaſticum propterea quomodolibet forſan, appoſitum relaxamus, ac eum illis qui cenſuris, & pœnis prædictis ligati miſſas, & alia diuina officia non tamen in contemptum clauium celebrando, aut aliàs ſe immiſcendo irregularitatem contraxiſſent, ſuper illis diſpenſamus; abolentes omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam ſiue notam per eos præmiſſorum occaſione contractam. Decernentes præſentes litteras quouis prætextu, ſeu quauis occaſione vel cauſa, de ſurreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis defectu notari non poſſe, ſed validas, & efficaces exiſtere, & ſuos effectus ſortiri debere, ſicque per quoſcumque iudices, & commiſſarios, & cauſarum palatij Apoſtolici auditores, & Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere; irritum, & inane; ſi ſecus ſuper iis à quoquam

quauis

quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes inſuper vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Prioribus Monaſteriorum, Cathedralium que Eccleſiarum Canonicis, & aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quacumque vbi, & quando opus fuerit ac quotiens pro parte Caroli in Imperatorem electi, & ſuorum ſucceſſorum, necnon Epiſcopi, & Capituli Burgenſis prædictorum, ſeu alicuius eorum deſuper fuerint requiſiti, publicantes eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra præſentes litteras, & in eis contenta, huiuſmodi per excommunicationes, & alias ſententias, ſeu cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ſeu temporales, & pecuniarias firmiter obſeruari, & ſingulos quos præſentes concernunt, illis pacificè gaudere non permittentes, eos ſeu eorum aliquos deſuper per Franciſcum Regem, aut Archiepiſcopum, & Capitulum Lugdunenſe præfatos, ſeu quoſcumque alios quomodolibet moleſtari, contradictores, moleſtatores quomodolibet & rebelles per eaſdem cenſuras, & pœnas appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac cenſuris, & pœnis ipſos, quotiens opus fuerit iteratis vicibus contrà eos aggrauando, necnon loca in quibus eos morari, & ad qua declinare contigerit Eccleſiaſtico interdicto ſubiiciendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus præmiſſis ac ſalicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis de duobus dictis, & quibuſuis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis necnon omnibus aliis, qua in dictis litteris volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Cæterùm volumus, & dicta Apoſtolica authoritate decernimus quod præſentium tranſumptis manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur quæ ipſis originalibus litteris adhiberentur, ſi exhiberentur, vel oſtenderentur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die decima tertia Nouembris milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo Pontificatus noſtri anno nono.

SVPPRESSION DE L'EVESCHE' DE BOVRG.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Romanus Pontifex, & ſi ad eius Paſtorale officium ſalubriter, & ad communem Chriſti fidelium vtilitatem exequendum ſuæ ſolertia curas dirigere conetur; cum tamen naturam ſortiatur humanam, variis, & arduis plerumque obrutus negotiis, nonnulla præſertim ad Principum inſtantiam concedit, quæ ſalubres, vt ſuggeſtum exiſtit, non pariunt effectus, vnde non debet reprehenſibile iudicari, ſi ea, quæ in alterius præiudicium, & ex minus legitimis cauſis geſta & conceſſa reperiuntur illis maturiùs digeſtis reuocet, & ad æquitatis iuſtitiæ, & rationis ſemitam reducat, prout temporum, locorum, & perſonarum qualitate debitè penſata Chriſti fidelium eorundem vtilitati, puci, & tranquillitati conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem poſt, ſalicis recordationis Leo Papa decimus prædeceſſor noſter oppidum Burgi Breſiæ Lugdunenſis Diœceſis, in ciuitatem Burgenſem, & Parrochialem Eccleſiam Beatæ Mariæ eiuſdem oppidi in Cathedralem, & in ea certas dignitates, ac Canonicatus & prebendas pro certo perſonarum numero, qui inſimul Capitulum ipſius Eccleſiæ conſtituerent, dilecto filio Nobili Viro Carolo Sabaudiæ Duce, & Comite Breſiæ id petente, & deſuper ſupplicante per quaſdam erexerat, & inſtituerat dictúmque oppidum ac illius diſtrictum, & territorium, necnon partem dictæ Lugdunenſis Diœceſis, & iuriſdictionem quam Archiepiſcopus Lugdunenſis pro tempore exiſtens, etiam forſan ratione Primatiæ in Ducatu, Dominio, & Patria Sabaudiæ, Breſiæ, ac Dominio Dombarum à parte imperij, citrà Sagonam, & Rodhanum fluuios contrà Septentrionem à limitibus Regis prope Lugdunum vſque ad limites ipſius Diœceſis Lugdunenſis, ſub mediato vel immediato dominio dicti Ducatus Sabaudiæ, necnon quidquid iuris Archiepiſcopalis in eadem parte, & iuriſdictione huiuſmodi in Ducatu Sabaudiæ, Dominio, & Comitatu ſiue Patria Breſiæ, & Dominio Dumbarum à parte imperij citrà fluuios huiuſmodi, idem Archiepiſcopus pro tempore exiſtens etiam vt Primas Gulliarum, ſeu dilecti filij Capitulum Eccleſiæ Lugdunenſis aut aliquis de ea tam coniunctim quam diuiſim habebat, & percipiebat, ac habere, & percipere conſueuerunt, etiam ratione iuris decimarum, fructuum, redditunm, & prouentuum ipſius Eccleſiæ, ac Primatiæ Lugdunenſis, ac Decanatuum, & Eccleſiarum etiam Parrochialium in eadem parte conſiſtentium ac quacumque loca in eadem parte conſiſtentia, à dicta ſede Archiepiſcopali, & menſa, ac Primatia Lugdunenſi diſmembrauerunt, & perpetuò ſeparauerat, ac cum decimis, fructibus, redditibus, prouentibus huiuſmodi necnon omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, Eccleſiæ Burgenſi, & illius menſæ Epiſcopali huiuſmodi, pro illius diſtrictu, & Diœceſi, ac territorio in ſpiritualibus, & temporalibus, prout ad dictum

Archiepiſcopum pertinebant applicauerat, & appropriauerat, necnon certa Monaſteria, & beneficia Eccleſiaſtica, tunc expreſſa eidem meaſa Epiſcopali vnuerat, annexauerat, & incorporauerat, & deinde per eum accepto, quod ex premiſſis dicta Eccleſia Lugdunenſis, & Venerabilis noſter tunc ipſius predeceſſoris frater Archiepiſcopus, ac dilecti filij Decanus, necnon prefati, Capitulum dicte Eccleſie Lugdunenſis, & perſone Eccleſiaſtice, in ea diuinis laudibus inſiſtentes, ac Charißimus in Chriſto filius noſter Franciſcus Francorum Rex Chriſtianißimus, cui per Archiepiſcopum Lugdunenſem pro tempore exiſtentem iuramentum fidelitatis præſtabatur, cuiuſque plurimùm intererat eandem Archiepiſcopum ſuam iuriſdictionem in dictis locis diſmembratis exercere, ac illorum habitatores qui à mille annis citrà, ſemper eidem Archiepiſcopo in ſpiritualibus ſubiecti fuerant coercere poſſe, ac quondam Carolus Dux Borbonij, tunc in humanis agens, cuius pars diſmembrata, & eidem Eccleſie Burgenſi pro parte Diœceſis aſſignata, ſui temporalis Dominij exiſtebat, cuiuſque plurimùm intererat eius ſubditos alteri quàm dicto Archiepiſcopo minimè ſubeſſe, plurimùm notoriè grauabantur, exindéque contentiones, & hominum cædes, ac ſcandala veriſimiliter in dies exoriri formidabantur; idem predeceſſor qui tempore quo dicte littere emanauerant premiſſorum notitiam non habuerat, ne earum prætextu, grauamina, lites, ſcandala, contentiones, & cædes huiuſmodi ſubſequerentur, illas ac omnia, & ſingula in eis contenta, diſmembrationem, ſeparationem, applicationem, & approbationem predictas concernentia, & inde ſequuta quæcumque, quoad poſſeſſorium dumtaxat, illis, ac iure partium in petitorio ſaluis remanentibus, per alias reuocauerat, caſſauerat, irritauerat, & annullauerat, ac pro nullis, & infectis ac viribus vacuis haberi, & cenſeri voluerat, necnon diſmembrata, ſeparata, applicata, & approbata, ac quoad iuriſdictionem, decimarum perceptionem, beneficiorum collationem, ac omnia, & ſingula diſmembrata huiuſmodi Archiepiſcopum, Decanum, Capitulum Eccleſie Lugdunenſis Franciſcum Regem, & Carolum Ducem Borbony prefatos in priſtinam, & eum in quo antequam priores littere predicte ab eo emanarent, exiſtebant, ſtatum reſtituerat & plenariè reintegrauerat, decernens irritum, & inane ſi ſecus ſuper iis à quoquam quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari, certis executoribus qui per ſe vel alium, ſeu alios poſteriores litteras predictas, & in eis contenta quæcumque vbi, quando, & quotiens opus foret, ac pro parte Franciſci Regis, & Caroli Ducis Borbonij, eorúmque ſucceſſorum, necnon Archiepiſcopi, Decani, & Capituli, ac aliorum quorum intereſſet, ſeu alicuius eorum deſuper requiſiti forent ſolemniter publicantes, facerent reuocationem, caſſationem, annullationem, reſtitutionem, & reintegrationem predictas per excommunicationes & alias ſententias, cenſuras, & pœnas firmiter obſeruari, & contrauenientes cenſuras huiuſmodi incurriſſe declararent eáſque quatenus opus foret iteratis vicibus aggrauarent & loca in quibus cenſuris huiuſmodi ligatos morari ſeu ad quæ declinare contingeret, Eccleſiaſtico interdicto ſupponerent, appellatione poſtpoſita, & auxilium brachij ſæcularis ſi opus foret inuocarent. Deputatis, ac ſucceßiuè pro parte dilecti filij noſtri Ludouici tituli ſancti Cæſarei Presbyteri Cardinalis, tunc Epiſcopi Mauriennenſis & pro Epiſcopo Burgenſi ſe gerentis, expoſito quod ad priorum litterarum earundem debitam executionem legitimè proceſſum, ipſéque illarum vigore poſſeßionem, ſeu quaſi regiminis, & adminiſtrationis dicte Eccleſie Burgenſis, & bonorum, iuriſque, & pertinentiarum illius aſſecutus fuerat, & illam per biennium, vel circa continuauerat iuriſdictionem Epiſcopalem, & iura Pontificalia inibi exercendo, quódque Archiepiſcopus, & Decanus, ac Capitulum Eccleſie Lugdunenſis huiuſmodi, ac certæ aliæ perſonæ, eum, ac Eccleſiam, & menſam Epiſcopalem Burgenſem iuribus, & iuriſdictionibus ſibi applicatis & conceßis predictis ſecundò, dictarum litterarum earundem, & proceſſuum deſuper habitorum prætextu ſpoliare, & priuare nitebantur, quíque ab huiuſmodi, & aliis ſibi de facto illatis, & inferri comminatis grauaminibus ad nos, & Sedem predictam appellauerat, ac iudices ad id deputati, ob non partitionem mandatorum, quondam Franciſci Abbatis Monaſterij Sauiniaci dicte Lugdunenſis Diœceſis, tunc in humanis agentis, & ab vno ex eiſdem executoribus ſub deputati, ad excommunicationem contrà ipſum Ludouicum Cardinalem tunc Epiſcopum, eiáſque officiales & alias perſonas proceſſerant, & in dies procedebant, ac minabantur totam ciuitatem, & Diœceſim Burgenſem predictas interdicere, ac forſan tunc interdixerant, ex quibus ſcandala, & cædes niſi de remedio prouideretur oportuno, ſuccederent; ad Caroli Ducis Sabaudiæ & Ludouici Cardinalis tunc Epiſcopi præfatorum ſupplicationem, nulla dicti Franciſci Regis mentione facta appellationis, & appellationum per eos, ſeu eorum nomine coniunctim, vel diuiſim, à grauaminibus predictis vt aſſerebatur interpoſitæ, & interpoſitarum, necnon quorumcumque pro parte Archiepiſcopi, Decani, Canonicorum, Capituli, & perſonarum predictarum attentatorum, & innouatorum ac iniquitatis, & iniuſtitiæ, nullitatiſque omnium, & ſingulorum per Archiepiſcopum, Decanum, Canonicos, & Capitulum, & ad eorum inſtantiam geſtorum, ac etiam totius negotij principales cauſas tam ſuper poſſeſſorio, quam petitorio, rebúſque aliis in cauſa, ſeu cauſis huiuſmodi deducendis, cum ſuis dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, bonæ memoriæ Achilli tituli ſanctæ Mariæ trans Tyberim tunc

ſancti

ſancti Sixti Presbytero Cardinali, etiam tunc in humanis agenti, audiendas, cognoſcendas, & ſibi in ſuo Conſiſtorio ſecreto referendas, cum poteſtate citandi ac ſub cenſuris, & pœnis etiam pecuniariis inhibendi, ipsóſque Carolum Ducem Sabaudiæ, & Epiſcopum à cenſuris forſan contra eos & alios dicta ciuitatis Burgenſis, ac officiales, & ſingulares perſonas, ſeu ciuitatem, aut communitatem, vel Diœceſim Burgenſem huiuſmodi latis, ſimpliciter, vel ad cautelas (prout iuris foret) abſoluendi, & eandem abſolutionem in partibus mittendi & interdicta quæcumque, quandocumque, & qualitercumque præmiſſorum occaſione in eiſdem ciuitate, vel Diœceſi Burgenſi, aut aliquo oppido dictæ Burgenſis Diœceſis forſitan appoſita, & decreta relaxandi, & relaxari mandandi, & alia faciendi, quæ in præmiſſis omnibus, & ſingulis terminis ſubſtantialibus ſimul, & ſemel vnicis, citatione præuia, & audientia obſeruatis, termino probatorio per eundem Achillem Cardinalem aſſignando priùs elapſo procederet, ac à cenſuris, & pœnis prædictis etiam per ſe vel alium, ac etiam ad cautelam abſolueret, commiſerat. Ac poſtmodum accepto quod licet præfatus Franciſcus Abbas ad ſecundò dictarum litterarum executionem, ritè procedens, illas perſonis Eccleſiæ Bargenſis, & oppidi, eorundem incolis, & habitatoribus intimari feciſſet, eóſque vt illis parerent ſub excommunicationis, & aliis ſententiis, cenſuris, & pœnis prædictis debitè requiſiuiſſet, & demùm eos qui parere nolebant excommunicationis, & alias Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pœnas, huiuſmodi incurriſſe declarauiſſet, & eas pluries aggrauaſſet ac auxiliam brachy ſecularis, contra inobedientes inuocauiſſet: tamen præfatus Ludouicus Cardinalis tunc Epiſcopus, & eiuſdem Eccleſiæ Burgenſis perſona, incolæque, & habitatores præfati cenſuras, & pœnas huiuſmodi temerè contemnentes, dictis poſterioribus litteris acquieſcere, & ipſius Franciſci Abbatis ſuper illarum obſeruantia, monitionibus, & mandatis obedire pertinaciter recuſauerant, & recuſabant in earum animarum periculum, perniciosum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum, etiam cùm in eos vis ſecularis brachij huiuſmodi, ſine grauibus ſcandalis & multorum cæde exerceri non poſſe formidaretur, motu proprio & ex certa ſcientia iuſtitia id ſuadente eidem Franciſco Abbati per alias ſuas dederat in mandatis, quatenus oppidum, & Eccleſiam Burgenſem huiuſmodi authoritate Apoſtolica, Eccleſiaſtico ſubiiceret interdicto tamdiu inuiolabiliter obſeruando, donec Epiſcopus & eius officialis, & perſona Eccleſiæ Burgenſis, incolæque, & habitatores huiuſmodi, ac aly contradictores, & rebelles, cuiaſcamque dignitatis, etiam Ducalis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis forent ſecundò dictis litteris, & ſuper eis, ab eodem Franciſco Abbate factis monitionibus, & præceptis parerent cum effecta; & nihilominùs eandem Epiſcopam ſuſpenſionis à diuinis, ac omnes Eccleſiaſticas perſonas, in præmiſſis culpabiles, ſub priuationis omnium, & ſingulorum Monaſteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura ſæcularium, & ordinum quorumcumque regularium per eos in titulum, & commendam, ac aliàs obtentorum, necnon perpetuò inhabilitatis ad illa, & quæcumqae alia, per eos in poſterum obtinenda, pœnis ipſo facto, quo de præmiſſis legitimè certificari parere negligerent, incurrendis, eadem authoritate Apoſtolica moneret, & requireret, vt infrà certum tunc expreſſum tempus, ſecundò dictis litteris, & in eis contentis, ac ipſius Franciſci Abbatis mandatis deſuper confectis efficaciter obtemperarent, alioquin dicto tempore elapſo Epiſcopum ſuſpenſionis, & alios præfatos, priuationis, & inhabilitatis pœnas huiuſmodi incurriſſe declararet, ac alia faceret, quæ in præmiſſis, & circa ea forent quomodolibet, oportuna, ac poſtremò cùm poſt vltimò dictarum litterarum, in quibus etiam nulla de prædictis commiſſionibus eidem Achilli Cardinali (vt præmittitur) factis mentio facta fuerat, præfatus Ludouicus Cardinalis, ſimiliter tunc Epiſcopus aſſereret, quod Archiepiſcopus, Decanus, & Capitulum, præfati ſuper præmiſſis diuerſas ſibi iniurias ſibi intulerant, vel inferre conabantur temerè, & de facto, attentando, & innouando, Idem Prædeceſſor attentatorum, & innouatorum, eorundem, ac nullitatis, & inualiditatis quarumcumque litterarum, coram eodem Achille Cardinale ſic pendente, in illius præiudicium quomodolibet obtentarum ac proceſſuum deſuper habitorum, cauſas eidem Achilli Cardinali etiam ſummariè prout in cauſis beneficialibus, audiendas, cognoſcendas, & fine debito terminandas cum omnibus, & ſingulis earum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis denuò commiſerat, diuerſis citationibus, & inhibitionibus, etiam ſub cenſuris, & pecuniariis pœnis, ac de abſoluendo à cenſuris latis & relaxando interdicta huiuſmodi commiſſionibus ab eodem Achille Cardinale prætextu dictarum ſibi factarum commiſſionum forſitan ſubſecutis, & executioni demandatis, quorum prætextu ſecundò & vltimò dictarum litterarum, executio penitus impediebatur, ac Epiſcopo, & alijs contumacibus prædictis ſe in eorum rebellione confouendi clipeus, & materia miniſtrabantur, idem Prædeceſſor aſſereas ſua vera, & incommutabilis voluntatis à principio fuiſſe, quod ſecundò & vltimò dicta littera, ſemotis qaibuſuis obſtaculis, plenum ſortirentur effectum, ſingularum cauſarum huiuſmodi ſtatus, & merita pro ſufficienter expreſſit habens, motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolica poteſtatis plenitudine omnia, & ſingula, grauamina, & appellationes, ac attentata, & innouata, nullitatéſque, & iniquitates, ac cauſarum ſuper illis eidem Achilli Cardinali factas commiſſiones huiuſmodi ſecundò, & vltimò dictarum litterarum,

litterarum, eurundem per effectum nullatenus impedire aut aliàs quomodolibet obſtare poſſe per alios ſuas litteras declarauerat, & decreuerat, ipsáſque cauſarum commiſſiones & illarum obtentas abſolutiones, & interdicti relaxationes, ac alia inde ſequuta quæcumque, in quantùm eundem effectum impedichant, nulla eſſe voluerat, ac Archiepiſcopum, Decanum, & Capitulum præfatos ub eiſdem attentatis, innouatis, & nullitatibus contrà eos, vt præfertur, allegatis abſolueres, necnon ipſis Carolo Sabaudiæ Duci & Epiſcopo ac aliis quibuſcumque ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis ad effectum, quod ſecundò, & vltimò dicta littera, per eundem Franciſcum Abbatem, executioni debita demandarentur, provt demandari voluerat, perpetuum ſilentium impoſuerat, necnon eoſdem Ludouicum Cardinalem, tunc Epiſcopum, ac omnes, & ſingulos alios earundem commiſſionum prætextu, per dictum Achillem Cardinalem, vel ſub deputatos ab eo, à dictis ſententiis, cenſuris, & pœnis forſan abſolutos; in eaſdem cenſuras, ſententias, & pœnas, reintruſerat, & interdicta Eccleſiaſtica, ſic relaxata reintegrauerat, Eccleſiáſque, ciuitates, & alia quæcumque loca, qua ob nou paritionem ſecundò, & vltimò dictarum litterarum, ac monitionum, & mandatorum Franciſci Abbatis huiuſmodi, ante ipſas relaxationes interdicto Eccleſiaſtico ſubiacebant, illi donec ſecundò, & vltimò dicta littera ſuum plenum ſortita fuiſſent effectum, eidem interdicto ſubiaceret; decernens per quaſcumque commiſſiones, ex tunc impetrandas aut aliàs quomodolibet obtinendas, nullam alicui in præmiſſis, aut circa ea, ſeu ſuper illorum incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis, vel eorum aliquo iuriſdictionem tribui, niſi de dicto Rege, & quod in præmiſſis ſua intereſſet, ſpecialis, & expreſſa mentio fieret, dictaque commiſſiones ſua vera, & corporea manu ſignata forent, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter, contingeret attentari, provt in ſingulis litteris prædictis plenius continetur: Eidem prædeceſſori ſuggeſto, quod in erectione huiuſmodi nullum Franciſci Regis, verùm Chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti; tunc Regis Romanorum in Imperatorem electi intereſſe notoriè verſabatur, cum iidem ſtuuy regnum ab imperio diuiderent, & ea quæ pro territorio, & Diœceſi dicta Eccleſia Burgenſis aſſignata fuerant, omninò extra dictum regnum, & in imperio ſeu parte imperij, circa dicta flumina conſiſterent, & à veritate alienum erat, quod præfatus Archiepiſcopus eidem Regi iuramentum fidelitatis præſtare teneretur, ac dicta ciuitas Lugdunenſis alterius dominij exiſtebat, illiúſque incolæ, & habitatores legibus, quibus alij in regno Francia exiſtentes, vti conſueuerant, vtebantur: Præfatus prædeceſſor cauſam ad ſe aduocans, & litem huiuſmodi penitus extinguens, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ſimilibus, necnon conſideratione præfati Caroli Imperatoris ſingulas prædictas, ac alias quaſcumque reuocatorias litteras præfato Archiepiſcopo, & quibuſuis aliis ſuper reuocatione erectionis huiuſmodi, & illius occaſione ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam breuis conceſſas, etiam quaſcumque inhibitiones, cenſuras & pœnas, ac decreta in ſe continentes, de ſimili conſilio, eadem authoritate Apoſtolica per alias ſuas in forma breuis litteras caſſauit, irritauit, & annullauit, nulliúſque roboris, vel momenti fuiſſe, & eſſe, ac pro infectis, & viribus vacuis haberi, nullámque eis, ex tunc in iudicio, & extrà fidem adhibere decreuit, necnon Archiepiſcopo, & Capitulo, ac Franciſco Regi præfatis, necnon quibuſuis principibus, & perſonis deſuper perpetuum ſilentium impoſuit, ac Archiepiſcopo ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis à diuinis, ac capitulo præfatis ſub excommunicationis latæ ſententia per eorum ſingulos ſi contrà facerent, eo ipſo incurrendis pœnis in litteris eis conceſſis prædictis de cætero vti aut ia aliquo ſe iuuare, ſeu Epiſcopum, & Capitulum Burgenſe præfatos deſuper moleſtare quomodolibet præſumerent, inhibuit, & nihilominus Ludouicum Cardinalem, tunc Epiſcopum, & Eccleſiam Burgenſem, ac illius Capitulum, & perſonas, ſi propter præmiſſa, Cathedralis, & Capitulam eſſe deſinant, necnon ciuitatem, diſtrictum, territorium, & Diœceſim Burgenſem, huiuſmodi illorum Clerum, & populum, ac ſingulos quos priores littera prædicta concernebant, etiam quoad omnia, & ſingula in eis contenta, in priſtinum, & eum ſtatum in quo antequàm reuocatoria littera prædicta emanaſſent (quomodolibet erant) reſtituit, repoſuit, & plenariè reintegrauit, itaut præfatus Ludouicus, & pro tempore exiſtens Epiſcopus Burgenſis, per ſe, vel alium Eccleſiæ, ciuitatis, & Diœceſis Burgenſis, eorundem nec non regiminis, & adminiſtrationis, ac locorum eiuſdem Eccleſiæ Burgenſis in ſpiritualibus, & temporalibus poſſeſſionem, ſeu quaſi propria authoritate liberè de nouo adprehendere, & retinere, ac in illis quæ ordinis, & iuriſdictionis Epiſcopalis exiſtebant, exercere valerent in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi reuocatio erectionis, & deſuper confecta littera huiuſmodi nullatenus emanaſſent, necnon erectionem, inſtitutionem, diſmembrationem, ſeparationem, applicationem, appropriationem, omniaque, & ſingula alia, in eiſdem prioribus litteris contenta de nouo fecit, ordinauit, conceſſit, indulſit, necnon Epiſcopo, & Capitulo Burgenſi præfatis vt eiſdem prioribus, & in eis contentis vti valerent, neque reuocatoriis ac aliis Archiepiſcopo, & Capitulo Lugdunenſi conceſſis, litteris & decretis ſuper illis proceſſibus, ac illarum executoribus, & ſubexecutoribus, eorúmque mandatis, & monitionibus parere tenerentur, ſed eis fortiter reſiſtere, & illarum executionem impedire, nec propterea

aliquibus

aliquibus cenſuris, vel pœnis innodari poſſent, indulſit, & inſuper Epiſcopum, ac Capitulum Eccleſiæ Burgenſis, huiuſmodi, & eorum ſingulas, necnon quoſuis alios, qui præmiſſorum occaſione directè, vel indirectè aliquibus ſententiis, cenſuris, & pœnis forſan irretiti erant, abſoluit, & abſolutos fore decreuit, interdictúmque Eccleſiaſticum propterea, quomodolibet appoſitum relaxauit, & cum illis, qui cenſuris, & pœnis prædictis ligati Miſſas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando, aut aliàs ſe immiſcendo, irregularitatem contraxiſſent, ſuper illa diſpenſauit, abolens omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam ſiue notam per eos præmiſſorum occaſione contractam, necnon decernens eaſdem litteras quouis pretextu, ſeu quauis occaſione, vel cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio aut intentionis defectu notari non poſſe, ſed validas, & efficaces exiſtere, & ſuos effectus ſortiri debere, ſicque per quoſcumque iudices, & commiſſarios etiam cauſarum palatij Apoſtolici auditores, etiam Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & interpretari debere, irritum quoque & inane ſi ſecus, ſuper iis à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter, contingeret attentari, prout in illis dicitur, plenius contineri. Cùm autem ſicut nobis plenè innotuit præfatus Ludouicus Cardinalis, ac eius officiarij, fautores, & adhærentes, potentia laica confiſi, abſque vlla cauſæ commiſſione, ſeu partis vocatione, violenter, & de facto in dicto oppido Burgenſi ſe intruſerint, iuſdique ac in ciuitate, & Diœceſi Burgenſi prædictis, decimas, & alios prouentus, ac omnimodam iuriſdictionem ordinariam ſibi aſſumpſerint, vſurpauerint, occupauerint, & exercuerint, quorum prætextu præfato Franciſco Abbate defuncto dilectus filius Claudius Abbas Monaſterij Beatæ Mariæ Bellæ-villæ dictæ, Lugdunenſis Diœceſis, etiam ab vno ex eiſdem executoribus ſubdelegatus ad ipſorum Archiepiſcopi, Decani, & Capituli inſtantiam ſententias, cenſuras, & pœnas in eiſdem litteris reuocatoriis contentas contra Ludouicum Cardinalem, & eius officiarios, fautores, auxiliatores, & adhærentes præfatos de nouo laxauit, eóſque aggrauauit, & in eorum contumaciam, auxilium brachij ſæcularis Franciſci Regis, & Caroli Ducis Sabaudiæ præfatorum inuocauit, & poſtquam præfatus Carolus Dux Sabaudiæ, pro parte Franciſci Regis, vt Archiepiſcopum, Decanum, & Capitulum, præfatos aduerſus præmiſſa, iuxtà litterarum Apoſtolicarum deſuper conceſſarum tenorem, reintegrari faceret, requiſitus; iura partium earundem in conſilio ſuo ſecreto perpendi fecerat, illáque poſtmodum ad eundem Franciſcum Regem remiſerat, séque quidquid per dilectos filios conſilium ipſius Franciſci Regis decerneretur obſeruaturum, & dicti Franciſci Regis voluntati obtemperaturum, dirigerat, ac præfati eiuſdem Franciſci Regis literas breuis huiuſmodi quo minùs, eadem litera reuocatoria præfata ſuam ſortirentur effectum nullatenus obſtare ſancierant, præfatus Franciſcus Rex brachium ſæculare, & bellicum apparatum contrà eoſdem rebelles, & inobedientes conceſſit, præfatos Archiepiſcopum, Decanum, & Capitulum, in priſtinum, & eam ſtatum, in quo ante dictam erectionem erant; in commiſſariorum ipſius Caroli Ducis Sabaudiæ ad id ab eo ſpecialiter deputatorum, & pro brachio ſæculari requiſitorum præſentia reintegrauit & eum nonnulli pro Canonicis dictæ Eccleſiæ Burgenſis ſe gerentes, illius portas clauſiſſent, commiſſarij præfati eas manu forti operiri fecerant, & officiarios dicti Archiepiſcopi in illam introduxerant, verùm eum præfatus Archiepiſcopus omnes rectores Parrochialium, & aliarum Eccleſiarum eiuſdem Diœceſis Burgenſis in ſynodalibus congregationibus comparere ſolitos, ad diem vigeſimam quintam menſis Octobris tunc ſequentis, in Congregatione ſynodali Lugduni celebranda conuocaſſet, & in ipſo oppido Burgenſi, tam Apoſtolica quam etiam dicti Caroli Ducis Sabaudiæ Apoſtolica mandata executionem debitam haberi curantis, authoritatibus, ne ibi, vel alibi, quam Lugduni, & ſub authoritate, & obedientia ipſius Archiepiſcopi Synodus celebrari aut iuriſdictio Eccleſiaſtica exercerí deberet, inhibitum fuiſſet, præfatus Ludouicus Cardinalis tunc Epiſcopus, ac eius fautores omnes rectores Parrochialium Eccleſiarum dictæ Diœceſis Burgenſis, vt certa die (in loco Ambroniaci) in Synodo iuibi authoritate Epiſcopi Burgenſis celebranda, comparerent, moueri fecit, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam in dicto oppido, palam, & publicè exercuit, illéque necnon dilectus filius Philibertus de Chales pro electo Burgenſi ſe gerent, à nonnullis tàm futuris, quàm præteritis, ac per Archiepiſcopum, Decanum, & Capitulum præfatos illatis, & inferendis grauaminibus, iniurijs, moleſtationibus, ſpoliationibus, & perturbationibus ad Sedem prædictam appellarunt, & cauſam appellationis huiuſmodi certo cauſarum palatij Apoſtolici auditori, committi obtinuerunt; ipſéque auditor in cauſa appellationis huiuſmodi ad decretam citationis executioni forſan demandatæ, & forſan nonnullos aliot veriores actus, extra tamen concluſionem proceſſit. Cum autem ſicut pro parte præfati Franciſci Regis nobis fuit nuper expoſitum, ex eo, quod in eiſdem litteris in forma breuis, quod ipſe Franciſcus Rex, & Archiepiſcopus, Decanus, & Capitulum prafati aduerſus erectionem, & priores litteræ huiuſmodi, de ipſius Caroli Ducis Sabaudiæ conſenſu, reſtituti fuerant, & in ea quinqueanio, vel circa pacificè, & quietè remanſerant, quodque idem Ludouico Cardinali tunc Epiſcopo, & eis adhærentibus

deſuper perpetuum ſilentium impoſitum extiterat, minimè, ſed quod à veritate aliennm exiſtit, qnod eiuſdem Franciſci Regis in dicta erectione non intererat, & præſntus Archiepiſcopus, pro eiſdem terris citrà fluuios hniuſmodi exiſtentibus iuramentum fidelitatis pro tempore exiſtenti Romanornm Imperatori præſtare tenebatur, expreſſnm fuit: littera in forma brenis hniuſmodi ſubreptionis, & nullitatis vitio ſubiaetnnt, & ſicnt per pnblica documentn, & teſtes fide dignos nobis conſtitit. Idem Frnncifcus Rex citrà fluuios prædictos in ipſa parte (quæ imperij vocntur) bona temporalia poſſident, ſibique præfatus Archiepiſcopus iurament um fidelitntis præſtnre conſueuerit, ne idem Cnrolus Dux Sabandiæ, nd cnius ſupplicntionem erectio ipſa proceſſernt, vt præfertur erectionis ipſius quoad poſſeſſorium, reuocationi, licet ſuus apud nos orntor deſuper monitus fuerit, ſe non oppoſnerit, nec opponnt, & pro parte dicti Franciſci Regis nobis fuerit hnmiliter ſnpplicatum, vtque renocatio prædicta, ſuum conſequatur effectnm oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos illius vices gerentes in terris, qni pacis eſt anthor, ſcandnlorum, & diſſenſionnm occaſionem ſnbmouere volentes, ac attendentes, quod pia memorin Clemens Papa VII. etiam prædeceſſor noſter, vt paci, & tranquillitnti incolarnm partium illnrnm conſuleret, & ne prnmiſſorum pretextu, pax, & concordin vniuerſalis iamdudnm deſideratn, & hne tempeſtne neceſſaria differretnr, litteras in formn brenis huiuſmodi, quoad poſſeſſorium tanquam ſubreptitias & inde ſequuta quæcumque, prout ex fide dignornm relatione nobis innotnit, renocnre intendebnt ſingulnrum litium, & cnnſarum ſuptr præmiſſis, & illornm occnſione, inter Archiepiſcopnm, Decanum, & Capitnlum, ac Ludouicum Cardinalem, & Philibertum præfatos, ac eis adhærentes, necnon qnoſuis alios in Romnna Cnria, vel extrà enm, coràm quibuſnis iudicibus ordinnriis, vel delegnis qnomodolibet pendentium, ſtatus, & merita, necnon indicum, & collstigantinm nominn, & cognominn præſentibus pro expreſſis hnbentes, præſnti Franciſci Regis ſupplicationibus inclinnti litteras in forma brnuis huiuſmodi, ſnbreptitias, & obreptitias, illnſque, necnon abſolntionem, renocationem, reſtitutionem, impoſitionem, & ſingula alia in eis contenta, nullius roboris, vel momenti exiſtere, nec alicui aduerſus litteras renocatorias, aut aliàs quomodolibet ſuffrngari, authoritate Apoſtolica tenore præſentinm, de ſcientia, nc poteſtntis plenitudine prædictis decernimus, & declnrnmus, cnusnſque ſimiliter quond poſſeſſorinm ad nos adnocamus, & lites huinſmodi penitus extingnimus, & nihilominus pro potiori canteln, ſingulas litteras renocnторias huiuſmodi, aduerſus dictas litteras in forma brenis, & illarum conceſſionem, ncinde ſequuta quæcumqne in priſtinum, & eum ſtatum in quo nnteqnam littern in formn brenis hninſmodi concederentur, quomodolibet ernnt, ſimiliter quoad poſſeſſorium reſtituimus, reponimus, & plennriè reintegramus, ſuóſque effectus ſortiri, & inxta illnrnm continentinm, & tenorem plena txecutioni demandari debere, ac præſentes litteras de ſubreptionis vel obreptionis vitio, ſeu nullitatis, aut intentionis defecta notnri vel impugnari nullatenus poſſe, ſieque per quoſcumque iudices, & eommiſſarios quanis authoritate fungentes, etiam cnuſarnm palntij Apoſtoliti nuditores, & ſanctæ Romann Eccleſiæ Cnrdinales in quauis inſtantia, ſublata tis, & eorum cuilibet, qnunis aliter iudicnndi, definiendi, & interpretandi facultate, & anthoritate, iudienri, definiri, & interpretari debere, ac qnidquid ſecus ſuper his, à qnoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter tontigerit attentari, irritnm, & inane decernimus, necnon eiſdem Ludouico Cardinnli, & Philiberto, ac Canonicis Eccleſiæ Burgenſis, & quibuſuis aliis deſnper qnoad dictnm poſſeſſorium perpetuum ſilentinm imponimus, omnémque actionem, & experiendi modum ſnperdicto petitorio, donec ipſi Arehiepiſcopus, Decanus, & Capitulum pleno reſtitnti, & reintegrati fuerint, interdicimus & denegnmns omnes, & ſingnlos ſuprà dictos, & alios quos negotium hoc concernit, niſi infrà menſem poſt præſentiam legitimam pnblicntionem ipſis præſentibus cum effectu paruerint dicto Ludouico Cnrdinali, quem ob dignitatis excellentiam pro nunt ab incurſu cenſurarum Eccleſiaſticarnm excipimns, dempto ipſo facto, eenſnras, & pœnas prndictas incnrriſſe eiſdem ſcientia & poteſtntis pleuitndine declarnntes; idem etiam, quoad Ludouicnm Cardinalem prædictum, ſi præſentibns noſtris litteris (quod non eredimus) non pnruerit abſque nlia monitione facturi, nonobſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ in dictis litteris renocatoriis conceſſa ſunt non obſtnre, eaterisque toutrnriis qnibuſcumqut. Nulli ergo omuinò hominum liceat hnuc pnginam noſtrn declarationis, aduocationis, extinctionis, reſtitutionis, repoſitionis, reintegrationis, impoſitionis, interdicti, denegationis, exceptionis, & decretornm infringere, vel ei anſu temernrio contraire; ſi quis autem hoc nttentnre prnſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pnuli Apoſtolornm eius ſe nonerit incurſurum. Dntnm Romæ apud ſnnctum Petrum, anno Incnrnntionis Dominicn milleſimo quingenteſimo trigeſimo qnarto. Pridie nonas Ianuarij Pontificntus noſtri nnno primo.

LETTRES

LETTRES PATENTES DE CHARLES DVC DE SAVOYE POVR L'EXECVTION de ladite Bulle.

CAROLVS Dux Sabaudiæ, &c. Dilectis Baillivo, & Locumtenenti Bressia, ac cæteris vniuersis, & singulis officiarijs nostris, mediatis & immediatis ad quos spectabit, & præsentes peruenerint, siue ipsorum Locatenentibus seruientibúsque generalibus necnon benè dilectis nostris Dominis Francisco Resinaldi ex collateralibus Consilij nostri Camberiaci residentis, ac Hamberto Chabeu Domino de Felliens Chambellano, & Commissarijs ad infrà scripta per nos deputatis salutem. Visa supplicatione subannexa, necnon bullis Apostolicis ibidem mentionatis ipsisque per magnificum benedilectum fidelem consiliarium nostrum, & Patrimony nostri præsidem generalem Dominum Nicolaum Balbum ex Dominis Bonavallis de nostri mandato visitatis, ac ipsius super iis relatione audita, ex nostra certa scientia, vobis, & vestrùm cuilibet insolidum per has expresè committimus, præcipimus & mandamus, sub pœna centum librarum fortium pro quolibet, quatenus executioni ipsarum Bullarum debitè requisiti, debitè assistatis, & fauores prabeatis oportunos, & insuper quibuscumque subditis nostris, videlicet laicis sub pœna pari pramissa pro quolibet nostri parte inhibeatis, Ecclesiasticis verò intimetis sub pœna reductionis bonorum suorum temporalium, ad manus nostras, ne pro rebus, causis, & casibus iurisdictionem Ecclesiasticam ordinariam merè concernentibus, ac illis spectantibus, & pertinentibus, ad alium seu alios recurrere habeant, nec debeant præterquam ad reuerendissimum in Christo Patrem Dominum Archiepiscopum Lugdunensem, consupplicantem, seu eius in spiritualibus Vicarium, quinimò eisdem, suisque iussibus, & mandatis circa præmissa faciendis pareant, obediant, & assistant, decimas quoque, & alia iura prælatis debita, & assueta debitè persoluant, in quantùm pœnas prædictas ipsorum quilibet secùs agens respectiuè incurrere formidat, ad quarum quidem pœnarum executionem contrà quoscamque transgressores, irremissibiliter procedi iubemus, & intendimus, eos propterea ad id quatenùs expedierit nobis, omnibus quibus fieri poterit debitis, & oportunis viriliter cogendo, & compellendo. Quoniam sic nobis fieri placet, & ideò præcipiendi, iniungendi, inhibendi, compellendi pœnas, & mulctas imponendi, declarandi, mitigandi, ac omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria gerendi, & exercendi vobis, & vestrùm cuilibet in solidum plenam præsentibus impartimur potestatem, vobis, vestris quoque iussibus, & mandatis hoc idcò fiendis pareri volentes, & intendi, cum, & sine pœnis, veluti nobis, ac vos, circa ea fortes fieri etiam manu forti, si opus sit, oppositionibus, excusationibus, exceptionibus, litteris, mandatis, ac aliis quibuscumque in contrarium allegandis, non obstantibus. Datum Taurini die penultima Aprilis, anno millesimo quingentesimo trigesimo quinto. Per Dominum præsentibus Dominis Hieronymo de Agaciis Cancellario Sabaudiæ, Ludouico de Sabaudia Domino Racontsij, Ioanne Francisco Parpurato præside Pedemontium, Anthonio, ex Comitibus Piozasqui milite Consilij Taurini, Iacobo Seyturerij Domino de Marsonnas, Iacobo de Bernetio Domino Rossanæ Magistris hospitij. ROFFIER.

LIMITES DE LA DIXMERIE DV Prieuré de Brou.

Tirées des Archiues de ladite Eglise.

HVGO Dei gratia primæ Lugdunensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Notum facimus tenòre præsentis paginæ, vniuersis Christi fidelibus ad quorum notitiam hæ nostræ præsentes literæ deductæ fuerint, quod cùm nos ad instantiam, & postulationem, I. Prioris Prioratus, & Ecclesiæ sancti Petri de Brou, Diœcesis Ecclesiæ Lugdunensis prædictæ commiserimus, ac in mandatis dederimus I. Priori Prioratus, & Ecclesiæ sancti Martini de Calomonte, & A. Archipresbytero de Sandrens, quatenùs ipsis vocatis prioribus, & curatis Ecclesiarum dictæ Ecclesiæ sancti Petri, & circumadiacentium, se ritè informarent de antiquis limitibus, & terminis dictæ Ecclesiæ sancti Petri, & prout conuenirent canonicè fuisse visitatum, & terminatum, ipsos terminos iuxta vsum antiquum, ritè specificarent, & declararent, & I. Prior, & A. Archipresbyter secundum sacrorum Canonum dispositionem, & nostræ commissionis tenorem, ritè procedentes terminos Parrochiæ, dictæ Ecclesiæ sancti Petri de Brou specificauerint, & declarauerint in hunc qui sequitur modum, videlicet quod Parrochia Ecclesiæ sancti Petri de Brou prædictæ

terminatur à parte Orientis in introitu ſylua Iaſſeronis loco dicto, la Caſſardiere, tendendo contrà Aquilonem vſque ad introitum ſylua de les Mangettes, Corte d les Mangettes excluſa, & ab introitu dicta ſylua de les Mangettes tendendo contrà Occidentem, vſque ad Cortem de Muſorna, ipſa Corte excluſa, & à dicta Corte de Muſornaz, eundo per aquam de Reyſſoſa contrà auſtrum, vſque ad locum dictum les Ariuiers, ou Areines, & ab ipſo loco, tranſmiſſa aqua de Reyſſoſa prædicta, tendendo contrà occidentem ad locum in quo oratorium ſancti Iounus ſituatum eſt, ipſo loco, & Oratorio penitùs excluſis, & à dicto loco aſcendendo per collem ibidem exiſtentem, & eundo contrà Occidentem vſque ad introitum, & iter angulorum ſyluarum de Satſirinco Breſſia, & de la Chumbiere, & inde eundo per ſyluam mortuam d'Antinges iuxta extremitatem dicta ſylua de Satſirinco Breſſia, vſque ad Cortem des Cluppiers ipſa Corte excluſa, & à dicta Corte eundo contra auſtrum, vſque ad fontem Sellionis, & ab ipſo fonte, eundo contra Orientem per ſummitatem collis ſeu ſylua, vel terra pendentis vſque ad fontem qui vocatur Niger fons, & à dicto fonte eundo per aquam de Reyſſoſa vſque ad ſummitatem collis de Pont-bous, ad locum videlicet dicti collis, in quo eſt iter publicum per quod itur de Burgo apud Satſiriacum de monte ſeu Reuerſimontis & à ſummitate dicti collis eundo per dictum iter per quadraginta paſſus, & inde tendendo contra Orientem vſque ad introitum ſylua Iaſſeronis prædicta, ad locum ſuprà nominatum de la Caſſardiere prædictum, & quia dicta ſpecificatio, & declaratio per præfatos I. Priorem, & A. Archipreſbyterum, ſit ritè, ac legitimè, & nemine contrà dicente dicta, & facta, nos eam tanquàm ritè, & canonicè factam approbauimus, & tenore præſentium approbamus, & decernimus, & ordinamus, quod omnes fideles habentes ſua reſidentia domicilia, & reſidentiam facientes infrà dictos limites, & terminos, ſiue Parrochium dicta Eccleſia ſancti Petri de Brou, & ad eam ad diuina audienda & ſacramenta percipienda, & recipienda, conueniant, & conuenire teneantur, & debeant. Decernimus inſuper, & ordinamus, quod omnes decima, & primitia omnium, & ſingulorum prædiorum ſitorum, & exiſtentium, infrà terminos ſuperius per quos ſupra, & modo quo ſupra ſpecificatos, & declaratos, ſpectent, & pertineant ad dictum Eccleſiam, & Prioratum ſancti Petri de Brou, & ad Priorem eiuſdem, quodque omnes fideles, ſua domicilia habentes, & reſidentium facientes infrà dictos terminos, omnes, & ſingulas decimas tam prædiales quàm perſonales, necnon & oblationes debitas, & de iure offerri conſuetas, ipſi Eccleſia, & Prioratui, ac Priori eiuſdem offerunt, trudant, atque expediunt. Decernimus etiam utque ordinamus ne quis Priorum, aut Curatorum, ſeu etiam Capellanorum aliarum Eccleſiarum, Prioratuum, ſeu etiam Capellarum circumadiacentium, præfatum Priorem dicta Eccleſia, & Prioratus ſancti Petri, & eius in dicta Eccleſia, & Prioratu ſucceſſores de cætero ſuper regimine dictorum Parrochianorum, & dictorum fidelium degentium infrà dictos terminos, & perceptione dictarum decimarum, & oblationum, ſepulturarum, & aliorum prædictorum infeſtare, aut moleſtare audeat. Quòd ſi quis contrà noſtrum huiuſmodi ordinationem, & decretum facere præſumpſerit, nos ipſi Priori prouidebimus vt fuerit rationis. Datum Lugduni in domo noſtra Archiepiſcopali, præſentibus P. Decano, & Iu. Archidiacono dicta Lugdunenſis Eccleſia, & Archipreſbytero Baugiaci anno gratiæ milleſimo octuageſimo quarto. Signum Hugonis Archiepiſcopi ✠ *IHS. Petrus Scribæ.*

TRANSLATION DV PRIEVRE', ET DE L'EGLISE DE BROV EN L'EGLISE Noſtre Dame de Bourg.

Tirée des Archiues de ladite Egliſe.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Imminens nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium nos admonet, & inducit votis illis per quæ in ſingulis locis diuinus cultus augmentum & Religio propagationem cum animarum ſalute accipiant, libenter annuamus, ac in iis noſtri Paſtoralis officij partes fauorabiliter impertiamur, prout locorum, temporum, & perſonarum qualitatibus diligenter conſiderata conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilecta in Chriſto filia nobilis mulieris Margaritæ de Auſtria, & Burgundiæ, relicta quondam Philiberti Ducis Sabaudiæ, & Chariſſimi in Chriſto filij noſtri Maximiliani Romanorum Regis Illuſtris filia, petitio continebat, quod cum Prioratus ruralis de Brou prope oppidum Burgi in Breſſia Ordinis ſancti Benedicti Lugdunenſis Diœceſis, & Parrochialis Eccleſia eiuſdem loci in loco ruruli exiſtunt, & per vnum milliare vel circa à dicto oppido diſtent, & valdè incommodum ſit dilectis filiis incolis, & habitatoribus dicti oppidi, qui ex Parrochianis dicta Eccleſia exiſtunt, ad ipſum Eccleſiam pro Miſſis, & aliis diuinis officiis audiendis

accedere

accedere à certo tempore citrà, dilecti filij rectores dictæ Eccleſiæ, & alij in dictâ Eccleſia perpetui beneficiati in Eccleſia B. Mariæ dicti oppidi Miſſas, & alia diuina officia celebrare, & animarum curam Parrochianorum prædictorum exercere conſueuerunt prout exercent, ità quod Eccleſia dicti loci de Brou quodammodo ſolitaria ſeu parum frequentata remanſit: verùm cum in dictâ Eccleſia Parrochiali præfati Philiberti Ducis & quondam Margaritæ de Borbonio eiuſdem Philiberti Ducis dum viueret Genitricis corpora ſepulta, ac nuper Prioratus, & Parrochialis Eccleſia de Brou prædicti maſſa communi dilectorum filiorum viginti octo Presbyterorum incorporatorum nuncupatorum in dictâ Eccleſia Beatæ Mariæ perpetuò Apoſtolica authoritate vniti fuerint, ità etiam animarum circa dictâ Parrochialis Eccleſia per dictos Presbyteros incorporatos ſub certis modis, & forma tunc expreſſis exerceri debeat & alia beneficia Eccleſiaſtica, ac Miſſarum, & diuinorum officiorum celebrationes, ſi quæ alia in dictâ Parrochiali Eccleſia inſtituta ſunt, cum omnibus illorum bonis, & iuribus reſpectiuè, ac alij perpetui beneficiati prædicti ad præfatam Eccleſiam B. Mariæ transfereutur & apud dictam Eccleſiam de Brou conſtruerentur, & edificaretur cum officinis neceſſariis vna domus pro vſu, & habitatione duodecim fratrum Sacerdotum cum clericis nouitiis ordinis fratrum Heremitarum ſancti Auguſtini regularis Obſeruantiæ, Congregationis Lombardiæ, ac dictâ Parrochialis Eccleſia cùm illius Cimeterio ac eiuſdem Prioratus ædificiis, necnon tot ex bonis circa ipſam Parrochialem Eccleſiam conſiſtentibus, & ad Prioratum, ac Parrochialem Eccleſiam huiuſmodi pertinentibus, quæ pro hortis, & hortalitiis domus Prædictæ ac fratrum qui illam pro tempore habitabunt, ſufficerent eiſdem domui, & fratribus, perpetuò concederentur. Profectò, & hoc in loco dictæ Eccleſia de Brou diuinus cultus augmentum, & Religio propagationem ſuſciperent ac ipſa Margarita de Auſtria domum prædictam cum officinis neceſſariis ſuis ſumptibus, & expenſis conſtrui, & ædificari faceret, & etiam bona immobilia æquualentia ſeu etiam maioris valoris pro bonis prædictorum, eiſdem domui & fratribus pro eorum hortis, & hortalitiis concedendis emeret, & eiſdem Prioratui ſeu Parrochiali Eccleſia prout ad eius bona pro hortu, & hortalitiis huiuſmodi retinenda pertineret, aſſignaret, ſeu aſſignari faceret cum effectu: quare pro parte dictæ Margaritæ de Auſtria fuit humiliter ſupplicatum vt omnia, & ſingula alia beneficia Eccleſiaſtica, ac Miſſarum, & aliorum diuinorum officiorum celebrationes, forſan in Parrochiali Eccleſia huiuſmodi inſtituta, ac beneficiatos, necnon Presbyteros, & Clericos prædictos ad præfatam Eccleſiam B. Mariæ transferre, eidémque Margaritæ de Auſtria apud ipſam Eccleſiam de Brou vnam domum pro vſu, & habitatione perpetua duodecim fratrum Sacerdotum cum Clericis, & nouitiis Ordinis Heremitarum S. Auguſtini regularis Obſeruantiæ, & Congregationis prædictorum ſub inuocatione ſancti Nicolai de Tolentino, cum clauſtro, dormitorio, refectorio, & aliis officiis neceſſariis conſtrui, & ædificari faciendi licentiam concedere, aliáſque in præmiſſis oportunius prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui diuinum cultum vbique vigere, & augeri, ac Religionis propagationem animarúmque ſingulorum Chriſti fidelium ſalutem ex commiſſi nobis Paſtoralis officij debito ſinceris exoptamus affectibus huiuſmodi ſupplicationibus inclinati ſingula alia beneficia Eccleſiaſtica, ac miſſarum, & aliorum diuinorum officiorum celebrationes, forſan in dicta Parrochiali Eccleſia inſtituta, tum omnibus illorum bonis mobilibus, & immobilibus, ac relictis, ſeu legatis illis reſpectiuè factis, necnon omnibus oneribus, honoribus, & emolumentis, ac prærogatiuis, ac alios beneficiatos, necnon Presbyteros, & Clericos prædictos ſimiliter cum omnibus illu incumbentibus oneribus, ad præfatam Eccleſiam B. Mariæ cum ad hoc Ludouici E. Maurianenſis qui Monaſterium B. Mariæ Ambroniaci Ordinis, & Diœceſis prædictorum à quo dictus Prioratus dependet & ad cuius Abbatem ſeu Commendatarium pro tempore exiſtentem collatio, & prouiſio dicti Prioratus, ac præſentatio perſona idonea ad dictam Parrochialem Eccleſiam dum pro tempore vacauit, antiqua & approbata hactenúſque pacificè obſeruata conſuetudine pertinent, in commendam ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica obtinet & Ioannis Nicienſis Epiſcoporum venerabilium fratrum noſtrorum, cum omnes, & ſinguls fructus, reditus, & prouentus dicti Prioratus per eum, quoad vixerit percipiendi, exigendi, & leuandi Apoſtolica authoritate, ac ſeruati exiſtunt, prout per publica inſtrumenta deſuper confecta nobis conſtitit facta fides, expreſſus acceſſerit aſſenſus authoritate Apoſtolica tenore præſentium transferimus, itaut de cætero perpetuis futuris temporibus alia beneficia Eccleſiaſtica, ac Miſſarum, & aliorum diuinorum officiorum celebrationes, quæ in ipſa Eccleſia de Brou antea inſtituta exiſtebant; in ipſa Eccleſia B. Mariæ præfatis oppidi exiſtant, & aly beneficiati prædicti onera, quæ ratione aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum olim in Eccleſia dicti Prioratus inſtitutorum, ſeu exiſtentium, & nunc ad ipſam Eccleſiam B. Mariæ tranſlatorum ſupportare tenebantur, in ipſa Eccleſia B. Mariæ ſupportare teneantur, ac ſingula bona reſpectiuè quæ ad alia beneficia huiuſmodi ante eandem tranſlationem reſpectiuè pertinent ſeu pro celebratione Miſſarum, & aliorum diuinorum officiorum deputata erant, etiam nunc poſt huiuſmodi tranſlationem reſpectiuè pertineant, eidémque Margaritæ de Auſtria apud ipſam Eccleſiam de Brou vnam domum pro vſu, & habitatione perpetua duodecim

fratrum Sacerdotum cum Clericis, & nouitiis Ordinis Heremitarum S. Auguſtini regularis obſeruantiæ, & Congregationis prædictorum ſub dicta inuocatione S. Nicolai de Tolentino cum clauſtro, dormitorio, refectorio, ac aliis officinis neceſſariis ſine alicuius præiudicio conſtrui, & ædificari faciendi, eiſdémque domui, & fratribus tot ex bonis Prioratus, & Parrochialis Eccleſiæ prædictorum quæ ſufficiant pro hortis, & hortalitiis eiuſdem domus, poſtquam alia bona immobilia, æquiualentia eiſdem Prioratui, & Eccleſiæ Parrochiali ſecundùm quod bona pro hortis, & hortalitiis huiuſmodi aſſignanda, valere exiſtimatum fuerit per ipſam Margaritam de Auſtria aſſignata fuerint, cum etiam ad hoc Presbyterorum incorporatorum prædictorum, prout per ſimilia inſtrumenta publica deſuper confecta nobis extitit facta fides, expreſſus acceſſerit aſſenſus aſſignandi, ac dilectis filiis congregationi prædictæ ſeu fratribus deputandis ab eadem congregatione ipſam domũ cum illius Eccleſia, & officinis, necnon aſſignãdis bonis prædictis, & adiſcitis, & aliis ad Prioratũ & Parrochialem Eccleſiam huiuſmodi pertinentibus pro eorum perpetuis vſu, & habitatione recipiendi licentiam, & facultatem concedimus, necnon eidem domui & illius Priori, & fratribus qui illam inhabitabunt pro tempore, quod omnibus, & ſingulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, indulgentiis etiam ſpiritualibus, & indultis aliis domibus Ordinis S. Auguſtini regularis obſeruantiæ ac Congregationis prædictorum in genere conceſſis & concedendis, vti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant, eadem authoritate de ſpeciali gratia indulgemus; iure tamen Parrochialis Eccleſiæ, & cuiuſlibet alterius in omnibus ſemper ſaluo, nonobſtante fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri ſtatuto prohibente ne mendicantium ordinum profeſſores, noua loca ad habitandum recipere, vel recepta mutare præſumant, ſine ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali faciente de prohibitione huiuſmodi mentionem, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ac Monaſtery, & Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus necnon illis ſub quibuſcumque tenoribus conceſſis priuilegiis, & indultis Apoſtolicis quibus illarum tenori præſentibus pro expreſſis habendis, quatenus præmiſſis in aliquo obſtent, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice quoad præmiſſa ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteríſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ tranſlationis, conceſſionis, indulti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexto decimoſeptimo. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri anno tertio.

NOTICE D'VN TRAITTÉ FAIT ENTRE ESTIENNE SEIGNEVR DE VILLARS, ET AYNARD Abbé de ſainct Sulpice en Bugey, pour la fondation de l'Abbaye de la Chaſſagne.

Tirée du Chartulaire de ladite Abbaye.

POSTERITATIS commodo prouidere volentes præſentium ſerie, geſtorum veritatem pagina credere curauimus, itaque multiplici calumniâ, iniuria, quâ Stephanus de Villars domum ſancti Sulpitij pro Grangiâ de Caſſantâ diu vexauit, quæ tandem ſortita fuerit finem in hoc ſcripto, legentibus patet. Volebat namque idem Stephanus, & quaſi de pacto ſibi conceſſum fuiſſet quærebat, vt in ſitu grangiæ abbatia conſtrueretur, verùm piæ memoriæ Abbas Aynardus vir multa virtutum dote ſubnixus conſtruendæ inibi abbatiæ nec votum, neque promiſſum cuiquam ſe feciſſe teſtabatur, cùm igitur nullum Stephanus, calumniandi fratres probabile inueniret argumentum, voluntate pro ratione vtens de ſolo iniuſtitiæ commento, tàm perplexas tàm difficiles illis oppoſuit quæſtiones, tàm grauia ſubintulit damna, quod penè cunctis grangiæ ſumptibus raptis, vitæ ſubſidia fratribus intercluſit; poſtremò pœnitentis ductus affectu, ſanctum adiit Sulpitium, & in manu Domini Petri Abbatis coram Capitulo, vniuerſas de facienda abbatia, & de omnibus, quas ſibi videbatur habere querelas, penitùs relinquens, pratum quoddam Deo, & fratribus obtulit, vt præcedentis noxæ reatus veniam debuiſſet mereri, dehinc ad altare veniens pacem de ſe, & ſuis omnibus perpetuò ſecuturam Sacramenti atteſtatione, & coram idoneis teſtibus, obſides de pace tenenda ſubſtituit, vxore ſua hæc omnia laudante; cæterùm obſides iurati de pace tenenda ſunt iſti: Petrus de Palude, Dalmatius ſancti Treuerij, Petrus de Vaſſatiaco, &c. teſtes ſancti Sulpitij Monachorum, & fratrum Conuentus, Hugo ſancti Triuerij, Stephanus de Quinciaco, Guido de Corſant, &c.

INFEVDA

INFEVDATION DE LA IVSTICE DE CHAVANES sur Reyſſouze.

Tirée de la Chambre des Comptes de Daufiné.

LVDOVICVS Dux Sabaudiæ Chablaſij, & Auguſtæ, ſacri Romani Imperij Princeps, Vicariúſque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Gebennenſis, & Baugiaci Comes, Baro Vaudi, & Faucigniaci, Niciaque, & Vercellarum Dominus. Vniuerſis ſerie præſentium fieri volumus manifeſtum, quod nos viſis tranſumpto, ſeu vidimus libertatum, ac pactionum inter fœlicis recordiæ illuſtres prædeceſſores noſtros Comites Baugiaci ex vna, ac prædeceſſores ſpectabilis fidelis conſiliarij noſtri ſincerè dilecti Ioannis de Cabanis Domini ipſius loci ex alia partibus, initarum, & firmatarum præſentibus annexa, quibus maturè conſideratis, omnia, & ſingula in ipſo tranſumpto comprehenſa, largita, & acta, in quantùm nos concernunt, præfato Ioanni præſenti, ac pro ſe, ſuíſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque ſtipulanti, & recipienti confirmamus, approbamus, & ratificamus, valcréque, & tenere volumus, ac ſi per nos acta fuiſſent, & inſuper eundem Ioannem gratia tractare volentes vberiori, eius conſideratis longanis, & conſiderabilibus erga nos ſeruitiis, & quæ dietim impendere non deſinit, vt ipſe, & cæteri eius exemplo ducti ad noſtra pro futuro ſeruentiùs animentur ſeruitia; eidem Ioanni vt ſuprà ſtipulanti, & cum gratiarum actione recipienti, matura deliberatione præhabita pro nobis, & noſtris ex noſtra certa ſcientia, gratis, & ſponte damus, largimur, cedimus, donamus, & concedimus in augmentum feudi, eorum quæ à nobis tenet, conſideratione præſertim primæ conuentionis, & ſeruitiorum, liberalitérque & de gratia ſpeciali, & mediantibus . . . . . ducatis per nos ab eodem Ioanne de Cabanis propterea habitis, manibus dilecti fidelis conſiliary, & Theſaurary noſtri Sabaudiæ generalis Humberti Fabri, qui de illis nobis tenebitur legitimè computare; videlicet merum, mixtum imperium, omnimodámque iuriſdictionem, altam, mediam, & baſſam ac vltimum ſupplicium eam poteſtate libera, ac facultate, furcas, plotot, piloriot, officiariot, & alia neceſſaria, in, & ſuper domibus, territoriis, hominibus infrà ſcriptis erigi, & fieri faciendi, deputandi, ordinandi, & conſtituendi, in pro, & ſuper hominibus ipſius Ioannis ſubnominatis, & ipſorum ſucceſſoribus quibuſuis, vbicumque locorum delinquentibus, infrà Parrochiam, & etiam alibi (ſaluo ſemper iure prædentionis) quando ipſos extrà Parrochiam delinquere contigerit, & primò ſuper Perreneto Regis, liberis Peronini de Comte, Benedicto Perrini aliàs Chalon, Garino Piceloup aliàs Bardion, Ioanne Piceloup eiuſdem fratre, Gulielmo Paſchalis, Ioanne Corterij, & Philiberto Michaelis aliàs Boſſeuchard, Parrochiæ de Vecors mandamenti ſancti Triuerij de Courtoux, Guichardo Godardi Parrochiæ ſancti Stephani ſuprà Reyſſouſam, & Ioanne Bouchoux Parrochiæ Boiſſiaci, mandamenti Baugiaci, Iaqueto Baillet, Gulielmo Broteti, Ioanneto, & Ioanne Pernet fratribus, Ioanne Freardi aliàs Garin, Ioanne Buduli, Ioanne Petro, & Nicolao Grangerij fratribus, Ioanne Ponceti aliàs Freyard, liberis Gulielmi Piceloup, Ioanne Bullibod, Ioanne Badelli, liberis Peronini Bergerij, & liberis Ioanneti Peronis, Parrochiæ de Cabanis ſuprà Reyſſouſam, ac Guilliermeto Grangerij Parrochiæ Arbigniaci mandamenti Pontis-vallium, domóque forti de Cabanis, & aliis domibus, pratis, terris, nemoribus, vineis, aquis, aquarum decurſibus, ripariis, & aliis prædiis ipſius Ioannis de Cabanis, & ſuorum hominum quibuſcumque in dictis Parrochiis de Vecort, de Cabanis, S. Stephani, Arbigniaci, & de Boyſſey ſitis, & conſiſtentibus, & ſuper quibuſuis aliis perſonis in ipſit quomodolibet in poſterùm delinquentibus, etiam in, pro, & ſuper delinquentibus in viis, & ſtrutis publicis, & vicinalibus, necnon, & prædiis quibuſcumque ipſius Iounnis de Cabanit, ac ſuorum, & aliarum quarumcumque perſonarum contiguis, déque Dominio directo ipſius Ioannit, ac Claudij, & Gulielmi de Cabanis eius nepotum coniunctim, vel diuiſim mouentibus. Eidem Ioanni inſuper licentiam, & facultatem largientes, & donantes impunè compellendi & compelli faciendi prænominatos Ioannem Pouceti, &c. licet alibi contribuere ſint ſoliti, ad contribuendum in ipſius Ioannit domo forti de Cabanit in omni tempore neceſſitatit, & debita fortificatione defenſionis, & cuſtodiæ. Præterea eundem Ioannem humiliter ſupplicantem, ſtipulantémque vt ſuprà, & recipientem (vt decet) coram nobis conſtitutum genibus flexit, capite nudato, manibúſque iunctis inter noſtras poſitis, vt erga nos debitum ſuum redderet in præſentia conſiliariorum noſtrorum infrà ſcriptorum, de, & pro præmiſſis omnibus, & ſingulis nobis recipientibus, fecit, præſtitit, & recognouit, pollicitus eſt, & confeſſus fuit, homagium, & fidelitatem ligiam, interueniente oris oſculo, in ſignum perpetui, & indiſſolubilis fœderis, cùm aliis ſolemnitatibus in talibus oportunis; confitendo ipſe Ioannes de Cabanis, tanquàm ſi eſſet in iudicio conſtitutus, & publicè recognoſcens ſe, & ſuos prædictos eſſe, velléque eſſe, & eſſe debere probos, & legales homines noſtros,

&

& noſtrorum, & hoc ratione, & ad cauſam prænominatorum conceſſorum, & largitorum, illaque à nobis tenere in feudum Nobile, antiquum, ligium, Paternum, & autium ſubque homagio, & fideliteate nobilibus, & ligiis. Et nos Dux memoratus de promiſſis eundem Ioannem, vt ſuprà recipientem, retinuimus, & laudauimus, & iura in hac parte nobis, & noſtris competentia omnia, & ſingula in eum tranſtulimus, de illis nos deueſtiendo eoſdem, Ioannem, & ſuos de ipſis largitis, vt ſuprà expreſſis, traditione vnius dagnæ, vt in ſimilibus moris eſt, inueſtiendo: in præmiſſis duntaxat retinendo nobis, & noſtris, & per expreſſum reſeruando ſubſidiis nobis, & prædeceſſoribus noſtris per eos ſolus conſuetis, quæ imponentur, concedentur, & ſolueutur pro futuro per cæteros homines, & ſubditos noſtros immediatos, & propterea nos, & dictus Ioannes de Cabanis pro nobis, & noſtris (quantùm quietem noſtram tangere poteſt) promiſimus bona fide noſtra, in verbóque principis, & dictus Ioannes Euangelistis Dei tactis, ſúbque noſtrorum amborum etiam ſucceſſorum noſtrorum expreſſa obligatione, & hypotheca bonorum quorumcumque, ſingulæ ſingulis debitè referendo, nos noſtrúmque quemlibet, quantùm ad eum ſpectat, præmiſſa omnia, & ſingula rata habere, teneréque, & inuiolabiliter obſeruare, & nunquam per nos, vel per alium directè vel indirectè, contrà facere, dicere, vel venire, ſeu contra fiat in aliquo conſentire: Et ſpecialiter dictus Ioannes pro præmiſſis nobis fideliter obſeruare, exceptis, & contrà quoſcumque Dominos, & perſonas mundi, iuxta capitulorum, & conſtitutionum formam nouæ, & veteris fidelitatis, ac præmiſſa recognoſcere, ac declarare particulariter, & diſtinctè totiens quotiens noſtro nomine fuerit requiſitus, cum, & ſub omni iuris, & facti exceptione, & renunciatione etiam patriæ, & locorum conſuetudine & alia ſolemnitate ad hoc neceſſaria pariter, & cautela. Mandantes hoc ideò Baillivo, Iudici, & Procuratori Breſſiæ, Caſtellani inſuper Burgi, & ſancti Triuerij, de Cortoux, Pontis vela, & Vallium, Bangiaci, Treſortij, & Caſtellionis Dumbarum, necnon Præſidenti, Magiſtris, & Clauigeris grotarum Cameræ Computorum noſtrorum, Commiſſariis extentarum, ac cæteris vniuerſis, & ſingulis officiariis modernis, & poſteris, communitatibus, & ſubditis noſtris, ac dictorum officiariorum locatenentium, & cuilibet eorundem, quantùm ad eum, & ſibi commiſſum ſpectabit officium, quatenus hutuſmodi confirmationem, largitionem, inueſtituram, & litteras noſtras præfato Domino de Cabanis, & ſuis prædictis teneant, & obſeruent inconcuſſas, & in nullo contrà faciant quomodolibet, vel opponant: quiuimò quæ de libris extentarum etiam in Camera Computorum tam dictorum de noſtro Dominio, pro harum obſeruatione illibata fuerint detrahenda receptis præſentibus indilatè detrahant, dictis Cameræ conſtitutionibus, & ordinationibus, litteríſque, & aliis in contrarium conceſſis facientibus, & obſtantibus non obſtantibus & reiectis, quoniam illis ſpecialiter, & expreſſè ex certa noſtra ſcientia, & motu proprio derogamus, & derogatum eſſe volumus per præſentes datas Seyſſelli die 25. Iunij anno Domini 1452. ſigné LOYS. per Dominum præſentibus Dominis Iacobo de Turre Cancellario, Martino le Franc Magiſtro requeſtarum, Anthonio Piocheti Cantore Gebennarum, Ioanne de Saxo Domino de Bauains, Franciſco de Thomatis Præſidente Gebennenſis, Amedeo Domino Vrteriarum, & Gulielmo de Virtaco Magiſtro Hoſpitij.

DONATION DE L'EGLISE, ET DES DIXMES DE CHAVEYRIA A L'EGLISE DE CLVNY par Burchard Archeueſque de Lyon.

Tirée du Cartulaire du Monaſtere de Cluny.

BVRCARDVS gratia Dei humilis Archiepiſcopus. Non intognitum eſſe volumus, qualiter in ſacra Synodo noſtra, decreuimus erga ſancta loca Dei regere, & gubernare, quod quidem per conſiltum noſtrorum fidelium; ſcilicet præpoſiti Hugonis ac Abbatis Stephani, & Archidiaconi, concedimus altare ſanctis Ioannis Baptiſtæ, Cauariacenſis Eccleſiæ, cum decimis ſancto Petro Cluniacenſis Eccleſiæ, Domino Mayolo Abbati, & inibi Deo famulantibus, excommunicamus, & anathema ſit ex parte Dei, ſanctæque Mariæ Virginis, & duodecim Apoſtolorum omniúmque fidelium Dei, & ex noſtra parte niſi reſipuerit qui malè molitus eſt. Signum Burcardi Archiepiſcopi, qui hoc donum dedit, & ſcribere rogauit, ſignum Hugonis Præpoſiti, ſignum Stephani Archidiaconi, ſignum Lamberti Decani, ſignum Eugendi Præcentoris, ſignum Ranconis Archiclauerij, ſiguum Stephani Diaconi. Data menſe Majo anno xx. Conradi Regis.

ERECTION

ERECTION DE LA SEIGNEVRIE DE COLIGNY EN COMTÉ.

Tirée de la Chambre des Comptes de Sauoye.

EMANVEL-PHILIBERTVS *Dei gratia Dax Sabaudia, &c. Serenissimi Regis Hispaniarum, & Angliæ in Gallia Belgica locum tenens; & Capitaneus generalis, ad perpetuam rei memoriam. Recognoscimus pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris Sabaudiæ Ducibus hàc notam facimus tenore præsentium vniuersis, quod cummagnitudo liberalitatis principem nulla re alia magis commendet; quàm vbi antiquos Nobiles, Claros, ac de se eum fide & studio, tum obsequio, & officijs benemeritas familias promouet; in altiorémque gradum, & ordinem efferre studet; eorúmque commoda, honores, & ornamenta ità augent, & extollunt, vt cæteri spe dignitatum; & honorum ducti ad virtutis, & bene merẽdi studia amplectenda propensiores fiant, proinde repetentibus nobis, honestam; & antiquam inclinationem nobilium de Bauma familiam; quæ eam in patria nostra Sebusianorum vulgò Bressia nancapata; necnon apud Sequanos, seu Burgundiones magno semper loco fuerint; præterea & eius familiæ sinceram tàm erga nos, quàm Illustrissimos prædecessores nostros, fidem & obseruantiam, perpetuámque studiam, grata insuper officia præfatis nostris prædecessoribus præstita, & præsertim, quæ Magnificus sincerè dilectus fidelis noster Philibertus à Bauma Sebastianus Baro Montisfalconeti, fani Amoris, & Coloniæ, Cæsareæ Majestatis Consiliarius, & Primarius Architriclynus noster similiter Consiliarius, Camerarius, & prædicta patria nostra Sebastiana Præfectus, vel Gubernator; qui pro maiorum suorum, & gentis institutо ab ineunte ætate primùm seruitijs cum Margareta Cæsaris Maximiliani filia Ducissa Sabaudiæ; ante quidem nostris additus, in ipsis adeò versatus est, & se adeò egregiè gessit, vt inde ad obsequia Caroli quinti Cæsaris domini, & auunculi nostri colendissimi ob præclaras animi, & corporis dotes ascribi primùm meruit in nobilium Augustæ domus numeram, mox dapifer, deinde præfectus equorum stabuli ac armorum; seu vt dicunt magnus scutifer, & postremò primarius Architriclynus creatus sit; adeò, vt per omnes dignitatum gradus & aulicæ mancra processisse videatur; per quadraginta, & amplius annos, quo temporis curriculo, propter excellens eius ingeniam dexteritatem; & facundiam pro eius sacra Cæsarea, & Catholica Majestate pluribus & magnis legationibus apud omnes fere Europæ Principes maximam laudem, & nominis existimationem perfunctus ac Henrico octauo, tunc Angliæ Regi ad quem missus fuerit, adeò gratus, & charus extiterit, vt ei vna die curam, & administrationem totius Regni, cum omnimoda potestate demandauerit, & eam tanquam Regem illius diei spatio coli iusserit, & voluerit: nec minùs eius virtus enituit in bellicis muneribus, quæ Cæsaris authoritate obiit propter rei militaris peritiam longo armorum vsu quæsitam: quippe qui omnibus militaribus expeditionibus, Viennæ Austriæ, Tuneti, & Algerij, cum prædicta Cæsarea Majestate susceptis, non solùm interfuerit, sed tanquam Castrorum præfectus, aut metator præfuerit, & in eo munere ac alijs sibi impositis: ità versatus est vt prudentis & diligentis Ducis; strenuique, & vigilantis præfecti nomen meritò retulerit, cuius celebri existimatione, & Cæsaris exemplo adductus, Illustrissimus, & excellentissimus quondam Genitor noster recolendæ memoriæ, suam etiam dignitatem auxit, & cumulauit, vt qui locum, & iurisdictionem Montisfalconeti antiquam ipsius patrimonium in Baroniam euexit; iúsque laendi præterea, quod in oppido, & Baronia Coliniaci sibi competebat, cesserit, & liberaliter remiserit; ac præfectaram seu procurationem ditionis nostræ Bressiæ meritò demandauerit, & contulerit, in quo res præfati quondam parentis nostri, & publicas ipsius patris ità constituit, & omnibus charus gratúsque extitit; & in eadem præfectura talem se præstitit, vt non modo de se conspectæ spei satisfecerit, sed omnium opiniones longè superauerit; ac postea cum ingruente bello Gallico, quo res præfati quondam genitoris nostri Regis Franciæ instaria, miseriæ afflictæ sunt, vt fidelem vassallum decuit, illas quantùm potuit suo consilio iuuit, fecitque apud Cæsarem adeò vt eius opera effectum fuit, vt populi nostri Subalpini, qui adhuc in officio manebant militum Cæsareanorum licentiæ minùs obnoxij forent, & quo magis studium, animam; & obsequium nobis probaret suum, nostras partes vt sequeretur fortunarum suarum omnium iacturam facere non dubitauit; tantorum itaque meritorum; vt condignam rationem habuisse videamur, eum illo grada insigniendum duximus, qui cum ipsi, tum familiæ & posteris eius vniuersis perpetuo ornamento esse possit, proinde motu proprio, ex certa scientia, ac deliberatione, sano aliorum fidelium, dilectorum Comitum, Baronum, Procerum, & Consiliariorum nostrorum accedente consilio, & imperialis quæ fungimur potestate, ipsum Philibertum à Bauma, hac speciali gratia, & beneficio insignitum volentes, oppidum, & agrum, seu, vt dicunt' maadamentum Coloniaci, super quo ius laendi, quod ex cõcessione, & approbatione nostra ei competit, & spectat tam omnibus pertinẽtiis suis, necnon,*

& aliis oppidis, caſtris, pagis, locis, & iuriſdictionibus proprijs quas habet, vel in futurum habebit ipſe Philibertus, vt vltima voluntate, vel inter vivos, prædicto oppido; & mandamento, includere, annexare; incorporare: & vnire voluerit, vti ex nunc prout ex tunc includi, comprehendi, & annexari, quinimo incluſa, comprehenſa, & annexa eſſe intendimus, & declaramus, perinde, ac ſi præſentibus deſignata, ſpecificata, & expreſſa forent in verum Comitatum, qui Comitatus Colonisci nuncupetur, ipſum Philibertum; & eius poſteros, hæredes, ac ſucceſſores in perpetuum Comites Colonisci creauimus, fecimus, ereximus, ac Comitatus titulo tenore præſentium decoramus, inſignimus, nobilitamus, creamus, facimus, & erigimus, ac extollimus imperiali qua fungimur authoritate: Ità vt ipſe Philibertus, omnes ſui poſteri, hæredes, & ſucceſſores eundem Comitatum poſſidentes ex nunc, & de cætero perpetuis temporibus Comitum Colonisci nomine, & titulo, dici, ſcribi, nominari, teneri, honorari, ac reputari ab vniuerſis, & ſingulis cuiuſcumque dignitatis, præeminentia, ſtatus, & gradus exiſtant, debeunt; omnibuſque illis dignitatibus, honoribus, prærogatiuis, exemptionibus, præeminentiis, libertatibus, iuribus, priuilegijs, inſignibus, gratijs, & indultis in iudicio, & extra, in rebus ſpiritualibus, & temporalibus, Eccleſiaſticis, & profanis, & aliis vbique in omnibus ſtatibus, & cauſis, gaudere, vti, & frui debeant: & poſſint, quibus cæteri Comites per omnia dominia, & ditiones noſtras, gaudent, vtuntur, & fruuntur conſuetudine, vel de iure, in contrarium facientibus quibuſcumque nonobſtantibus, etiam ſi talia forent de quibus ſpecialis mentio fieri deberet; decernentes quod ſi Gallorum iniuria fortè prohiberetur retroemere prædictum oppidum Colonisci, mediante ea pecunia qua diſtractum fuerat, cùm pactum de retrouendendo, túſque ſibi competens conſequi non valeret, quod eo caſu transferre poſſit titulum Comitatus in alium locum de ſuis ditionibus ad eius optionem; & voluntatem, & cum facultate includendi, annexandi, & incorporandi loco eligendo quæ ſibi placuerint, & videbuntur pro arbitrio. Mandantes idcircò omnibus magiſtratibus noſtris, & præſertim magiſtro equitum, ſeu vt dicunt Mareſchallo, vniuerſis, & ſingulis Marchionibus Comitibus, Baronibus, Banueretis, Vaſſallis, Nobilibus, Armorum Regibus, Heraldis Caduceatoribus, & denique omnibus noſtris Officiarijs ſubditis, fidelibus, dilectis, ac aliis, ad quos, quouis modo ſpectat, vel ſpectare poſſit, cuiuſcumque gradus, ſtatus, dignitatis, præeminentiæ, ordinis & conditionis exiſtant, quatenus ipſum Philibertum, ac eius poſteros, hæredes & ſucceſſores omnéſque illorum hæredes, & deſcendentes in infinitum perpetuis temporibus Comites Colonisci nominent, reputent, & honorent, eóſque dictis priuilegijs, iuribus, honoribus, dignitatibus, libertatibus, præeminentiis, exemptionibus, prærogatiuis, gratijs, & indultis vbique locorum; & terrarum iuriſdictionis noſtræ, liberè vti, frui, & gaudere permittunt: nec aliquo pacto in eis impediant, in quantum gratium noſtram charam habeant, horum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datum Bruxellis Oppido Ducatus Brabantiæ die 20. Martij anno à nativitate Domini 1556. Signé E. Philibert.

ERECTION DE LA SEIGNEVRIE DE CORNOD EN BARONNIE.

l'Original eſt aux Archiues de Monſieur le Baron de Beoſt.

CHARLES-EMANVEL Duc de Sauoye &c A tous preſens, & à venir ſalut. Comme ainſi ſoit, que les buos, & loyaux Seruiteurs de cœur genereux o'eſperent, & attendent ſeulement d'eſtre auantagés par biensfaits, de leur Prince, & Seigneur; mais auſſi qu'il tende teſmoignage honnorable, de leurs actions, & d'auoir ſatisfaction d'eux, les decorant de tittres, & dignités, & preeminences, par leſquelles eux, & leurs Succeſſeurs teſplendiſſent en honneurs, & qualités, d'ont la memoire ſoit, & demeure perpetuelle, & tous autres par tels exemples animés, & encouragés d'enſuiure leur deuote affection, ce que voulans obſeruer à l'imitation de nos Predeceſſeurs enuers ceux, qui ſe ſont rendus dignes par notables, & fidelle ſignes, comme a fait noſtre tres-cher, bien amé, & feal, Conſeiller, & Commiſſaire General de nos guerres deça les Monts, Meſſire Iean de Seyturiet Seigneur de Cornod, & Baron de Montdidier en noſtre pays de Breſſe, lequel avant par longues années eſté prés la perſonne, & au ſeruice de feu noſtre tres honnoré Seigneur & Pere, que Dieu abſolue, tant en qualité d'Eſcuyer d'Eſcuyerie, & Legation vers ſa Saincteté, qu'autres honorables charges, & depuis icelles de Commiſſaire General deſdites guerres, en laquelle charge l'auons confirmé, & continué, dés le decés de noſtredit Seigneur, & Pere, s'eſt tellement, & fidellement employé, que icelluy, & nous en auons receu grand contentement, pour teſmoignage dequoy, ledit de Cornod nous a tres-humblement requis d'annexer les [illegible]ages de Coyſia, & de Chaleas eſtans du mandement dodit Montdidier, lequel cy-deuant luy a eſté remis, vendu, & infeudé auec la terre, Iuriſdiction, & Seigneuries dudit Cornod, & pour plus nons honnorablement ſeruir, & comparoit; eriger icelle terre de Cornod en Baronnie comprise, & enclauée dans les confins, & limitations ſuiuantes, ſçauoir du Leuant les Communes de Coiſelet, Cascelles, & aucunement celles de Cottoſte, la riuiere d'Ains entre deux du Couchant, la Seigneurie

gneurie de Mnnigeſſon au Comté de Bourgogne du vent, les Communes de Conſians & aucunement celle de Cortoſle, la riuiere d'Ains entredeux, leſquels confins ſont l'eſtenduë, & contenuë de la dite Baronnie de Cornod, ioints, enclaués, & incorporés à icelle leſdits Villages de Coſſia, & de Chaleas, eſtans, comme dit eſt, du mandement, & Baronnie de Montdidier, Sçauoir faiſons, que inclinans liberalement a la Requeſte dudit Sieur de Cornod, ayans eſgard tant à ſes ſeruices ſuſdits, que à ceux qu'il continue iournellemẽt à nous faire à noſtre grande ſatisfaction; pour ces cauſes conſiderans, que l'honneur, eſt la principale recompenſe de la vertu; bien informés des bonnes facultés, reuenus, & moyens dudit Sieur de Cornod, de l'eſtendue, & qualité dudit lieu de Cornod, auec ladite terre, & Seigneurie de Cornod ſelon les confins ſuſdits deſignés, deſunifiant, & ſeparant iceux Villages à perpetuité dudit Montdidier, duquel auparauant ils eſtoient dependans, laquelle terre de Cornod ioints les ſuſdits Villages, auons creée, & leuée, & erigee, creons, eleuons, & erigeons par ces preſentes, en titre, nom, appellation, & preeminence de Baronnie, pour par ledit de Cornod, ſes hoirs, Succeſſeurs, & auant cauſe, en vſer, & iouyr paiſiblement, & perpetuellement ſous le nom, titre, & appellation de Baronnie de Cornod, voulans, que luy, & les ſiens ſuſdits ſoyent tenus, reputés, & appellés Barons de Cornod, iouyſſent & vſent dudit titre, & d'icelle Baronnie en pareils droicts de Nobleſſe, authorités, priuileges, prerogatiues, & preeminences, tant en fait, & actes de guerre, aſſemblées de Nobles qu'autrement, comme font les autres Barons de noſtre pays de Breſſe, auec pouuoir de faire dreſſer fourches patibulaires à quatre pilliers, où bon ſemblera audit Baron de Cornod, & aux ſiens dans les ſuſdits confins, terres, & partoiſſes, mettre, eſtablir, & inſtituer pour l'exercice de ladite Iuſtice de ladite Baronnie de Cornod, ſes appartenances, & dependences ſuſdites, tous Officiers, & Offices requis, meſmes vn Iuge d'Appeaux pardeuant lequel reſſortiront les appellations du Juge ordinaire de ladite Baronnie de Cornod, enſemble de ladite Baronnie, & mandement de Montdidier, leurs appartenances, & dependences ſus declarées, & ſpecifiées, auons d'abondant de noſtre certaine ſcieoce, & pour les cauſes, & conſiderations ſuſdites infeudé, & ioſeudons par ces preſentes pour nous, & les noſtres à perpetuité audit Baron de Cornod, & aux ſiens ſuſdits, lequel, & ſes Succeſſeurs tiendront, & reconnoiſtront de nous ladite Baronnie de Cotood, auec ſes appartenances, & dependances ſus ſpecifiées, & vnies en titre de Barons à cauſe de noſtre Ducbé de Sauoye, & nous en preſteront les Foy, & hommage, toutesfuis, & quantes requis en ſeront de noſtre part. Si donnons en mandement par ces meſmes preſentes à nos tres-chers bien amés, & feaux Conſeillers les Gens tenans noſtre Senat, & Chambre des Comptes de Sauoye, & autres nos Iuſticiers, & Officiers, leurs Lieutenans, & chaſcun d'eux comme luy appartiendra, que de nos preſentes lettres d'infeudation, erection, conceſſion, & octroy, & de tout le contenu cy-deſſus, ils faſent ledit Sieur Baron de Cornod, & les ſiens ſuſdits heritiers, ou ayans cauſe à perpetuité iouyr, & vſer plainement, & paiſiblement, ſans luy faire, ou donner, on ſouffrir leur eſtre fait, ou donné, ores, ou pont l'aduenir aucun deſtourbier, ou empeſchement. Car tel eſt noſtre vouloir, nonobſtant tous Edits, Statuts, Ordonnances, & autres choſes à ce contraires, que voulons eſtre tenuës icy pour exprimées, auſquelles, & aux derogatoires des derogatoires y contenuës, auons de noſtredite certaine ſcience, & plaine puiſſance derogé, & derogeons, declarans, & voulans cette eſtre pour premiere, ſeconde, & toutes autres iuſſions, qué ſur ce on pourroit de nous requerir, & chercher. En teſmoin dequoy, & afin que ce ſoit choſe ferme, & ſtable à iamais auons ſigné ces preſentes de noſtre main, & à icelles fait appoſer noſtre grand Seel à cheual, donné à Thurin le 14. Feurier 1582. Signé CHARLES-EMANVEL. Et plus bas La Creſte.

INFEVDATION DE LA HAVTE IVSTICE DE CORSANT.

L'Original eſt aux Archiues de Monſieur le Compte de Serieres en Daufiné.

AMEDEVS Dux Sabaudiæ, Chablaſij, & Aaguſtæ Princeps & Marchio in Italia, Comes Pedemontium, & Gebennenſium Vniuerſis, & ſingulis has noſtras literas viſuris, & auditaris rei geſtæ notitiam cum ſalute, qui diu, & laudabiliter noſtris inſudarunt ſeruitiis, plus ſaltem ſpecules, & experti, condigna ſunt remuneratione meritâ recepturi, ſanè attendentes grata, accepta, & laudabilia obſequia per dilectum fidelem Conſiliarium noſtrum Petrum Andreueti Dominum domus fortis de Corſant, diuæ memoriæ illuſtribus Aui paterno, & Progenitori noſtris charisſimis dõminis Comitibus Sabaudiæ, deinde nobis ſucceſſiuè fideliter impenſa, quæ quotidie impendere non deſiuit. Volentes eidem Petro propterea de aliqua remuneratione ſubuenire, eiuſdem ſtatum exaltare, & honorare pro nobis, noſtriſque haredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis præmiſſorum conſideratione, & de munificentia noſtra gratia ſpeciali eidem Petro Andreueti, pro ſe, ſuiſque haredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque ſtipulanti, & recipienti; vltrà ſuam mediam, & baſſam Seignoriam damus, largimur, trudimus, inſinuamus, cedimus, & concedimus, per præſentes merum, mixtum Imperium omnimodámque turiſdictionem, altam, mediam, & baſſam, matilationem membrorum, vltimúmque ſupplicium, tam in, & ſuper ſeruitoribus, & familiaribus ſuis domeſticis, quam etiam in, & ſuper vniuerſis, & ſingulis hominibus eiuſdem Petri Andreueti, præſentibus, & futuris quos habet, & habebit, tam per ſe, quam eius dictos haredes, & ſucceſſores in mandamento noſtro Baugiaci, vbique locorum infrà dictam mandamentum noſtrum Baugiacè delinquant, vel quaſi, contrahant, vel quaſi, etiam ſuper tenementis, & feudis

eiuſdem Petri, & ſuorum prædictorum hominum vbilibet infrà dictum mandamentum Baugiaci conſiſtentibus, cum omnimoda poteſtate, Iudices, Caſtellanos, Miſtrales, & familiares pro exercitio ſuæ omnimodæ iuriſdictionis faciendi, conſtituendi, ordinandi, & deſtituendi ad libitum ſuæ voluntatis, & in, & ſuper domo dicta ſua de Corſant, aut feudi ſuis de Corſant, aſiſias, iudicia, cognitiones, audientias, & placitationes ordinandi, tenendi, & exercendi, furcas etiam ſuper dictis feudis ſuis de Courſant, gibetos, plotos, piloria, rotas, & alia executionum, mutilationum membrorum, vltimorúmque ſupplitiorum quæcumque inſtrumenta faciendi, conſtruendi, ordinandi, plantandi, erigendi, & manutenendi, omnéſque alios actus faciendi, & exercendi qui pertinent, & incumbunt ad exercitium omnimodæ iuriſdictionis, iure ſuperioritatis, & reſſorti, nobis, & noſtris prædictis in præmiſſis ſemper ſaluo, & reſeruato. Promittentes bona fide pro nobis, & noſtris prædictis dicto Petro Andreueti, & ſuis prædictam largitionem, & gratiam noſtram manutenere, & obſeruare, & inuiolabiliter obſeruari facere, per quoſcúmque, & contrà ipſas nunquam facere, vel venire. Mandantes propterea, Baillino, iudici, Procuratori Breſſiæ, Caſtellano Baugiaci, cæteriſque officiariis noſtris præſentibus, & futuris, ſeu ipſorum locatenentibus, & eorum cuilibet in ſolidum, quatenus has noſtras literas, largitionem, & gratiam, dicto Petro Andreueti, & ſuis prædictis obſeruent penitus illæſas, & in nullo contra faciant, vel opponant: dantes etiam in mandatis, Præſidenti, magiſtriſque, & auditoribus computorum noſtrorum, quatenus dictam largitionem noſtram prædictæ iuriſdictionis omnimodæ de computis noſtris ad vtilitatem, dicti Petri Andreueti, & ſuorum prædictorum detrahant, & omninò deducant abſque alterius expectatione mandati. In cuius rei teſtimonium præſentes ſigilli noſtri maioris ad equum ſeeimus appenſione muniri. Datas Thononi die 27. Menſis Aprilis anno Domini 1421. Per Dominum, præſentibus Dominis Barone, Boly-Iacobo de Belloſorti Cancellario, Baſtardo de Sabaudia, A. de Chalant. G. de Saxo Magiſtro Hoſpitij.

INFEVDATION DES SEIGNEVRIES D'ESNES, ET ASNIERES.

Tirée des Archiues de Monſieur le Compte de Mont-Reuel.

NOS Amedeus Comes Sabaudiæ, Dux Chablaſij, & Auguſtæ, & in Italia, Marchio, Baronarúmque Baugiaci, & Colonaci Dominus: notum facimus vniuerſis præſentibus, & futuris, quod cùm nuper Dominus Guido Caprarij miles, proſe & ſuis in perpetuum nobis vendiderit; & titulo venditionis, & emptionis perpetuò acquiſierimus ab eodem pro nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, Villas, loca, territoria, & pertinentias de Annes, & de Aſneres, vnà cùm hominibus, homagiis feudatariis, emphiteotis, tenementariis, redditibus, tallis, ſeruitiis, cenſibus, compleintis, ſeruitutibus, angariis, parangariis, coruatis, proprietatibus, poſſeſſionibus, vſu, dominio, laudis, vendis, commiſtionibus, & eſcheytis, domibúſque, pratis, nemoribus, aquis, piſcariis, pontanagiis, & rebus, & iuribus aliis quibuſcumque dictarum villarum, & locorum, cùm pertinentiis, & appenditiis prædictorum & cuiuſlibet eorundem, iuriſdictionéque, omnimoda, alta, & baſſa, & mero, & mixto, Imperio, in dicta Villa, loco, territorio, hominibus, pertinentiis, & appenditiis, de Annes, & in dictis Villâ, loco, territorio, pertinentiis, & appenditiis de Aſneres, tali & conſimili Iuriſdictione, & Seignoriâ, quibus gaudent; habent, & vtuntur in terris, & hominibus ſuis alij terra noſtræ Baugiaci nobiles, tàm ex priuilegiis, & conceſſione prædeceſſorum noſtrorum ſibi factis, & indultis quàm ex vſu, & conſuetudine obſeruatis, quos, quas, & quæ D. Guido Caprary, pater quondam ipſius, nunc D. Guidonis, tam ab inclitæ recordationis D. Aymone, quondam Comite Sabaudiæ, D. & Genitore noſtro Charisimo, videlicet villam, locum, homines, redditus, iura, pertinentias, appenditias, iuriſdictionem, omnimodam, altam, mediam, & baſſam, merum, & mixtum, Imperium de Annes, titulo donationis, & infeudationis perpetuarum, quàm à D. Philippo de Vienna, D. de Pymont, de conſenſu, conceſſione, & voluntate expreſsis dicti D. & Genitoris noſtris, videlicet Villam, locum, iura, homines redditus, proprietates, poſſeſsiones, pertinentias, & appendentias de Aſneres, ex cauſa, & titulo reemptionis, habuit, & acquiſiuit, & ad ipſum, & ſuos deuenerunt, & prout per publicas, & ſufficientes, dicti D. & Genitoris noſtri, literas ad plenum fecimus informari, quæ omnia ſingula & ſupradicta, dictus nunc D. Guido nobis, & noſtris, vt ſuprà vendidit pro pretio trium millium, quatercentum, & quinquaginta florenorum auri boni ponderis, ſibi per nos realiter ſolutorum, per manum dilecti fidelis noſtri D. Gulielmi de Balma, militis D. Albergamenti, dictúſque vēditor per pactum, & ſtipulationem ſolemnem ad ſancta Dei Euangelia promiſis, & ſub bonorum ſuorum præſentium, & futurorum obligatione expreſsâ, vniuerſa, & ſingula ſupradicta vendita nobis, & noſtris in perpetuũ, manutenere, garentire, & defendere contrà omnes, onus euictionis in ſe & ſuos totaliter aſſumendo, prout hæc, & plura alia in quodam publico inſtrumento, inde facto, & recepto

receptoper manum dilecti Ioannis de Marbosio Clerici, & secretarij nostri latius continentur, hinc est, quod nos in veritate attestantes, & recognoscentes, quod prædictum acquisitum emptionem, & omnia, & singula suprædicta fecimus, & fieri voluimus, & nostra fuit, & est intentionis, & voluntatis perfecta, quod nomine, & ad opus prænominati, fidelis nostri Gulielmi de Balma militis, & suorũ hæredum, & successorum in perpetuum, quódque dictus D. Gulielmus de suo proprio, & suis propriis denarijs, solut, & satisfecit præfato venditori, pretium suprædictũ. Igitur his attentis, necnon gratis, & continuis seruitijs, obsequijs, & laboribus quibus idem Dominus Gulielmus, pacis & guerræ temporibus nobis exhibuit, & erga nos, & nostri Comitatus status vtilitatis, & honoris augmentum, se & sua interposuit, & incessanter vtiliter, & fideliter interponit, nostra spontanea volũtate, de ture nostrò ad plenum informati, & absque aliquo fraudis, vel dolis ingenio, damus, cedimus, concedimus, expedimus, deliberamus, quittamus, mandamus, transtulimus, remittimus, & donamus, purè, liberè, irreuocabiliter & perfectè pro nobis, hæredibúsque, & successoribus nostris præfato Domino Gulielmo de Balma præsenti, recipienti & stipulanti pro se, & suis hæredibus, & successoribus vtriusque sexus natis, & nascendis in perpetuum; vniuersa, & singula suprà dicta, cum iuribus, proprietatibus, possessionibus eorundem, nobis vendita, & translata (provt superius fit mentio) & qua in dicto instrumento suprà dictâ venditione confecto declarantur, necnon omne ius, & omnem actionem realem, & personalem, ciuilem, prætoriam, siue mixtam nobis acquisitas, & quod & quæ nobis competunt & pertinent, competereque, & pertinere possunt, & debent ad præsens, vel in futurum in vniuersis, & singulis suprà dictis, & instrumento dictæ venditionis, declaratis, & contentis, & aduersùs dictum venditorem & eius bona, ratione, occasione, & ex causâ venditionis suprà dictæ, ex quacumque aliâ ratione, obligatione, ture, actione, siue causâ. Constituentes eundem Dominum Gulielmum in præmissis, verum Procuratorem, & Dominum, tanquàm in rem suam propriam, ponentes ipsum in locum nostrum, volentésque & concedentes quod ipse Dominus Gulielmus, & sui vt suprà gaudeant, & vtantur omnibus & singulis suprà dictis, provt, & quemadmodum nos virtute dictæ venditionis vti poteramus, & gaudere, ità quod ex nunc, inde agere, defendere, experiri, excipere, replicare, consequi, & se tueri valeant nomine suo proprio, tanquam in, & de re propriâ, per nos sibi cessâ, donatâ superiùs & quittatâ, cúmque dictæ villæ & omnia prædicta de nostro feudo ligio fuerint, ipsum Dominum Gulielmum præsentem, & recipientem de omnibus, & singulis suprà dictis in possessionem veram, & vacuàm inductimus, vel quasi per præsentes, inuestimúsque, & retinemus de ipsis ità quod ipse Dominus Gulielmus, & sui ea à nobis teneant, & tenebunt, in feudum ligium, & sub homagio ad quod nobis adstringitur aliunde: Dantes, & concedentes ipsi Domino Gulielmo præsentium tenore licentiam, & mandatum speciale prædicta omnia, & singula, & realem possessionem ipsorum, capiendi, adipiscendi, & intrandi perpetuóque retinendi suâ authoritate propriâ sine mandato aut licentiâ alicuius. Promittentes etiam bonâ fide pro nobis, & nostris in perpetuum, quos ad hæc, & obseruationem eorum per præsentes adstringimus, & specialiter obligamus, per pactúmque expressum, & per stipulationem solemnem bona nostra omnia præsentia, & futura proinde obligando, & cum omni renuntiatione iuris, & facti, quod nobis, aut nostris competere posset, aut deberet ad præsens, vel in futurum adueniendum contrà præmissa, vel ad impugnationem eorundem, vniuersa, & singula suprà dicta, & dictas cessionem, donationem, & quittationem, ratas, gratas, firmas, & validas perpetuò custodire, habere, & tenere, attendere, complere, & firmiter, & inuiolabiliter absque impugnatione, reuocatione, aut impedimento quolibet perpetuò obseruare, & contrà per nos, vel alium in iudicio, vel extrà, in toto vel in parte facto, consensu, consilio authoritate, aut modo aliquo tacitè vel expressè non facere, nec venire neque contrauenire volenti aliqualiter consentire, nec dare, vel præstare auxilium, aliqualiter vel consensum. Mandantes, & præcipientes serie præsentium dicto Ioanni de Marbosio Notario publico quatenus dictum instrumentum, dictæ venditionis dicto Domino Gulielmo, & suis, quoties sibi necesse fuerit, & requisierit, expediat, atque tradat sine contradictione qnacumque. Datum Baugiaci cum appositione magni sigilli nostri in robur, & testimonium omnium præmissorum die 14. mensis Maij, anno Domini 1356. Per Dominum, præsentibus Domino Ludouito Reuoria, & Ioanne Rauasij Cancellario Sabaudiæ. Signé De Marbosio.

CONFIRMATION DE LA IVSTICE DE FEILLENS-CHABEV, FAITE PAR PHILIPPES DE SAVOYE Comte de Baugé, & de Bresse.

L'Original est au pouuoir de Monsieur de Feillens Baillif de Bugey.

PHILIPPVS de Sabaudia Comes Baugiaci, patriæque Bressiæ, Reuersimontis, Dumbarum, & Vallisbonæ, ac ressortorum eorundem Chasetique, & Loctarum, &c. Dominus. Ad vni-

terminatur à parte Orientis in introitu ſylua Iaſſeronis loco dicto, la Caſſardiere, tendendo contrà Aquilonem vſque ad introitum ſylue de les Mangettes, Corte d les Mangettes excluſa, & ab introitu dicta ſylua de les Mangettes tendendo contrà Occidentem, vſque ad Cortem de Maſorua, ipſa Corte excluſa, & à dicta Corte de Maſornaz, eundo per aquam de Reyſſoſa contrà auſtrum, vſque ad locum dictum les Ariniers, ou Areines, & ab ipſo loco, tranſmiſſa aqua de Reyſſoſa prædicta, tendendo contrà occidentem ad locum in quo oratorium ſancti Ioannis ſituatum eſt, ipſo loco, & Oratorio penitùs excluſis, & à dicto loco aſcendendo per collem ibidem exiſtentem, & eundo contrà Occidentem vſque ad introitum, & iter angulorum ſyluarum de Saiſiriaco Breſſia, & de la Chambiere, & inde eundo per ſyluam mortuam d'Antinges iuxta extremitatem dicta ſylua de Saiſiriaco Breſſia, vſque ad Cortem des Clappiers ipſa Corte excluſa, & à dicta Corte eundo contra auſtrum, vſque ad fontem Sellionis, & ab ipſo fonte, eundo contra Orientem per ſummitatem collis ſeu ſylue, vel terre pendentis vſque ad fontem qui vocatur Niger ſous, & à dicto fonte eundo per aquam de Reyſſoſa vſque ad ſummitatem collis de Pont-bous, ad locum videlicet dicti collis, in quo eſt iter publicum per quod itur de Burgo apud Saiſiriacum de monte ſeu Reuerſimontis & à ſummitate dicti collis eundo per dictum iter per quadraginta paſſus, & inde tendendo contra Orientem vſque ad introitum ſylue Iaſſeronis prædicta, ad locum ſuprà nominatum de la Caſſardiere prædictum, & quia dicta ſpecificatio, & declaratio per præfatos I. Priorem, & A. Archipresbyterum, ſit ritè, ac legitimè, & nemine contrà dicente dicta, & facta, nos eam tanquàm ritè, & canonicè factam approbauimus, & tenore præſentium approbamus, & decernimus, & ordinamus, quod omnes fideles habentes ſua reſidentia domicilia, & reſidentium facientes infrà dictos limites, & terminos, ſiue Parrochiam dicta Eccleſia ſancti Petri de Brou, & ad eam ad diuina audienda & ſacramenta percipienda, & recipienda, conueniant, & conuenire teneantur, & debeant. Decernimus inſuper, & ordinamus, quod omnes decimæ, & primitiæ omnium, & ſingulorum prædiorum ſitorum, & exiſtentium, infrà terminos ſuperius per quos ſupra, & modo quo ſupra ſpecificatos, & declaratos, ſpectent, & pertineant ad dictam Eccleſiam, & Prioratum ſancti Petri de Brou, & ad Priorem eiuſdem, quodque omnes fideles, ſua domicilia habentes, & reſidentiam facientes infrà dictos terminos, omnes, & ſingulas decimas tam prædiales quàm perſonales, necnon & oblationes debitas, & de iure offerri conſuetas, ipſi Eccleſiæ, & Prioratui, ac Priori eiuſdem offerant, tradant, atque expediant. Decernimus etiam atque ordinamus ne quis Priorum, aut Curatorum, ſeu etiam Capellanorum aliarum Eccleſiarum, Prioratuum, ſeu etiam Capellarum circumadiacentium, præfatum Priorem dictæ Eccleſiæ, & Prioratus ſancti Petri, & eius in dicta Eccleſia, & Prioratu ſucceſſores de cætero ſuper regimine dictorum Parrochianorum, & dictorum fidelium degentium infrà dictos terminos, & perceptione dictarum decimarum, & oblationum, ſepulturarum, & aliorum prædictorum infeſtare, aut moleſtare audeat. Quòd ſi quis contrà noſtrum huius modi ordinationem, & decretum facere præſumpſerit, nos ipſi Priori prouidebimus vt fuerit rationis. Datum Lugduni in domo noſtra Archiepiſcopali, præſentibus P. Decano, & Ia. Archidiacono dicta Lugdunenſis Eccleſiæ, & Archipresbytero Baugiaci anno gratiæ milleſimo octuageſimo quarto. Signum Hugonis Archiepiſcopi IHS. *Petrus Scriba.*

TRANSLATION DV PRIEVRE', ET DE L'EGLISE DE BROV EN L'EGLISE Noſtre Dame de Bourg.

Tirée des Archiues de ladite Egliſe.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Imminens nobis deſuper Apoſtolica ſeruitutis officium nos admonet, & inducit votis illis per quæ in ſingulis locis diuinus cultus augmentum & Religio propagationem cum animarum ſalute accipiant, libenter annuamus, ac in iis noſtri Paſtoralis officij partes fauorabiliter impertiamur, prout locorum, temporum, & perſonarum qualitatibus diligenter conſideratis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Margaritæ de Auſtria, & Burgundia, relictæ quondam Philiberti Ducis Sabaudiæ, & Chariſſimi in Chriſto filij noſtri Maximiliani Romanorum Regis Illuſtris filiæ, petitio continebat, quod cum Prioratus ruralis de Brou propè oppidum Burgi in Breſſia Ordinis ſancti Benedicti Lugdunenſis Diœceſis, & Parrochialis Eccleſia eiuſdem loci in loco rurali exiſtant, & per vnum miliare vel circa à dicto oppido diſtent, & valdè incommodum ſit dilectis filiis incolis, & habitatoribus dicti oppidi, qui ex Parrochianis dictæ Eccleſiæ exiſtunt, ad ipſam Eccleſiam pro Miſſis, & aliis diuinis officiis audiendis

accedere

accedere à certo tempore citrà, dilecti filij rectores dicta Ecclesia, & alij in dicta Ecclesia perpetuis beneficiati in Ecclesia B. Maria dicti oppidi Missas, & alia diuina officia celebrare, & animarum cnram Parrochianorum predictorum exercere consueuerunt prout exercent, ità quod Ecclesia dicti loci de Bron quodammodo solitaria seu parum frequentata remanſit: verùm cum in dicta Ecclesia Parrochiali prefati Philiberti Ducis & quondam Margarita de Borbonio eiuſdem Philiberti Ducis dum viueret Genitricis corpora ſepulta, ac nuper Prioratus, & Parrochialis Ecclesia de Brou predicti maſſæ communi dilectorum filiorum viginti octo Presbyterorum incorporatorum nuncupatorum in dicta Ecclesia Beata Maria perpetuò Apoſtolica authoritate uniti fuerint, ità etiam animarum circa dicta Parrochialis Ecclesia per dictos Presbyteros incorporatos ſub certis modis, & forma tunc expreſſis exerceri debeat & alia beneficia Eccleſiaſtica, ac Miſſarum, & diuinorum officiorum celebrationes, ſi qua alia in dicta Parrochiali Eccleſia inſtituta ſunt, cum omnibus illorum bonis, & iuribus reſpectiuè, ac alij perpetui beneficiati predicti ad prefatam Eccleſiam B. Maria transferentur & apud dictam Eccleſiam de Brou conſtrueretur, & adificaretur cum officinis neceſſarijs vna domus pro vſu, & habitatione duodecim fratrum Sacerdotum cum clericis nouitijs ordinis fratrum Heremitarum ſancti Auguſtini regularis Obſeruantiæ, Congregationis Lombardiæ, ac dicta Parrochialis Eccleſia cùm illius Cimeterio ac eiuſdem Prioratus adificijs, necnon tot ex bonis circa ipſam Parrochialem Eccleſiam conſiſtentibus, & ad Prioratum, ac Parrochialem Eccleſiam huiuſmodi pertinentibus, quæ pro hortis, & hortalitijs domus Predictæ ac fratrum qui illam pro tempore habitabunt, ſufficereat eiſdem domui, & fratribus, perpetuò concederentur. Profectò, & hoc in loco dicta Eccleſia de Brou diuinus cultus augmentum, & Religio propagationem ſuſciperent ac ipſa Margarita de Auſtria domum predictam cum officinis neceſſarijs ſuis ſumptibus, & expenſis conſtrui, & edificari faceret, & etiam bona immobilia aquiualentia ſeu etiam maioris valoris pro bonis predictorum, eiſdem domui & fratribus pro eorum hortis, & hortalitijs concedendis emeret, & eiſdem Prioratui ſeu Parrochiali Eccleſiæ prout ad eius bona pro hortis, & hortalitijs huiuſmodi retinenda pertineret, aſsignaret, ſeu aſsignari faceret cum effectu: quare pro parte dicta Margaritæ de Auſtria fuit humiliter ſupplicatum vt omnia, & ſingula alia beneficia Eccleſiaſtica, ac Miſſarum, & aliorum diuinorum officiorum celebrationes, forſan in Parrochiali Eccleſia huiuſmodi inſtituta, ac beneficiatos, necnon Presbyteros, & Clericos predictos ad prefatam Eccleſiam B. Mariæ transferre, eidémque Margaritæ de Auſtria apud ipſam Eccleſiam de Brou vnam domum pro vſu, & habitatione perpetua duodecim fratrum Sacerdotum cum Clericis, & nouitijs Ordinis Heremitarum S. Auguſtini regularis Obſeruantiæ, & Congregationis predictorum ſub inuocatione ſancti Nicolai de Tolentino, cum clauſtro, dormitorio, refectorio, & alijs officinis neceſſarijs conſtrui, & edificari faciendi licentiam concedere, aliáſque in præmiſſis oportunius prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui diuinum cultum vbique vigere, & augeri, ac Religionis propagationem animarúmque ſingulorum Chriſti fidelium ſalutem ex commiſſi nobis Paſtoralis officij debito ſinceris exoptamus affectibus; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati ſingula alia beneficia Eccleſiaſtica, ac miſſarum, & aliorum diuinorum officiorum celebrationes, forſan in dicta Parrochiali Eccleſia inſtituta, cum omnibus illorum bonis mobilibus, & immobilibus, ac relictis, ſeu legatis illis reſpectiuè factis, necnon omnibus oneribus, honoribus, & emolumentis, ac prærogatiuis, ac alios beneficiatos, necnon Presbyteros, & Clericos predictos ſimiliter cum omnibus illis incumbentibus oneribus, ad prefatam Eccleſiam B. Mariæ eum ad hoc Ludouici E. Maurianenſis qui Monaſterium B. Mariæ Ambroniaci Ordinis, & Diœceſis predictorum à quo dictus Prioratus dependet & ad cuius Abbatem ſeu Commendatarium pro tempore exiſtentem collatio, & prouiſio dicti Prioratus, ac præſentatio perſonæ idoneæ ad dictam Parrochialem Eccleſiam dum pro tempore vacauit, antiqua & approbata hactenúſque pacificè obſeruata conſuetudine pertineat, in commendam ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica obtinet & Ioannis Nicienſis Epiſcoporum venerabilium fratrum noſtrorum, cum omnes, & ſinguli fructus, redditus, & prouentus dicti Prioratus per eum, quoad vixerit percipiendi, exigendi, & leuandi Apoſtolica authoritate, ac ſeruati exiſtunt, prout per publica inſtrumenta deſuper confecta nobis conſtitit facta fides, expreſſus acceſſerit aſſenſus authoritate Apoſtolica tenore præſentium transferimus, itaut de cætero perpetuis futuris temporibus alia beneficia Eccleſiaſtica, ac Miſſarum, & aliorum diuinorum officiorum celebrationes, quæ in ipſa Eccleſia de Brou antea inſtituta exiſtebant; in ipſa Eccleſia B. Mariæ prefatis oppidi exiſtant, & alij beneficiati predicti onera, quæ ratione aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum olim in Eccleſia dicti Prioratus inſtitutorum, ſeu exiſtentium, & nunc ad ipſam Eccleſiam B. Mariæ tranſlatorum ſupportare tenebantur, in ipſa Eccleſia B. Mariæ ſupportare teneantur, ac ſingula bona reſpectiuè quæ ad alia beneficia huiuſmodi ante eandem tranſlationem reſpectiuè pertineant ſeu pro celebratione Miſſarum, & aliorum diuinorum officiorum deputata erant, etiam nunc poſt huiuſmodi tranſlationem reſpectiuè pertineant, eidémque Margaritæ de Auſtria apud ipſam Eccleſiam de Brou vnam domum pro vſu, & habitatione perpetuis duodecim

fratrum Sacerdotum cum Clericis, & nouitiis Ordinis Heremitarum S. Augustini regularis obseruantiæ, & Congregationis prædictorum sub dicta inuocatione S. Nicolai de Tolentino cum claustro, dormitorio, refectorio, ac aliis officinis necessariis sine alicuius præiudicio construi, & ædificari faciendi, eisdémque domus, & fratribus tot ex bonis Prioratus, & Parrochialis Ecclesiæ prædictorum quæ sufficiant pro hortis, & hortalitiis eiusdem domus, postquam alia bona immobilia, æquiualentia eisdem Prioratui, & Ecclesiæ Parrochiali secundùm quod bona pro hortis, & hortalitiis huiusmodi assignanda, valere existimatum fuerit per ipsum Margaritam de Austria assignata fuerint, cum etiam ad hoc Presbyterorum incorporatorum prædictorum, prout per similia instrumenta publica desuper confecta nobis extitit facta fides, expressus accesserit assensus assignandi, ac dilectis filiis congregationi prædictæ seu fratribus deputandis ab eadem congregatione ipsum domũ cum illius Ecclesia, & officinis, necnon assignãdis bonis prædictis, & ædificiis, & aliis ad Prioratũ & Parrochialem Ecclesiam huiusmodi pertinentibus pro eorum perpetuis vsu, & habitatione recipiendi licentiam, & facultatem concedimus, necnon eidem domui & illius Priori, & fratribus qui illam inhabitabant pro tempore, quod omnibus, & singulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, indulgentiis etiam spiritualibus, & indultis aliis domibus Ordinis S. Augustini regularis obseruantiæ ac Congregationis prædictorum in genere concessis & concedendis, vti, potiri, & gaudere possint, & debeant, eadem authoritate de speciali gratia indulgemus; iure tamen Parrochialis Ecclesiæ, & cuiuslibet alterius in omnibus semper saluo, nonobstante fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri statuto prohibente ne mendicantium ordinum professores, noua loca ad habitandum recipere, vel receptu mutare præsumant, sine sedis Apostolicæ licentia speciali faciente de prohibitione huiusmodi meationem, & aliis Apostolicis constitutionibus, ac Monasterij, & Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus necnon illis sub quibuscumque tenoribus concessis priuilegiis, & indultis Apostolicis quibus illarum tenori præsentibus pro expressis habendis, quatenus præmissis in aliquo obstent, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice quoad præmissa specialiter, & expressè derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ translationis, concessionis, indulti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Petram, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexto decimoseptimo. Kal. Augusti Pontificatus nostri anno tertio.

NOTICE D'VN TRAITTÉ FAIT ENTRE ESTIENNE SEIGNEVR DE VILLARS, ET AYNARD Abbé de sainct Sulpice en Bugey, pour la fondation de l'Abbaye de la Chaſſagne.

Tirée du Chartulaire de ladite Abbaye.

POSTERITATIS commodo prouidere volentes præsentium serie, gestorum veritatem pagina credere curauimus, itaque multiplici calumniâ, iniuria, quâ Stephanus de Villars domum sancti Salpitij pro Grangiâ de Cassaniâ dia vexauit, qua tandem sortita fuerit finem in hoc scripto, legentibus patet. Volebat namque idem Stephanus, & quasi de pacto sibi concessum fuisset quærebat, vt in sita grangia abbatia construeretur, verùm pia memoria Abbas Aynardus vir multa virtutum dote submixus construendæ inibi abbatiæ nec votum, neque promissum cuiquam se fecisse testabatur, cùm igitur nullam Stephanus, calumniandi fratres probabile inueniret argamentum, volantate pro ratione vtens de solo iniustitiæ commento, tàm perplexas tàm difficiles illis opposuit quæstiones, tàm grauia subintulit damna, quod penè sanctis grangiæ sumptibus raptis, vitæ subsidia fratribus intercluſit; postremò pœnitentis ductus affectu, sanctum adiit Sulpitiam, & in manu Domini Petri Abbatis coram Capitulo, vniuersas de facienda abbutia, & de omnibus, quas sibi videbatur habere querelas, penitùs relinquens, pratum quoddam Deo, & fratribus obtulit, vt præcedentis noxæ reatui veniam debuisset mereri, dehinc ad altare veniens pacem de se, & suis omnibus perpetuò secaturam Sacramenti attestatione, & coram idoneis testibus, obsides de pace tenenda substituit, vxore sua hæc omnia laudante; cæterùm obsides iurati de pace tenenda sunt isti: Petrus de Palade, Dalmatius sancti Treuerij, Petrus de Vassatiaco, &c. testes sancti Salpitij Monachorum, & fratrum Conuentus, Hugo sancti Triuerij, Stephanus de Quinciaco, Guido de Corsant, &c.

INFEVDA

INFEVDATION DE LA IVSTICE DE CHAVANES sur Reyſſouze.

Tirée de la Chambre des Comptes de Daufiné.

LVDOVICVS Dux Sabaudiæ Chablaſij, & Auguſtæ, ſacri Romani Imperij Princeps, Vicariúſque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Gebennenſis, & Baugiaci Comes, Baro Vaudi, & Faucinaci, Niciaque, & Vercellarum Dominus. Vniuerſi ſerie præſentium fieri volumus manifeſtum, quod nos viſis tranſampto, ſeu vidimus libertatum, ac pactionum inter fœlicis recordis illuſtres prædeceſſores noſtros Comites Baugiaci ex vna, ac prædeceſſores ſpectabilis fidelis conſiliarij noſtri ſincerè dilecti Ioannis de Cabanis Domini ipſius loci ex alia partibus, initarum, & firmatarum præſentibus annexa, quibus maturè conſideratis, omnia, & ſingula in ipſo tranſumpto comprehenſa, largita, & acta, in quantùm nos concernunt, prafato Ioanni præſenti, ac pro ſe, ſuíſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque ſtipulanti, & recipienti confirmamus, approbamus, & ratificamus, valeréque, & tenere volumus, ac ſi per nos acta fuiſſent, & inſuper eundem Ioannem gratia tractare volentes vberiori, eius conſideratis longanis, & conſiderabilibus erga nos ſeruitiis, & qua dietim impendere non deſinit, vt ipſe, & cæteri eius exemplo ducti ad noſtra pro futuro feruentiùs animentur ſeruitia; eidem Ioanni vt ſuprà ſtipulanti, & cum gratiarum actione recipienti, matura deliberatione præhabita pro nobis, & noſtris ex noſtra certa ſcientia, gratis, & ſponte damus, largimur, cedimus, donamus; & concedimus in augmentum feudi, eorum quæ à nobis tenet, conſideratione præſertim prima conuentionis, & ſeruitiorum, liberalitérque & de gratia ſpeciali, & mediantibus . . . . . ducatis per nos ab eodem Ioanne de Cabanis propterea habitis, manibus dilecti fidelis conſiliarij, & Theſaurarij noſtri Sabaudiæ generalis Humberti Fabri, qui de illis nobis tenebitur legitimè computare; videlicet meram, mixtum imperium, omnimodámque iuriſdictionem, altam, mediam, & baſſam ac vltimum ſupplicium cum poteſtate libera, ac facultate, furcas, plotos, pilorios, officiarios, & alia neceſſaria, in, & ſuper domibus, territoriis, hominibus infrà ſcriptis erigi, & fieri faciendi; deputandi, ordinandi, & conſtituendi, ia pro, & ſuper hominibus ipſius Ioannis ſubnominatis, & ipſorum ſucceſſoribus quibuſuis, vbicumque locorum delinquentibus, infrà Parrochiam, & etiam alibi (ſaluo ſemper iure pruuentionis) quando ipſos extrà Parrochium delinquere contigerit, & primò ſuper Perreneto Regis, liberis Peronini de Comte, Benedicto Perrini aliàs Chalon, Garino Piceloup aliàs Bardion, Ioanne Piceloup eiuſdem fratre, Galielmo Paſchalis, Ioanne Corterij, & Philiberto Michaelis aliàs Boſſeuchard, Parrochia de Vecors mandamenti ſancti Triuerij de Courtoux, Guichardo Godardi Parrochia ſancti Stephani ſuprà Reyſſouſam, & Ioanne Bouchoux Parrochia Boiſſiaci, mandamenti Baugiaci, Iaqueto Baillet, Galielmo Broteti, Ioanneto, & Ioanne Pernet fratribus, Ioanne Freardi aliàs Garin, Ioanne Badali, Ioanne Petro, & Nicolao Grangerij fratribus, Ioanne Ponceti aliàs Freyard, liberis Galielmi Piceloup, Ioanne Bullibod, Ioanne Badelli, liberis Peronini Bergerij, & liberis Ioanneti Peronis, Parrochia de Cabanis ſuprà Reyſſouſam, ac Guilliermeto Grangerij Parrochiæ Arbigniaci mandamenti Pontis-vallium, domóque forti de Cabanis, & aliis domibus, pratis, terris, nemoribus, vineis, aquis, aquarum decurſibus, ripariis, & aliis pradiis ipſius Ioannis de Cabanis, & ſuorum hominum quibuſcumque in dictis Parrochiis de Vecors, de Cabanis, S. Stephani, Arbigniaci, & de Boyſſey ſitis, & conſiſtentibus, & ſuper quibuſuis aliis perſonis in ipſis quomodolibet in poſterum delinquentibus, etiam in, pro, & ſuper delinquentibus in viis, & ſtratis publicis, & vicinalibus, necnon, & pradiis quibuſcumque ipſius Ioannis de Cabanis, ac ſuorum, & aliorum quarumcumque perſonarum contiguis, déque Dominio directo ipſius Ioannis, ac Claudij, & Galielmi de Cabanis eius nepotum coniunctim, vel diuiſim mouentibus. Eidem Ioanni inſuper licentiam, & facultatem largientes, & donantes impunè compellendi & compelli faciendi prænominatos Ioannem Ponceti, &c. licet alibi contribuere ſint ſoliti, ad contribuendum in ipſius Ioannis domo forti de Cabanis in omni tempore neceſſitatis, & debita fortificatione defenſionis, & cuſtodiæ. Præterea eundem Ioannem humiliter ſupplicantem, ſtipulantémque vt ſuprà, & recipientem (vt decet) coram nobis conſtitutum genibus flexis, capite nudato, manibúſque iunctis inter noſtras poſitis, vt erga nos debitum ſuum redderet in præſentia conſiliariorum noſtrorum infrà ſcriptorum, de, & pro præmiſſis omnibus, & ſingulis nobis recipientibus; fecit, præſtitit, & recognouit, pollicitus eſt, & confeſſus fuit, homagium, & fidelitatem ligiam, interueniente oris oſculo, in ſignum perpetui, & indiſſolubilis fœderis, cùm aliis ſolemnitatibus in talibus oportunis; confitendo ipſe Ioannes de Cabanis, tanquàm ſi eſſet in iudicio conſtitutus, & publicè recognoſcens ſe, & ſuos prædictos eſſe, velléque eſſe, & eſſe debere probos, & legales homines noſtros,

&

& noſtrorum, & hoc ratione, & ad cauſam prænominatorum conceſſorum, & largitorum, illaque à nobis tenere in feudum Nobile, antiquum, liginm, Paternum, & auitum ſubque homagio, & fidelitate nobilibus, & ligiis. Et nos Dux memoratus de promiſſis eundem Ioannem, vt ſuprà recipientem, retinuimus, & laudauimus, & inra in hac parte nobis, & noſtris competentia omnia, & ſingula in eum tranſtulimus, de illis nos deueſtiendo eoſdem, Ioannem, & ſuos de ipſis largitis, vt ſuprà expreſſis, traditione vnius dagnæ, vt in ſimilibus moris eſt, inueſtiendo: in præmiſſis duntaxat retinendo nobis, & noſtris, & per expreſſum reſeruando ſubſidiis nobis, & prædeceſſoribus noſtris per eos ſolui conſueta, quæ imponentur, concedentur, & ſoluentur pro futuro per cæteros homines, & ſubditos noſtros immediatos, & propterea à nos, & dictus Ioannes de Cabanis pro nobis, & noſtris (quantùm quietem noſtram tangere poteſt) promiſimus bona fide noſtra, in verbòque principis, & dictus Ioannes Euangeliis Dei tactis, ſúbque noſtrorum amborum etiam ſucceſſorum noſtrorum expreſſa obligatione, & hypotheca bonorum quorumcumque, ſingula ſingulis debitè referendo, nos noſtrúmque quemlibet, quantùm ad eum ſpectat, præmiſſa omnia, & ſingula rata habere, teneréque, & inuiolabiliter obſeruare, & nunquam per nos, vel per alium directè vel indirectè, contrà facere, dicere, vel venire, ſeu contrà fieri in aliquo conſentire: Et ſpecialiter dictus Ioannes pro præmiſſis nobis fideliter obſeruare, exceptis, & contrà quoſcumque Dominos, & perſonas mundi, iuxta capitulorum, & conſtitutionum formam nouæ, & veteris fidelitatis, ac præmiſſa recognoſcere, ac declarare particulariter, & diſtinctè totiens quotiens noſtro nomine fuerit requiſitus, cum, & ſub omni iuris, & facti exceptione, & renunciatione etiam patriæ, & locorum conſuetudine & alia ſolemnitate ad hoc neceſſaria pariter, & cautela. Mandantes hoc ideò Baillino, Iudici, & Procuratori Breſſiæ, Caſtellano inſuper Burgi, & ſancti Trinerij, de Cortoux, Pontis velæ, & Vallium, Bangiaci, Treſortij, & Caſtellionis Dumbarum, necnon Præſidenti, Magiſtris, & Clauigeris grotarum Cameræ Computorum noſtrorum, Commiſſariis extentarum, ac cæteris vniuerſis, & ſingulis officiariis modernis, & poſteris, communitatibus, & ſubditis noſtris, ac dictorum officiariorum locatenentibus, & cuilibet eorundem, quantum ad eum, & ſibi commiſſum ſpectabit officium, quatenus huiuſmodi confirmationem, largitionem, inueſtituram, & litteras noſtras præfato Domino de Cabanis, & ſuis prædictis tenant, & obſeruent inconcuſſas, & in nullo contrà faciant quomodolibet, vel opponant: quinimò quæ de libris extentarum etiam in Camera Computorum tam dictorum de noſtro Dominio, pro harum obſeruatione illibata fuerint detrahenda receptis præſentibus indilatè detrahant, dictis Camera conſtitutionibus, & ordinationibus, litteríſque, & aliis in contrarium conceſſis facientibus, & obtemperantibus non obſtantibus & reiectis, quoniam illis ſpecialiter, & expreſſè ex certa noſtra ſcientia, & motu proprio derogamus, & derogatum eſſe volumus per præſentes datas Seyſſelli die 25. Iunij anno Domini 1452. ſigné LOYS. per Dominum præſentibus Dominis Iacobo de Tuyre Cancellario, Martino le Franc Magiſtro requeſtarum, Anthonio Procheti Cantore Gebennarum, Ioanne de Saxo Domino de Banains, Franciſco de Thomatis Præſidente Gebennenſis, Amedeo Domino Vrtieriarum, & Gulielmo de Vitaco Magiſtro Hoſpitij.

DONATION DE L'EGLISE, ET DES DIXMES DE CHAVEYRIA A L'EGLISE DE CLVNY par Burchard Archeueſque de Lyon.

Tirée du Cartulaire du Monaſtere de Cluny.

BVRCARDVS gratia Dei humilis Archiepiſcopus. Non incognitum eſſe volumus, qualiter in ſacra Synodo noſtra, decreuimus erga ſancta loca Dei regere, & gubernare, quod quidem per conſilium noſtrorum fidelium; ſcilicet præpoſiti Hugonis ac Abbatis Stephani, & Archidiaconi, concedimus altare ſanctæ Ioannis Baptiſtæ, Cauariacenſis Eccleſiæ, cum decimis ſancto Petro Cluniacenſis Eccleſiæ, Domino Mayolo Abbati, & inibi Deo famulantibus, excommunicamus, & anathema ſit ex parte Dei, ſanctæque Mariæ Virginis, & duodecim Apoſtolorum omniúmque fidelium Dei, & ex noſtra parte niſi reſipuerit qui malè molitus eſt. Signum Burcardi Archiepiſcopi, qui hoc donum dedit, & ſcribere rogauit, ſignum Hugonis Præpoſiti, ſignum Stephani Archidiaconi, ſignum Lamberti Decani, ſignum Engendi Præcentoris, ſignum Ranconis Archicantorij, ſignum Stephani Diaconi. Data menſe Maio anno xx. Conradi Regis.

ERECTION

ERECTION DE LA SEIGNEVRIE DE COLIGNY EN COMTÉ.

Tirée de la Chambre des Comptes de Sauoye.

EMANVEL-PHILIBERTVS *Dei gratia Dux Sabaudiæ, &c. Sereniſſimi Regis Hiſpaniarum, & Angliæ in Gallia Belgica locum tenens; & Capitaneus generalis, ad perpetuam rei memoriam. Recognoſcimus pro nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris Sabaudiæ Ducibus hc uotum facimus tenore præſentium vniuerſis, quod cummagnitudo liberalitatis principem nulla re alia magis commendet; quàm vbi antiquos Nobiles, Claros, ac de ſe eam fide & ſtudio, tum obſequio, & officiis benemeritas familias promouet; in altiorémque gradum, & ordinem efferre ſtudet, earúmque commoda, honores, & ornamenta ità augent, & extollunt, vt cæteri ſpe dignitatum; & honorum ductí ad virtutis, & bene merẽdi ſtudia amplectenda propenſiores fiant, proinde repetentibus nobis, honeſtam; & antiquam inclinationem nobilium de Bauma familiam; quæ cum in patria noſtra Sebuſianorum vulgò Breſſia nuncupata; necnon apud Sequanos, ſeu Burgundiones magno ſemper loco fuerint; præterea & eius familiæ ſinceram tàm erga nos, quàm Illuſtriſſimos prædeceſſores noſtros, fidem & obſeruantiam, perpetuúmque ſtudium, grata inſuper officia præfatis noſtris prædeceſſoribus præſtita, & præſertim, quæ Magnificus ſincerè dilectus fidelis noſter Philibertus à Bauma Sebuſianus Baro Montiſalconeti, fani Amoris, & Coloniaci, Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius, & Primarius Architriclynus noſter ſimiliter Conſiliarius, Camerarius, & prædictæ patriæ noſtræ Sebuſianæ Præfectus, vel Gubernator; qui pro maiorum ſuorum, & gentis inſtituto ab ineunte ætate primùm ferutiis cum Margareta Cæſaris Maximiliani filia Ducíſſa Sabaudiæ; ante quidem noſtris addictus, in ipſis adeò verſatus eſt, & ſe adeò egregiè geſſit, vt inde ad obſequia Caroli quinti Cæſaris domini, & auunculi noſtri colendiſſimi ob præclaras animi, & corporis dotes aſcribi primùm meruit in nobilium Auguſtæ domus numerum, mox dapifer, deinde præfectus equorum ſtabuli ac armorum; ſeu vt dicunt magnus ſcutifer, & poſtremò primarius Architriclynus creatus ſit; adeò, vt per omnes dignitatum gradus & aulica munera proceſſiſſe videatur; per quadraginta, & ampliùs annos, quo temporis curriculo, propter excellens eius ingenium dexteritatem; & facundiam pro eius ſacra Cæſarea, & Catholica Majeſtate pluribus & magnis legationibus apud omnes fere Europæ Principes maximacum laude, & nominis exiſtimatione perfunctus ac Henrico octauo, tunc Angliæ Regi ad quem miſſus fuerit, adeò gratus, & charus extiterit, vt ei vna die curam, & adminiſtrationem totius Regni, eum omnimoda poteſtate demandauerit, & eum tanquam Regem illius dies ſpatio coli iuſſerit, & voluerit: nec minùs eius virtus enituit in belliciis muneribus, quæ Cæſaris authoritate obiit propter rei militaris peritiam longo armorum vſu quæſitam: quippe qui omnibus militaribus expeditionibus, Viennæ Auſtriæ, Tuneti, & Algerij, eum præfata Cæſarea Majeſtate ſuſceptis, non ſolùm interfuerit, ſed tanquam Caſtrorum præfectus, aut metator præfuerit, & in eo munere ac altis ſibi impoſitis: ità verſatus eſt vt prudentis & diligentis Ducis, ſtrenuíque, & vigilantis præfecti nomen meritò retulerit, cuius celebri exiſtimatione, & Cæſaris exemplo adductus, Illuſtriſſimus, & excellentiſſimus quondam Genitor noſter recolendæ memoriæ, ſuam etiam dignitatem auxit, & cumulauit, vt qui locum, & iuriſdictionem Montiſalconeti antiquum ipſius patrimonium in Baroniam euexit; iúſque luendi præterea, quod in oppido, & Baronia Coliniaci ſibi competebat, ceſſerit, & liberaliter remiſerit; ac præfecturam ſeu procurationem ditionis noſtræ Breſſiæ meritò demandauerit, & contulerit, in quo res præfati quondam parentis noſtri, & publicas ipſius patris ità conſtituit, & omnibus charas gratúſque extitit; & in eadem præfectura talem ſe præſtitit, vt non modo de ſe conſpectæ ſpei ſatisfecerit, ſed omnium opiniones longè ſuperauerit; ac poſtea cum ingruente bello Gallico, quo res præfati quondam genitoris noſtri Regis Franciæ iniuria, miſeria afflictæ ſunt, vt fidelem vaſſallum decuit, illas quantùm potuit ſuo conſilio iuuit, fecítque apud Cæſarem adeò vt eius opera effectum ſuit, vt populi noſtri Subalpini, qui adhuc in officio manebant militum Cæſareanorum licentiæ minùs obnoxij forent, & quo magis ſtudium, animum; & obſequium nobis probaret ſuum, noſtras partes vt ſequeretur fortunarum ſuarum omnium iacturam facere non dubitauit; tantorum itaque meritorum; vt condignam rationem habuiſſe videamur, eum illo gradu inſiguiendum duximus, qui cum ipſi, tum familiæ & poſteris eius vniuerſis perpetuo ornamento eſſe poſſit, proinde motu proprio, ex certa ſcientia, ac deliberatione, ſano aliorum fidelium, dilectorum Comitum, Baronum, Procerum, & Conſiliariorum noſtrorum accedente conſilio, & imperialis qua fungimur poteſtate, ipſum Philibertum à Bauma, hac ſpeciali gratia, & beneficio inſiguitum volentes, oppidum, & agrum, ſeu, vt dicunt mandamentum Coloniaci, ſuper quo ius luendi, quod ex cõceſſione, & approbatione noſtra ei competit, & ſpectat cum omnibus pertinẽtiis ſuis, necnon.*

& aliis oppidis, castris, pagis, locis, & iurisdictionibus propriis quas habet, vel in futurum habebit ipse Philibertus, vt vltima voluntate, vel inter vivos, prædicto oppido; & mandamento, includere, annexare; incorporare: & vnire voluerit, vti ex nunc prout ex tunc includi, comprehendi, & annexari, quinimo inclusa, comprehensa, & annexa esse intendimus, & declaramus, perinde, ac si præsentibus designata, specificata, & expressa forent in verum Comitatum, qui Comitatus Colomaci nuncupetur, ipsum Philibertum; & eius posteros, hæredes, ac successores in perpetuum Comites Colomaci creauimus, fecimus, ereximus, ac Comitatus titulo tenore præsentium decoramus, insignimus, nobilitamus, creamus, facimus, & erigimus, ac extollimus imperali qua fungimur authoritate: Ità vt ipse Philibertus, omnes sui posteri, hæredes, & successores eundem Comitatum possidentes ex nunc, & de cætero perpetuis temporibus Comitum Colomaci nomine, & titulo, dici, scribi, nominari, tenere, honorari, ac reputari ab vniuersis, & singulis cuiuscumque dignitatis, præeminentiæ, status, & gradus existant, debeant; omnibusque illis dignitatibus, honoribus, prærogatiuis, exemptionibus, præeminentiis, libertatibus, iuribus, priuilegiis, insignibus, gratiis, & indultis in iudicio, & extra, in rebus spiritualibus, & temporalibus, Ecclesiasticis, & profanis, & aliis vbique in omnibus statibus, & causis, gaudere, vti, & frui debeant: & possint, quibus cæteri Comites per omnia dominia, & ditiones nostras, gaudent, vtuntur, & fruuntur consuetudine, vel de iure, in contrarium facientibus quibuscumque non obstantibus, etiam si talia forent de quibus specialis mentio fieri deberet; decernentes quod si Gallorum iniuria forte prohiberetur retroemere prædictum oppidum Colomaci, mediante ea pecunia qua distractum fuerat, cùm pactum de retrouendendo, iusque sibi competeat consequi non valeret, quod eo casu transferre possit titulum Comitatus in alium locum de suis ditionibus ad eius optionem; & voluntatem, & cum facultate includendi, annexandi, & incorporandi loco eligendo quæ sibi placuerint, & videbuntur pro arbitrio. Mandantes idcircò omnibus magistratibus nostris, & præsertim magistro equitum, seu vt dicunt Mareschallo, vniuersis, & singulis Marchionibus Comitibus, Baronibus, Banneretis, Vassallis, Nobilibus, Armorum Regibus, Heraldis Caduceatoribus, & denique omnibus nostris Officiariis subditis, fidelibus, dilectis, ac aliis, ad quos, quouis modo spectat, vel spectare possit, cuiuscumque gradus, status, dignitatis, præeminentiæ, ordinis & conditionis existant, quatenus ipsum Philibertum, ac eius posteros, hæredes & successores omnesque illorum hæredes, & descendentes in infinitum perpetuis temporibus Comites Colomaci nominent, reputent, & honorent, eósque dictis priuilegiis, iuribus, honoribus, dignitatibus, libertatibus, præminentiis, exemptionibus, prærogatiuis, gratiis, & indultis vbique locorum; & terrarum iurisdictionis nostræ, liberè vti, frui, & gaudere permittant: nec aliquo pacto in eis impediant, in quantum gratiam nostram charam habeant, harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri appensione munitarum. Datum Bruxellis Oppido Ducatus Brabantiæ die 20. Martij anno à natiuitate Domini 1556. *Signé E. Philibert.*

ERECTION DE LA SEIGNEVRIE DE CORNOD EN BARONNIE.

l'Original eſt aux Archiues de Monſieur le Baron de Beoſt.

CHARLES-EMANVEL Duc de Sauoye &c A tous preſens, & à venir ſalut. Comme ainſi ſoit, que les bons, & loyaux Seruiteurs de cœur genereux n'eſperent, & attendeot ſeulement d'eſtre auantagés par biensfaits, de leur Prince, & Seigneur; mais auſſi qu'il rende teſmoignage honnorable, de leurs actiõs, & d'auoir ſatisfaction d'eux, les decorant de titres, & dignités, & preeminences, par leſquelles eux, & leurs Succeſſeurs reſplendiſſent en honneors, & qualités, d'ont la memoire ſoit, & demeure perpetuelle, & tous autres par tels exemples animés, & encouragés d'enſuiure leur deuote affection, ce que voulaos obſeruer à l'imitation de nos Predeceſſeurs enuers ceux, qui le ſont rendus dignes par notables, & fidelle- ſignes, comme a fait noſtre tres-cher, bien amé, & feal, Conſeiller, & Commiſſaire General de nos guerres deça les Monts, Meſſire Iean de Seyturier Seigoeur de Cornod, & Baron de Montdidier en noſtre pays de Breſſe, lequel avant par longues années eſte prés la perſonne, & au ſeruice de feu noſtre tres honnoré Seigneur & Pere, que Dieu abſolue, tant en qualité d'Eſcuyer d'Eſcuyerie, & Legation vers ſa Sainctteté, qu'autres honotables charges; & depuis icelles de Commiſſaire General deſdites guerres, en laquelle charge l'aoons confirmé, & continué, dés le decés de noſtredit Seigneur, & Pere, s'eſt tellement, & fidellement employé, que iceluy, & nous en auons receu grand contentement, pour teſmoignage dequoy, ledit de Cornod nous a tres-humblement requis d'annexer les [illegible] de Coyſia, & de Chaleas eſtans du mandemeot dudit Montdidier, lequel cy-deuant luy a eſté remis, vendu, & infeudé auec la terre, Iuriſdiction, & Seigneuries dudit Cornod, & pour plus nous honnorablement ſeruir, & comparoir; eriger icelle terre de Cornod en Baronnie compriſe, & enclauée dans les confins, & limitations ſuiuantes, ſçauoir du Leuant les Communes de Coiſelet, Carcelles, & aucunement celles de Cortoſſe, la riuiere d'Ains entre deux du Couchant, la Seigneurie

gneurie de Montgeſſon au Comté de Bourgogne du vent, les Communes de Conſians & aucunement celle de Corroſle, la riuiere d'Ains entredeux, leſquels confins ſont l'eſtenduë, & contenuë de la dite Baronnie de Cornod, ioints, enclaués, & incorporés à icelle leſdits Villages de Coiſia, & de Chaleas, eſtans, comme dit eſt, du mandement, & Baronnie de Montdidier, Sçauoir faiſons, que inclinans liberalemeot a la Requeſte dudit Sieur de Cornod, ayans eſgard tant à ſes ſeruices ſuſdits, que à ceux qu'il continue iournellemét à nous faire à noſtre grande ſatisfaction; pour ces cauſes conſiderans, que l'honneur, eſt la principale recompenſe de la vertu; bien informés des bonnes facultés, reuenus, & moyens dudit Sieur de Cornod, de l'eſtendue, & qualité dudit lieu de Cornod, auec ladite terre, & Seigneurie de Cornod ſelon les confins ſuſdits deſignés, deſunilſant, & ſeparant iceux Villages à perpetuité dudit Montdidier, duquel auparauant ils eſtoient dependans, laquelle terre de Cornod ioints les ſuſdits Villages, auons creée, & leuée, & erigee, ereons, eleuons, & erigeons par ces preſentes, en titre, nom, appellation, & preeminence de Baronnie, pour par ledit de Cornod, ſes hoirs, Succeſſeurs, & ayant cauſe, en vſer, & iouyr paiſiblement, & perpetuellement ſous le nom, titre, & appellation de Baronnie de Cornod, voulans, que luy, & les ſiens ſuſdits ſoyent tenus, reputés, & appellés Barons de Cornod, iouyſſent & vſent dudit titre, & d'icelle Baronnie en pareils droicts de Nobleſſe, authorités, priuileges, prerogatiues, & preeminences, tant en fait, & actes de guerre, aſſemblées de Nobles qu'autrement, comme font les autres Barons de noſtre pays de Breſſe, auec pouuoir de faire dreſſer fourches patibulaires à quatre pilliers, où bon ſemblera audit Baron de Cornod, & aux ſiens dans les ſuſdits confins, terres, & patroiſſes, mettre, eſtablir, & inſtituer pour l'exercice de ladite iuſtice de ladite Baronnie de Cornod, ſes appartenances, & dependences ſuſdites, tous Officiers, & Offices requis, meſmes vn Iuge d'Appeaux pardeuaot lequel reſſortiront les appellations du Iuge ordinaire de ladite Baronnie de Corood, enſemble de ladite Baronnie, & mandement de Montdidier, leurs appartenances, & dependences ſus declarées, & ſpecifiées, auons d'aboodant de noſtre certaine ſcience, & pour les cauſes, & conſiderations ſuſdites infeudé, & infeudons par ces preſentes pour nous, & les noſtres à perpetuité audit Baron de Cornod, & aux ſiens dans les ſuſdits confins, terres, & patroiſſes, mettre, eſtablir, & inſtituer pour l'exercice de ladite iuſtice de ladite Baronnie de Cornod, auec ſes appartenances, & dependances ſus ſpecifiées, & vnies en titre de Barons à cauſe de noſtre Duché de Sauoye, & nous en preſteront les Foy, & hommage, toutesfois, & quantes requis en ſeront de noſtre part. Si donnons en mandement par ces meſmes preſentes à nos tres-chers bien amés, & feaux Conſeillers les Gens tenans noſtre Senat, & Chambre des Comptes de Sauoye, & autres nos Iuſticiers, & Officiers, leurs Lieutenaos, & chaſcun d'eux comme luy appartiendra, que de nus preſentes lettres d'infeudation, erection, conceſſion, & ottroy, & de tout le contenu cy-deſſus, ils faſent ledit Sieur Baron de Cornod, & les ſiens ſuſdits hetitiers, ou ayans cauſe à perpetuité iouyr, & vſer plainement, & paiſiblement, ſans luy faire, ou donner, ou ſouffrir leur eſtre fait, ou donné, ores, ou pour l'aduenir aucun deſtourbier, ou empeſchement. Car tel eſt noſtre vouloir, nonobſtant tous Edits, Statuts, Ordonnances, & autres choſes à ce contraires, que voulons eſtre renuës icy pour exprimées, auſquelles, & aux derogatoires des derogatoires y contenuës, auons de noſtredite certaine ſcience, & plaine puiſſance derogé, & derogeons, declarans, & voulans cette eſtre pour premiere, ſeconde, & toutes autres iuſſions, que ſur ce on pourroit de nous requerir, & cherchet. En teſmoin dequoy, & afin que ce ſoit choſe ferme, & ſtable à iamais auons ſigné ces preſentes de noſtre main, & à icelles fait appoſer noſtre grand Seel à cheual, donné a Thurin le 14. Feurier 1582. Signé CHARLES-EMANVEL. Et plus bas La Creſte.

INFEVDATION DE LA HAVTE IVSTICE DE CORSANT.

L'Original eſt aux Archiues de Monſieur le Compte de Serieres en Daufiné.

AMEDEVS Dux Sabaudiæ, Chablaſij, & Auguſtæ Princeps & Marchio in Italia, Comes Pedemontium, & Gebennenſium Vniuerſis, & ſingulis has noſtras literas viſuris, & audituris geſtæ notitiam cum ſalute, qui diu, & laudabiliter noſtris inſudarunt ſeruitiis, plus ſaltem ſpeciales, & experti, condigna ſunt remuneratione merita recepturi, ſanè attendentes grata, accepta, & laudabilia obſequia per dilectum fidelem Conſiliarium noſtrum Petrum Andreueti Dominum domus fortis de Corſant, diuæ memoriæ illuſtribus Auo paterno, & Progenitori noſtris chariſſimis dominis Comitibus Sabaudiæ, deinde nobis ſucceſſiuè fideliter impenſa, quæ quotidie impendere non deſinit. Volentes eidem Petro propterea de aliqua remuneratione ſubuenire, eiuſdem ſtatum exaltare, & honorare pro nobis, noſtriſque haredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis præmiſſorum conſideratione, & de munificentia noſtra gratia ſpeciali eidem Petro Andreueti, pro ſe, ſuiſque haredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque ſtipulanti, & recipienti; vltrà ſuam mediam, & baſſam Seigneriam damus, largimur, tradimus, iuſinuamus, cedimus, & concedimus, per præſentes merum, mixtum Imperium omnimodámque iuriſdictionem, altam, mediam, & baſſam, mutilationem membrorum, vltimúmque ſupplicium, tam in, & ſuper ſeruitoribus, & familiaribus ſuis domeſticis, quam etiam in, & ſuper vniuerſis, & ſingulis hominibus eiuſdem Petri Andreueti, præſentibus, & futuris quos habet, & habebit, tam per ſe, quam eius dictos haredes, & ſucceſſores in mandamento noſtro Baugiaci, vbique locorum infrà dictum mandamentum noſtrum Baugiaci delinquant, vel quaſi, contrahant, vel quaſi, etiam ſuper tenementis, & feudis

eiuſdem Petri, & ſuorum prædictorum hominum vbilibet infrà dictum mandamentum Baugiaci conſiſtentibus, cum omnimoda poteſtate, Iudices, Caſtellanos, Miſtrales, & familiares pro exercitio ſua omnimoda iuriſdictionis faciendi, conſtituendi, ordinandi, & deſtituendi ad libitum ſuæ voluntatis, & in, & ſuper domo dicta ſua de Corſant, aut feudis ſuis de Corſant, aſſiſias, iudicia, cognitiones, audientias, & placitationes ordinandi, tenendi, & exercendi, furcas etiam ſuper dictis feudis ſuis de Courſant, gibetos, plotos, pilorta, rotas, & alia executionum, mutilationum membrorum, vltimorúmque ſupplicioruin quacumque inſtrumenta faciendi, conſtruendi, ordinandi, plantandi, erigendi, & manutenendi, omnéſque alios actus faciendi, & exercendi qui pertinent, & incumbunt ad exercitium omnimoda iuriſdictionis, iure ſuperioritatis, & reſſorti, nobis, & noſtris prædictis in præmiſſis ſemper ſalno, & reſeruato. Promittentes bona fide pro nobis, & noſtris prædictis dicto Petro Andreueti, & ſuis prædictam largitionem, & gratiam noſtram manutenere, & obſeruare, & inuiolabiliter obſeruari facere, per quoſcúmque, & contrà ipſas nunquam facere, vel venire. Mandantes propterea, Bailliuo, iudici, Procuratori Breſiæ, Caſtellano Baugiaci, cæteriſque officiariis noſtris præſentibus, & futuris, ſeu ipſorum locatenentibus, & eorum cuilibet in ſolidum, quatenus has noſtras literas, largitionem, & gratiam, dicto Petro Andreueti, & ſuis prædictis obſeruent penitus illæſas, & in nullo contra faciant, vel opponant: dantes etiam in mandatis, Præſidenti, magiſtriſque, & auditoribus computorum noſtrorum, quatenus dictam largitionem noſtram prædicta iuriſdictionis omnimoda de computis noſtris ad vtilitatem, dicti Petri Andreueti, & ſuorum prædictorum detrahunt, & omninò deducant abſque alterius expectutione mandati. In cuius rei teſtimonium præſentes ſigilli noſtri maioris ad equum fecimus appenſione muniri. Datas Thonons die 27. Menſis Aprilis anno Domini 1421. Per Dominum, præſentibus Dominis Burone, Boly-Iacobo de Belloforti Cancellario, Baſtardo de Sabaudia, A. de Chalant. G. de Saxo Magiſtro Hoſpitij.

INFEVDATION DES SEIGNEVRIES D'ESNES, ET ASNIERES.

Tirée des Archiues de Monſieur le Compte de Mont-Reuel.

NOS Amedeus Comes Sabaudiæ, Dux Chablaſij; & Auguſtæ, & in Italia, Marchio, Baronárúmque Baugiaci, & Colonjaci Dominus: notum facimus vniuerſis præſentibus, & futuris, quod cùm nuper Dominus Guido Caprarij miles; pro ſe & ſuis in perpetuum nobis vendiderit; & titulo venditionis, & emptionis perpetuò acquiſierimus ab eodem pro nobis, haredibus, & ſucceſſoribus noſtris, Villas, loca, territoria, & pertinentias de Annes, & de Aſneres, vnà cùm hominibus, homagiis feudatariis, emphiteotis, tenementariis, redditibus, tallis, ſeruitiis, cenſibus, compleintis, ſeruitutibus, angariis, parangariis, coruatis, proprietatibus, poſſeſſionibus, vſu, dominio, laudis, vendis, commiſſionibus, & eſcheytis, domibúſque, pratis, nemoribus, aquis, piſcariis, pontanagiis, & rebus, & iuribus aliis quibuſcumque dictarum villarum, & locorum, cùm pertinentiis, & appenditiis prædictorum & cuiuſlibet eorundem, iuriſdictionéque, omnimoda, alta, & baſſa, & mero, & mixto, Imperio, in dicta Villa, loco, territorio, hominibus, pertinentiis, & appenditiis, de Annes, & in dictis Villâ, loco, territorio, pertinentiis, & appenditiis de Aſneres, tali & conſimili iuriſdictione, & Seignoriâ, quibus gaudent; habent, & vſuntur in terris, & hominibus ſuis alij terra noſtra Baugiaci nobiles, tàm ex priuilegiis, & conceſſione prædeceſſorum noſtrorum ſibi factis, & indultis quàm ex vſu, & conſuetudine obſeruatis, quos, quas, & qua D. Guido Cuprary, pater quondam ipſius, nunc D. Guidonis, tam ab inclitæ recordationis D. Aymone, quondam Comite Sabaudiæ, D. & Genitore noſtro Chariſſimo, videlicet villam, locum, homines, redditus, iura, pertinentias, appenditias, iuriſdictionem, omnimodam, altam, mediam, & baſſam, merum; & mixtum, Imperium de Annes, titulo donationis, & infeudationis perpetuarum, quàm à D. Philippo de Vienna, D. de Pymont, de conſenſu, conceſſione, & voluntate expreſſis dicti D. & Genitoris noſtris, videlicet Villam, locum, iura, homines redditus, proprietates, poſſeſſiones, pertinentias, & appendentias de Aſneres, ex cauſa, & titulo reemptionis, habuit, & acquiſiuit, & ad ipſum, & ſuos deuenerunt, & prout per publicas, & ſufficientes, dicti D. & Genitoris noſtri, literas ad plenum fecimus informari, quæ omnia ſingula & ſupradicta, dictus nunc D. Guido nobis, & noſtris; vt ſuprà vendidit pro pretio trium millium, quatercentum, & quinquaginta florenorum auri boni ponderis, ſibi per nos realiter ſolutorum, per manum dilecti fidelis noſtri D. Guilelmi de Ralma, militis D. Albergamenti, dictúſque vēditor per pactum, & ſtipulationem ſolemnem ad ſancta Dei Euangelia promiſit, & ſub bonorum ſuorum præſentium, & futurorum obligatione expreſſâ, vniuerſa, & ſingula ſupradicta vendita nobis, & noſtris in perpetuū, manutenere, garentire, & defendere contrà omnes, omnis euictionis in ſe & ſuos totaliter aſſumendo, prout hæc, & plura alia in quodam publico inſtrumento, inde facto, & recepto

receptoper manum dilecti Ioannis de Marboſio Clerici, & ſecretarij noſtri latiùs continentur, hinc eſt, quod nos in veritate atteſtantes, & recognoſcentes, quod prædictum acquiſitum emptionem, & omnia, & ſingula ſupradicta fecimus, & fieri voluimus, & noſtra fuit, & eſt intentionis, & voluntatis perfectæ, quod nomine, & ad opus prænominati, fidelis noſtri Gulielmi de Balma militis, & ſuorũ hæredum, & ſucceſſorum in perpetuum, quódque dictus D. Gulielmus de ſuo proprio, & ſuis propriis denariis, ſoluit, & ſatisfecit præfato venditori, pretium ſupradictũ. Igitur his attẽtis, necnon gratis, & continuis ſeruitiis, obſequiis, & laboribus quibus idem Dominus Gulielmus, pacis & guerræ temporibus nobis exhibuit, & erga nos, & noſtri Comitatus ſtatus vtilitatis, & honoris augmentum, ſe & ſua interpoſuit, & inceſſanter vtiliter, & fideliter interponit, noſtra ſponte nea volũtate, de iure noſtro ad plenum informati, & abſque aliquo fraudis, vel doli ingenio, damus, cedimus, concedimus, expedimus, deliberamus, quittamus, mandamus, tranſtulimus, remittimus, & donamus, purè, liberè, irreuocabiliter & perfectè pro nobis, hæredibúſque, & ſucceſſoribus noſtris præfato Domino Gulielmo de Balma præſenti, recipienti & ſtipulanti pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus vtriuſque ſexus natis, & naſcendis in perpetuum; vniuerſa, & ſingula ſuprà dicta, cum iuribus, proprietatibus, poſſeſſionibus eorundem, nobis vendita, & tranſlata (provt ſuperiùs fit mentio) & qua in dicto inſtrumento ſuprà dictâ venditione confecto declaruntur, necnon omne ius, & omnem actionem realem, & perſonalem, ciuilem, prætoriam, ſiue mixtam nobis acquiſitas, & quod & quæ nobis competunt & pertinent, competereque, & pertinere poſſunt, & debent ad præſent, vel in futurum in vniuerſis, & ſingulis ſuprà dictis, & inſtrumento dictæ venditionis, declaratis, & contentis, & aduersùs dictum venditorem & eius bona, ratione, occaſione, & ex causâ venditionis ſuprà dictæ, ex quacumque aliâ ratione, obligatione, iure, actione, ſiue causâ. Conſtituentes eundem Dominum Gulielmum in præmiſſis, verum Procuratorem, & Dominum, tanquàm in rem ſuam propriam, ponentes ipſum in locum noſtrum, volentéſque & concedentes quod ipſe Dominus Gulielmus, & ſui vt ſuprà gaudeant, & vtantur omnibus & ſingulis ſuprà dictis, provt, & quemadmodum nos virtute dictæ venditionis vti poteramus, & gaudere, ità quod ex nunc, inde agere, defendere, experiri, excipere, replicare, conſequi, & ſe tueri valeant nomine ſuo proprio, tanquam in, & de re propriâ, per nos ſibi ceſsâ, donatâ ſuperiùs & quittatâ, cúmque dictæ villæ & omnia prædicta de noſtro feudo ligio fuerint, ipſum Dominum Gulielmum præſentem, & recipientem de omnibus, & ſingulis ſuprà dictis in poſſeſſionem veram, & vacuam induximus, vel quaſi per præſentes, inueſtimúſque, & retinemus de ipſis; ità quod ipſe Dominus Gulielmus, & ſui ea à nobis teneant, & tenebunt, in feudum ligtam, & ſub homagio ad quod nobis adſtringitur aliunde: Dantes, & concedentes ipſi Domino Gulielmo præſentium tenore licentiam, & mandatum ſpeciale prædicta omnia, & ſingula, & realem poſſeſſionem ipſorum, capiendi, adipiſcendi, & intrandi perpetuóque retinendi ſuâ authoritate propriâ ſine mandato aut licentiâ alicuius. Promittentes etiam bonâ fide pro nobis, & noſtris in perpetuum, quos ad hæc, & obſeruationem eorum per præſentes adſtringimus, & ſpecialiter obligamus, per pactúmque expreſſum, & per ſtipulationem ſolemnem bona noſtra omnia præſentia, & futura proinde obligando, & cum omni renuntiatione iuris, & factí, quod nobis, aut noſtris competere poſſet, aut deberet ad præſens, vel in futurum aduenìendum contrà præmiſſa, vel ad impugnationem eorundem, vaiuerſa, & ſingula ſuprà dicta, & dictus ceſsionem, donationem, & quittationem, ratas, gratas, firmas, & validas perpetuò cuſtodire, habere, & tenere, attendere, complere, & firmiter, & inuiolabiliter abſque impugnatione, reuocatione, aut impedimento quolibet perpetuò obſeruare, & contrà per nos, vel alium in iudicio, vel extrà, in toto vel in parte facto, conſenſu, conſilio authoritate, aut modo aliquo tacitè vel expreſsè non facere, nec venire neque contrauenire volenti aliquuliter conſentire, nec dare, vel præſtare auxilium; aliqualiter vel conſenſum. Mandantes, & præcipientes ſerie præſentium dicto Ioanni de Marboſio Notario publico quatenus dictum inſtrumentum, dicta venditionis dicto Domino Gulielmo, & ſuis, quoties ſibi neceſſe fuerit, & requiſierit, expediat, atque tradat ſine contradictione quacumque. Datum Baugiaci cum appoſitione magni ſigilli noſtri in robur, & teſtimonium omnium præmiſſorum die 14. menſis Maij, anno Domini 1356. Per Dominum, præſentibus Dominis Ludouico Reuoria, & Ioanne Rauaſij Cancellario Sabaudiæ. Signé De Marboſio.

CONFIRMATION DE LA IVSTICE DE FEILLENS-CHABEV, FAITE PAR PHILIPPES DE SAVOYE Comte de Baugé, & de Breſſe.

L'Original eſt au pouuoir de Monſieur de Feillens Baillif de Bugey.

PHILIPPVS de Sabaudia Comes Baugiaci, patriæque Breſsiæ, Reuerſimontis, Dumbarum, & Vallisbonæ, ac reſſortorum eoruadem Chaſetique, & Loctarum, &c. Dominus. Ad vni-

uersorum modernorum, & futurorum uotitium deduci volumus cum ſalute, ſi cuictis taſta poſcentibus noſter iugiter inclinet aſſenſus, ad eos præſertim verſatur affectus, quos intemerata fidelitatis conſtantia probatique obſequia meritò reddunt acceptos. Cum igitur fidelis noſter Scutifer ſincere dilectus Ioannes Chabeu Dominus domus ſortis de Feillens, qui, ſuique prædeceſſores domui inclytæ Sabaudiæ, boni, legales, & fideles vaſſalli fuere continuò, & maximè ipſe qui à ſuæ tenerrimæ ætatis annis, nobis, & illuſtri Conſorti noſtræ cariſſimæ obſequioſum, & ad ſeruiendum ex fidelitatis zelo, & ardore promptum ſe reddidit, & in eis inceſſanter perſeuerauit, & adhuc dietim inſiſtit; attentis itaque moribus, prudentia, conſilio, vigili perſeuerantia, & pluribus virtutum meritis, quibus perſonam ipſius Ioannis Chabea inſignitam, ornatam, & præditam nouimus experientia patefacta, cuius quoque obſequia laudabilia nobis per valde grata ſunt, & accepta, & maiora in dies ab eo impendi ſperamus: Quorum omnium conſideratione, & in rependium prædictorum ſeruitiorum, etiam quod ipſe Ioannes Chabeu nobis ſapiſper demonſtrauit, & demonſtrari fecit compoſitiones, & tranſactiones initas inter illuſtres prædeceſſores noſtros, & anteceſſores ipſius Ioannis Chabea, documenta, & informationes plurimas, de, & ſuper iuriſdictione media & baſſa, quam prædeceſſores ſui Domini dicti domus fortis de Feillens antiquitus habebant, & exercebant, haberéque, & exercere ſolebant, & præſertim per exhibitionem ipſarum compoſitionum, tranſactionum, literarum, tutelarum, inuentarioram, ſententiarum, & plarium aliorum actuam legitimorum, & titulorum præſentibus annexorum per noſtrum nobiſcum reſidens conſilium de noſtro verbali præcepto viſitatoram; per quos apparet prædeceſſores ipſius Ioannis Chabea dicta iuriſdictione media & baſſa vſos fuiſſe niſi à triginta, vel quadraginta annis citra, quo tempore fuit minor in parte, quas, & qua humiliter ſupplicauit & à nobis poſtulauit ſibi per nos confirmari, & ſi forte ex negligentia, obliuione, aut deperditione, aut pupillaritate ætatis ipſoram, ſui prædeceſſores ea iuriſdictioae, ſortè aliqao tempore lapſo vſi non ſint, illam, illos, & illa de aouo conferre, & largiri dignaremur, cuius ſupplicationi cauſis præexpreſſis, aliis etiam bonis, & laudabilibus moti conſiderationibus benevole annuentes, & dexteram noſtræ largitatis in eum exteadere capientes, vt quantò ſe à nobu nouerit vberiùs pertractatum, tantò ad fidelitatis zelum obſequendíque promptitudiaem ferueatiàt animetar, ex noſtra igitur ſcientia, & voluatate ſpontanea, ac pro nobis, & noſtris hæredibas, & ſucceſſoribus vniuerſis, compoſitiones, tranſactiones, priailegia, inſtrameata, tura, literas papyreas, actus, & expleta iuriſdictionis, & iuriam de quibus in his annexis mentio habetur in ſiagulis eorum punctis, capitulis, paſsibus, atque membris, harum noſtrurum ſerie, & coacesſione literarum confirmamus, illáſque, & illa quantùm opas eſt de nouo conferimas, largimur, & concedimas præfato Ioanni Chabeu ſaiſque hæredibas, & ſucceſſoribus qaibuſcumqae ipſo Ioanae Chabeu præſente, & cum gratiaram actione humiliter acceptaate, ad opas ſai, & ſaorum (vt ſuprà) ſtipalante, & recipiente quemcumque deſectum propter aon vſum, aut præſcriptionem ipſius iuriſdictionis, & priuilegiorum ſupplentes, & eandem Ioannem Chabeu, & ſaos reſtituentes, & reintegrantes ex noſtru poteſtatis plenitudine, ità tamen, quod pro illis cum cateris quæ à nobis tenet in feadum fideliter, & legitimè teneantur deſeraire, etiam cam, & ſub pactis, reſeruationibus, conditionibus, modis, & formis in eiſdem aanexis latiùs expreſsis, iure quoque feudi directi, feudi fidelitatis, & homagij, & alio qaocumque iure noſtro, eum alterius ratione in præmiſsis ſemper ſalais. Mandantes propterea Gubernatori, Conſilio, Baillivo, Iudici, & Procurutori Breſsiæ, necnon Caſtellanis, & Commiſſariis exteatarum Baugiaci, & Pontis vallium, Pontis velæ, & S. Triaerij de Cortoux, cateriſque vniaerſis, & ſingulis officiariis, fidelibus, & ſubditis noſtris mediatis, & immediatis, pruſeatibus etiam, & futuris ipſorum locatenentibus, & cuilibet eorandem, qaatenus huiuſmodi confirmationem, largitionem, & literas noſtras præfato Ioanni Chabea, & ſais prædictis teneant, attendant, & inuiolabiliter obſeraent, teneríque, & attendi, & inconcuſsè obſeruari faciant, & iubeant per quoſcumqae, ac in nullo contrà faciant quomodolibet, vel opponant quidqaid, de illis pleuè frai faciant & gaudere, literis prohibitioaibus, conſtitutionibus, decretis, ſtatutis, ordinationibus, & aliis in contrarium edictis facieatibus quibaſcamque reiectis, & non obſtantibus; quibas omnibus, quæ ad hæc ex noſtra certa ſcientia, & mota proprio derogamas, & derogatam eſſe volumus per præſentes, & abſque alterius expectatione mandati. Datum Bargi die octaau Ianuarij anno Domini 1479. *Per Dominam præſentibus Dominis, Hugone Domino Chandeaci Gubernatore Breſsiæ, Ioanne Cloppeti Præſidente, Ioanne Guillodi locumtenente, P. Forerandi Aduocato, Petro Bolomerij ex magiſtris Cameræ Computorum, & Petro Burgie Theſaurario.*

AVTRE

AVTRE CONFIRMATION DE LADITE IVSTICE PAR LE DVC PHILIBERT.

PHILIBERTVS *Dux Sabaudiæ Chablnſij, & Auguſtæ S. R. I. P. Vicariuſque perpetuus, Marchio in Italin, Princeps Pedemontium, Comes Gebenneſij, Baugiaci, & Rotnndimontis, Bnro Vaudi, Gai, & Foucigniaci, Niczque, Vereellnrum, Friburgi, & Breſiæ Dominus. Vniuerſis facimus mnnifeſtnm, quod nos viſis, & per conſilium nobiſcum ordinnrie reſidens de noſtri mandato debitè vſitntis literis conceſſionis, iuriſdictionis, & Priuilegiorum, ac nliis Illuſtriſſimi nunquam delenda memoriæ Domini & Genitoris noſtri honorandiſſimi, illorum confirmntoriis, præſentibus alligatis, & conſiderntis in eis contentis, ſupplicationi itáque dilecti fidelis Scutiferi noſtri Ionnnis Chabeu, Domini domus ſortis de Feillens, ſuper his nobis factæ, veluti rationi conſonæ, beneuolè annuentes, cùm in primis domus ipſa, de Feillens in vltimis finibus pntriæ noſtræ Breſiæ ſit ſita, quadam bellum ingruit primos Gallorum ſuſcipit impetus, cúmque eos nobis fideles, nunc muneribus, inde priuilegiis deuincere oportet, qui en loca Dominij noſtri limitropha poſident, vt aduerſus exteros ſeſe exhibeant promptiores, nihil inſuper ei denegnre poſſumus, qnem agnoſcimus apud nos longè debere commendnri, ſumus námque memores cùm adhuc in cunabulis ngeremus, quot lnbores, quot ſeruitia, quot ſudores, æſtus, algores, vigilias, inſomnes noctes ipſe Dominus de Feillens perpeſſus ſuerit, cùm iugiter incumberet ſeruitio Illuſtriſſimæ Dominæ Margaretæ de Borbonio Dominæ, & Genitricis noſtræ honorandiſſimæ, cuius dulcis nobis, atque felix ſemper erit recordntio. Igitur aliis bonis moti reſpectibus, ex certa noſtrn ſcientin, motúque proprio, & de noſtræ poteſtntis plenitudine, pro nobis, & noſtris, dicti conſilij noſtri ſuper hi smaturn deliberatione prahabitn, dictam conceſſionem iuriſdictionis, & priuilegiorum, nc in eiſdem literis contentn, ratn & pro rntis habentes, eidem Domino de Feillens, & ſuis per omnin ſua capituln, atque membra, nihil de contingentibus, in eiſdem omittendo, lnudamus, confirmnmnt, ratificamus, & npprobnmus, ac roboris firmitatem obtinere volnmus, ſub modis, formis, conditionibus, reſeruattonibus, ac aliis inibi deſcriptis; mandantes propterea, conſiliis nobiſcum, & Camberiaci reſidentibus Præſidenti, & Magiſtris Cnmeræ Computorum noſtrorum, Gubernatori, Bnilliuo locum tenenti, Iudici, & Procuratori fiſcali Breſiæ, Caſtellanis, Clericiſque Curiarum, ne Commiſſariis extentnrum noſtrarum Burgi, Bnugiaci, Pontis velæ, & Pontis Vallium, eateriſque vniuerſis, & ſingulis nliis Officiartis, Commiſſariis fidelibus, & ſubditis noſtris, medintis, & immediatis quibus præſentes peruenerint, ſeu ipſorum loca tenentibus, & cuilibet in ſolidum, ſub pœna, centum librnrum fortium pro quolibet, & dictis Conſiliis de Camern, & Gnbernatore inferiore, quatenúſque prædictas ſubnunexas, & noſtras huiuſmodi illarum confirmntorias literas, eidem Domino de Feillens, iuxta ipſnrum formam, & tenorem per omnin ſua capitula, & puncta, & ſuis in poſterum tenenut, nttendant, & inuiolabiliter obſeruent, teneríque, nttendi, ac per quoſuis faciant, inconcuſſe obſeruuri, & in nullo contrà veniant, quomodolibet, vel opponant, quibuſcumque mnndntis, literis, oppoſitionibus, exceptionibus, excuſntionibus, regulis, ſtylis, & conſuetudinibus dictæ Cameræ, & aliis contrariantibns, conceſſíſque, & facientibus nonobſtantibus, quibus omnibus quoad hæc, ex dictis noſtris, certa ſcientia, & plenitudine poteſtntis derogamus, derogatúmque eſſe volumus per præſentes. Dntas Gebennis die 12. Auguſti nnno Domini 1499. Per Dominum, præſentibus Domino Illuſtri Reynerio nnturali Snbnudiæ, Comite de Villnriis Locumtenente Snbaudiæ generali. R. Aymone de Montefalcone Epiſcopo Lauſanenſi, Ionnne Domino de Chnles, mngno magiſtro hoſpitij, Anthonio de Gingino Domino Diuonæ Præſidente, Authonio Cacia, & Franciſco Prozana, Amedeo de Chnles, Mngiſtro hoſpitij, Sebnſtiuno Ferrerij, Dominio Gallianici Theſaurnrio Sabnudiæ Generali, Benedicto Tortellets Magiſtro Requeſtarum.*

INFEVDATION DE LA SEIGNEVRIE DE FOISSIA.

L'Original eſt aux Archiues de Monſieur le Compte de Mont-Reuel.

IN *nomine Domini. Amen. Anno ànntiuistnte eiuſdem milleſimo treceteſimo, quinquageſimo quinto indictione octaun, die prima Menſis Auguſti apud Cluutaeum in domo hoſpitij Mutonis, Sereniſſimo Domino Carolo Romanorum Imperntore regnante, ipſius Imperij nnno primo, per hoc præſens publicum inſtrumentum, cunctis ſint, & appareat manifeſtum, & euidenter innoteſcnt;*

teſcat ; quod in mei Notarij publici, & teſtium ſubſcriptorum præſentia , propter hoc perſonaliter conſtitutus Illuſtris , & Magnificus Princeps Dominus Amedeus , Comes Sabaudiæ, Dominúſque terræ Baugiaci , ſciens , & ſpontaneus , non vi , dolo , vel metu ductus , idem Dominus Comes attendens , & aſſerens , rationi conſentaneum , ſuóque congruum ſtatus ; pro obſequiis , & ſeruitiis laudabiliter eidem , & Comitatui Sabaudiæ impenſis , ſe ipſum Dapſilem exhibere , ipſiúſque liberalitatis munificè dexteram aperire , vt electi iſtiuſmodi non ſe retrahant ab inceptis , ſed vberiùs animentur ad ſua beneplacita & mandata , hinc eſt quod cum dilectus , & commendandus ipſius Domini Comitis , fideliſque , & Conſiliarius Dominus Gulielmus de Balma , Miles Dominus Albergamenti , pacis , guerrarum diuerſarum , & belliciis temporibus continuò & inceſſanter circa Domini Comitis conſeruationem , proſecutionem , & obtentionem iurium ; & ipſius ſtatus , & honoris augmentum , famoſis , & commendandis conſiliis , & ſtrenuitate , facto , & opere armorum fama , & veris , honorabilibus , & vtilibus teſtantibus operibus ; dicto Domino Comiti , in immenſum ſeruierit , corde , curis , diligentiis , vigiliis , & continuis laboribus , & ſudoribus corporis , non obmiſſis , cuius pradicta ſeruitia idem Dominus Comes , grata , vtilia , & honorabilia ſibi , & dicto Comitatui reputat , atque gerit , ſicut etiam in tota terra ipſius eſt , & extitit , ac eſſe debuit manifeſtum , provt hoc idem Dominus Comes , aſſerit , & veraciter atteſtatur , idcircò vt idem Dominus Gulielmus , non ab ipſo Domino Comite præcitato vaneſcat , ſed vt ab eodem beneficio ſuſcepto aliqnali , eidem & ſuis vt ſolitò ſeruiat , & aſſiſtat ipſius Domini Gulielmi ſeruitiis ; & meritis exigentibus dictus Dominus Comes , cupiens cordiali affectione , dicto Domino Gulielmo , proſuis meritis reſpondere , habita deliberatione matura , & ſuper infraſcriptis (vt aſſerit) plenius informatus , ipſe inquam Dominus Comes pro ſe , & ſuis haredibus & ſucceſſoribus , perpetuè eidem Domino Gulielmo de Balma , & ſuis haredibus , & ſucceſſoribus vtriuſque ſexus in perpetuum tanquam benemerito ; titulo donationis pura , perfecta , perpetua , valida , & irreuocabilis , quæ dicitur inter viuos , & eo modo , iure , titulo , & forma quibus melius ad vtilitatem dicti Domini Gulielmi , & ſuorum , poteſt ; dat , donat , cedit , concedit , deliberat , liberaliter , & largitur , me Notario infraſcripto tanquam publica perſona recipiente , & ſtipulante , vice , nomine , & ad opus dicti Domini Gulielmi , & ſuorum perpetualiter in futurum. Videlicet , in feudum , ligium , nobile , & antiquum , & paternum : naturámque feudi nobilis , antiqui , & paterni habentis , & ſub fidelitate , & homagio , ad quam , & ad quod idem Dominus Gulielmus dicto Domino Comiti aſtringitur aliunde , ſcilicet totam Caſtellaniam , mandamentum , pertinentias , & appendentias Foyſiaci in Breſſia vnà cum omni iure , actione , vſu , poſſeſſione , proprietate , vel alterius reclamatione , territorio , limitationibus , quos , quas , & quæ , idem Dominus Comes habet , & ſui prædeceſſores habuerunt ; & habere poteſt , & potuerunt : quouis titulo , ratione , ſiue cauſa , debet , & debuerunt in dictis Caſtellania , mandamento , pertinentiis , appenditiis , territorio , & limitationibus : tam in hominibus vtriúſque ſexus natis , & naſcendis , nobilibus , & non nobilibus feudis , retrofeudis , homagiis , fidelitatibus , hominibúſque omnibus , & ſingulis vtriúſque ſexus , liberis , taillabilibus , cenſitis , feudatariis , emphiteotis , tallis , complentis , ſeruitiis , redditibus , cenſibus , cornatis , gardis , augariis , parangariis , vſagiis , iuribus , dreyturis ; hominibus , obedientiis , reuerentiis , ſubiectionibus , molendinis , baptitoriis , pratis , terris , taſchiis , nemoribus , & groſſis , & minutis , domibus , adificiis , ſtagnis , aquis , ripariis , piſcariis , venationibus , ſyluis , laudibus , vendis , eſcheutis , dominio , mero , & mixto Imperio , ac omnimoda alta , media , & baſſa Seignoria , & Iuriſdictione , viis , & itineribus publicis , vel priuatis , exitibus , emolumentis , & obuentionibus , cum omnibus , & ſingulis pertinentiis , & appenditiis omnium pramiſſorum , & ſingulorum eorundem , quocamque modo , titulo , atque cauſa , ad præſens , vel in futurum cenſeantur , & cenſeri , intelligi , & nominari poſſent , ſine retentione aliqua , exceptis ſuperioritate , & feudo , fidelitate , homagióque ſupradictis : & voluit , & expreſsè præcepit , & conceſsit præfatus Dominus Comes per pactum expreſſum , ſolemni ſtipulatione vallatum , quod quanquam præſens donatio , quinquentos aureos excedere noſcatur , quod de prædictis rebus donatis , fiant , exiſtant , & intelligantur tot , & tanta donationes , quod earum qualibet dictos quingentos aureos non excedat , & ex nunc provt ex tunc idem Dominus Comes ex certa ſcientia , duas , vel tres donationes , & vlteriùs tot & tantas facit dicto Domino Gulielmo , & ſuis per modum ante dictum , tanquam benemerito donatione perpetua , & irreuocabili , quæ dicitur inter viuos , de prædictis rebus donatis , quod per earum quamlibet dictorum quingentorum aureorum ſumma nullatenùs excedatur , de quibus verò omnibus , & ſingulis ſuperiùs donatis prædictus Dominus Comes , pro ſe , haredibus , & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum , me Notarium infra ſcriptum , tanquam publicam perſonam ſtipulantem , & ſolemniter recipientem , vice , nomine ; & ad opus dicti Domini Gulielmi , & ſuorum in perpetuum , cum plena poſſeſſione , pertinentiis , appendentiis , & iuribus omnium , & ſingulorum prædictorum , per conceſsionem præſentis inſtrumenti , vt vtiliùs , & meliùs potuit pro dicto Domino Gulielmo inueſtiuit , & in poſſeſſionem , vel quaſi corporalem , & vacuam induxit , & retinuit de eiſdem , conſtituens ſe nihilominus idem Dominus Comes prædicta omnia , & ſingula donata , tenere , &

poſſidere

poſsidere precario nomine, ad opus & nomine dicti D. Gulielmi, & ſuorum, quouſque ipſe D. Gulielmi, vel ſui poſſeſſionem veram & corporalem, vel quaſi, ſub modo & forma predictus omnia, & ſingula predictorum fuerit realiter aſſecutus, quaquidē poſſeſſionem realē intrandi, vtendi, percipiendi, & retinendi, per dictam D. Gulielmam, vel mandatū ſuum, authoritate propria mandato ipſius D. Comitis, vel alterius, minimè expectato, vel requiſito, idē D. Comes ad inſtantiam mei notarij infraſcripti inſtantis & ſtipulantis nomine, quo ſupra, dat, committit, & concedit, dicto D. Gulielmo, authoritatem, licentiam, ſpecialiter, & mandatum, prout, & quando ipſius D. Gulielmi fuerit voluntatis, & ſibi melius videbitur expedire. Mandans inſuper dictus D. Comes tenore præſentis inſtrumenti Girardo Berchodi, nunc Caſtellano Foyſſiaci prædicti, aut eius locumtenenti quouſque dictam Caſtellaniam, cum præmiſſis omnibus, & ſingulis dicto D. Gulielmo, vel mandato ſuo indilatè, quam primum ſuper hoc requiſitus fuerit, expediat, deliberet, atque tradat, & in poſſeſſionē ponat realiter, & inducat, ſine ulteriùs expectatione mandati, tenore etiam præſentis inſtrumenti iniungit ſpecialiter, præcipit, atque mandat idē D. Comes omnibus, & ſingulis nobilibus, & non nobilibus, & ſubditis dicta Caſtellania, Eccleſiaſticis & ſæcularibus, & cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtant, quatenus eidē D. Gulielmo, & ſuis in perpetuum fidelitates, homagia, obediētias, ſubiectiones, recognitiones rerum feudalium, & emphiteuticariarum, redditus, vſagia, iura, actiones, debita, & alia vniuerſa, & ſingula, in quibus quoutenus, & prout idē D. Comiti, in prædicta Caſtellania, & pertinētiis aliqualiter tenebātur, præſtent faciāt, recognoſcāt, deſignēt, & declarēt, ſoluant, & reſpondeant omnimodē, & plenè cū effecta, & ſine alterius expectatione mandati, ſicut, & prout ante huiuſmodi donationē, ſea infeudationē ſibi facere, præſtare, ſoluere, recognoſcere, reſpondere tenebātur, & vt hæc ſine dilatione: & difficultate quibuſcunque faciāt, recognoſcāt, ſoluāt, reſpondeāt; & totaliter adimpleant, ipſos omnes, & ſingulos, ſuoſque hæredes, & ſucceſſores in perpetuum, de iis omnibus facta recognitione, & reſponſione, dicto D. Gulielmo, vel eius mandato ex nunc, prout ex tunc ipſe D. Comes, pro ſe, & ſuis, ſoluit, liberat in perpetuū, atque quittat: Promittens ipſe D. Comes per pactum expreſſum, & per ſtipulationē ſolēnem, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, quod ad hæc ex nunc, prout ex tunc obligat ſpecialiter, & aſtringit: bonaque ſua præſentia, & futura expreſsè propter hoc obligando, & ſub bona fide ipſius, mihi Notario infraſcripto ſtipulanti ſolēniter, & recipiēti nomine, & ad opus dicti D. Gulielmi, & ſuorum in perpetuū, & omnium quorum interest, vel intererit, prædictam donationē prædictaſque res donatas, & vniuerſa, & ſingula ſupradicta rata, & rata, grata, perpetua, firma & valida habere, tenere, complere, manutenere dicto D. Gulielmo; & ſuis, & attendere inuiolabiliter, & firmiter obſeruare, & contrà per ſe, vel per aliū in iudicio, vel extra, tacitè, vel expreſsè, clā, vel palā, factō, opere, conſenſu, fauore, aut alio quouis modo non facere aliqualiter, vel venire de iure, vel de facto, nec cōtra venire volēti in aliquo cōſentire, neq; dare, vel præſtare auxiliū, opem, conſilium, modo aliquo, aut ingenio. Renūcians dictus D. Comes in hoc facto, ſub pacto, modis, fide, promiſsionibus ſtipulationibus, & obligationibus, quibus ſuprà, ex certa ſcientia, exceptione doli mali, metus, & in factū dictæ donationis, ſeu infeudationis non factæ, & omnium prædictorum, modo prædicto, ritè, & legitimè non factorum, conditioni, ſine cauſa, vel ex iniuſta cauſa, omnique læſioni, deceptioni, circumuentioni, grauamini & errori, omniquæ prouocationi, & reuocationis remedio, & omni reſtitutionis in integrum beneficio; iuri dicenti donationem quingentos aureos excedentem, ſine inſinuatione non valere, iuriſque dicenti donationem propter ingratitudinem poſſe reuocari, petitioniquæ, & oblationi libelli, litis conteſtationi & impugnationi præſentis inſtrumenti, & omni alij iuris Canonici, & Ciuili, conſuetudini, priuilegio, & ſtatuto, per quæ poſſet ad præſens vel in futurum prædictā donationem in aliquo impugnare, iuriſque dicenti generalem renūciationē nō valere, niſi præceſſerit ſpecialis. Actā apud Cluniacū in domo prædicta, præſentibus viris nobilibus D. Huberto de Corgenone, Ladonico Reaoria, Aymone de Chalant, Ioanne de Ruuais militibus, & Aymone de Ponte Vitreo Domicello, fidelibus, & conſiliarijs ipſius Domini Comitis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

FRANCHISES DE IASSERON.

L'Original eſt entre les mains de la Communauté de Iaſſeron.

NOS Frater Gaillermus diuina permiſsione humilis Abbas ſancti Eugendi Iurenſis, totúſque conuentus eiuſdem loci, & Stephanus de Coloniaco Dominus d'Andeloſt. Notum facimus vniuerſis, quod de conſilio amicorum noſtrorum, conſideratis etiam euidenti vtilitate, noſtra præſenti, & futura concedimus hominibus noſtris de Iaſſerone, habitātibus de præſenti, & habituturis inter terrā dictam Appellant, & terrum illorum de Cuchet ex vna parte videlicet à parte Borea. Item inter terrā illorum de Moncellis, & illorum de Baxis, ex altera videlicet à parte meridionali, & in largum directè protenditur, vſque ad Albeſpiaam, qua eſt ante domum Humberti, dicti Aſclurot, fabri videlicet in margine vineæ conuentus S. Eugendi. Item inter viam quæ ducit à villa de Iaſſeroae, verſus Eccleſiam S. Mauricij. vſque ad viam quæ de dicta Eccleſia tendit directè vſque ad eſcloſam molendini de Iaſſerone, & à dicta Eccleſia directè vſque ad viā, quæ ducit de Iaſſerone ad hoſpitalē de Teyſſongenia, & ex capite dictæ viæ verſus Caſtrum de Iaſſerone, vſque ad domum, quæ quondam fuit Humberti Filliet cum rebus infra prædictos terminos comprehenſis, infrà quos terminos volumus quod fiat Villa

de Iaſſerone, cum vera, pura, legitima, & perpetua libertate.

In primis concedimus eiſdem hominibus, ſeu Burgenſibus, & eorum rebus, & bouis, quod de cætero non dent, nec dare teneantur nobis, vel alij toutam talliam, charreamen, manibriam, coruatam, vel aliam operam corporalem hominum, boum, equorum, aſinarum, vel aliquam exactionem quocúmque nomine cenſeatur, vel mutuum violentum facere, vel meſſes nobis, vel præpoſito noſtro, aut alicui de familia noſtra dare.

Et concedimus, quòd qui infrà dictos terminos ſibi elegerit manſionem, de vna quaque teyſia domus ſuæ in fronte exiſtente, quæ tamen in longitudine octo teyſias non excedat, ſex denarios Viennenſes, vel æqualem monetam, qui cenſus non augeatur, nec minuatur ſingulis annis, & perſoluatur a feſto ſancti Martini hyemalis.

Item pro qualibet ſeteriata terræ noſtræ arabilis in territorio de Iaſſeron, exiſtentis vnũ quartallũ frumenti, & vnũ quartallum auenæ ad menſurã de Burgo, & duodecim denarios Viennenſes in pratis in dicto territorio exiſtentibus pro qualibet charrata ſæni duodecim denarios, pro charrata verò, ſeytina ſex denarios nobis, & noſtris in perpetuum iure, directi Domini in feſto Beati Michaelis annis ſingulis perſoluẽdos, antiquaverò ſeruicia bladi, vini, panis, & pecuniæ nobis ab hominibus noſtris dicti loci ante libertatẽ datam debita, eiſdem, & eorum hæredibus, pro nobis, & noſtris in perpetuũ remittimus, & quittamus; in terra verò nõ arabili in dicto territorio nobis taſchiũ tẽpore meſſiũ retinemus.

Item in omnibus vineis factis, & faciendis in territorio prædicto nobis quartum retinemus. Si verò vinea in dicto territorio hactenus dedit medietatem, vel tertium, vel aliquam partem dictum quartum excedentem illud nobis ſoluere teneatur.

Item omnia nemora noſtra de Teyſſongia nobis, & noſtris ſucceſſoribus retinemus; concedentes nihilominùs hominibus antedictis in dictis nemoribus plenum vſum, videlicet pro domibus, grangiis, bugiis, doliis, cuppis, archis, quadrigis, curribus, carrucis, & aliis vtenſilibus quibuſcumque neceſſarijs abſque contradictione aliqua libere faciendi, pro caleſaciendo verò, de quolibet nemore mortuo exceptis billis competentibus, vel competituris ad circulos faciendos, prædictis hominibus liberè concedimus plenum vſum, pro peyſſellis verò, & vimine ad ligandum pallictas faciendis in dictis nemoribus, dictis hominibus ſimiliter concedimus plenum vſum, ità tamen quod in colligendis peyſſallis, & vimine dimittant ad quamlibet teyſiam pro nemore nutriendo vnam ..... vel billiam ſe eas in loco contingit inuenire, ita tamen quod dicti homines noſtri vtenſilia facta de dicto nemore non poſſint vendere, vel donare, niſi in villa noſtra de Iaſſerone perſonalem facientes manſionem.

Item concedimus prædictis hominibus, quod ipſi imponant, & paſquent in dictis nemoribus noſtris; videlicet quilibet tenens ignem inter dictos terminos, duos porcos abſque peyſſonagio, de aliis verò porcis quos pro peyſſonando impoſuerint in dictis nemoribus, peyſſonagium nobis ſoluere teneantur, feugiam verò colligere, & extrahere poſſint in dictis nemoribus dicti homines per ſe, vel alium, quotieſcumque ſibi videbitur expedire; furnos autem torcularia, molendina, baptitoria, & fullanos in prædicta villa, & territorio nobis, & noſtris ſucceſſoribus retinemus.

Item ſi domus, vinea, fundus, aut alia poſſeſſio immobilis in prædicta villa, & territorio diſtrahantur in ſingulis ſolidis vnum denarium in venditore, & alium in emptore pro laudibus, & vendis iure domini habere debemus, & leuare, exceptis terris, & poſſeſſionibus, quæ cenſuales, & ſeruitiales aliis exiſtere dignoſcuntur, ità tamen, quod vendentes res, ſeu poſſeſſiones non poſſint eas vendere, niſi facientes infrà dictos terminos reſidentiam perſonalem.

Item homines habitantes, & habitaturi infrà dictos terminos, non tenentur nos iuuare ad guerras noſtras, quaſcumque, & contra quemcumque habeamus, nec in caſtris noſtris manere, nec nobiſcum in exercitum ire, nec cubiam, vel excubiam in caſtris noſtris facere, niſi pro proprio facto Domini de Iaſſerone, nec ad prædicta ipſos poſſumus compellere, nec debemus, clamores verò Caſtellaniæ de Iaſſerone, & villæ de ſancto Iuſto, non guerram ſequi tenentur homines ſupradicti.

Item quicumque alicui infrà terminos prædictos iniuriam facto, vel verbo citrà ſanguinis effuſionem, aut membri fractionem, ſeu perpetuam debilitationem intulerit, ſi dicta iniuria inter partes, nullo clamore inde depoſito, pacificata fuerit, nihil inde domino debebit, & ſi clamor inde ante dominum, vel eius præpoſitum præpoſitus fuerit, pro iniuria verborum probata, reus tres ſolidos Viennenſes perſoluet, de icta pugni tres ſolidos, de ictu palmæ quinque ſolidos, & de ictu pedis reus ſeptem ſolidos perſoluet, & ſi fiat cum fuſte, vel petra, ſine ſanguinis effuſione, & ſine graui, & enormi læſura, clamore inde depoſito ſeptem ſolidos inde perſoluet.

Item volumus, quod nos, vel ſucceſſores noſtri aliquid ab aliquo ratione delicti nihil leuemus, niſi priùs inde clamor fuerit factus, exceptis delictis pro quibus delinquens incidit in pœnã ad voluntatem domini, pro ſanguinis effuſione violẽta, & mẽbri fractione, aut perpetua debilitatione reus ſexaginta ſolidos perſoluet, & in omnibus iniuriis ſatisfaciet reus primò iniuriam paſſo. Volumus etiam, quod ipſa ſanguinis effuſio probetur ad minus per duos teſtes fide dignos ad æſtimationem proborũ virorum Burgenſium dictæ villæ, à domino, vel eius præpoſito vnà cum duobus aliis Burgenſibus eligendorum. Si quis depoſuerit clamorem de ſanguine violenter effuſo, aut de mẽbro fracto, aut perpetuò debilitato, aut etiam ſi dicat aliquis, aut appellet, aliquem latronem, homicidã, vel proditorem, vel aliter criminoſum,

noſum,vel fœtidum, vel leproſum,vel aliter vicioſum, vel mulierem appellauerit meretricẽ,vel aliter criminoſam,fœtidam,vel aliter vitioſam;ſi dictam obiectionem proſequi noluerit,debet inde tantummodo tres ſolidos domino,pro clamore,& clamatus pro iniuria ſibi facta, debet habere competentem emendam, & ſumptus quos fecit in lite arbitrio bonorum virorum taxandos,prout ſuperiùs expreſſum, ſi quis autem pro ſupradictis iniuriis clamorem fecerit, & clamator clamorem ſuum proſequens in probatione defecerit,debebit domino pro clamore tres ſolidos,& iniuriato debet emendã competentem,prout ſuperiùs eſt expreſſum, ſi verò clamator obiectionem ſuam proſequi voluerit, & per duos teſtes idoneos probauerit,clamator nihil debebit,& clamatus pro clamore tres ſolidos perſoluet, ſi autem clamator clamorem ſuum proſequens in probatione defecerit,debebit domino tres ſolidos,pro clamore,& clamatus pro iniuria ſibi facta debet habere competentem emendam,& ſumptus quos fecit in lite,arbitrio bonorum virorum Burgenſium taxãdos,prout ſuperiùs eſt expreſſum,ſi quis autem pro ſupradictis iniuriis clamorem non fecerit, iniuriator, nec iniuriatus nihil inde Domino debebunt. Si quis autem contrà alium ferrum, vel lapidem, vel quodcumque aliud, quod lædere poſſit iniuriosè proiecerit,& tamen non percuſſerit,vel læſerit; ſic clamor ad dominum perueneriit,& legitimè probatum fuerit,iniuriarius Domino ad pœnam ſeptem ſolidorum tenebitur:iniuriato verò ad emendã competentem, taxandam prout ſuperiùs eſt expreſſum. Quicumque Burgenſi noſtro intulerit iniuriam, pacem nobiſcum,& ſucceſſoribus noſtris non habebit,donec iniuriato cõpetenter fuerit emendatum,& ſi quis hominibus dictæ libertatis damnum manifeſtum intulerit, vel debitum inuito creditore detinuerit, clamore ſuper hoc nobis, vel manduto noſtro depoſito,nullus ei ad mercatum noſtrum ductum præbeat abſque velle eius cui datum eſt dãnum,vel cuius eſt debitum;qui volaerit,vel euocauerit eum in dicta villa,tunc ab omni violentia cuſtoditur,dum tamen velit iuri ſtare ibi,vel vbi debebit facere, niſi ſit latro, vel homicida, vel aliter criminoſus manifeſtus, vel ſupra iis diffamatus.

Item concedimus dictis Burgenſibus, quod nullum bannum noſtrum, ſeu aliqua pœna pecuniaria ſe extendat vltrà ſeptem ſolidos,præterquam in caſibus in hac cartha expreſſis, & aliquod bannum noſtrum ſine rationabili cauſa non ponatur.

Item vadimonium à nobis datum,vel ab illis,qui pro tempore fuerint domini quatuordecim diebus ſeruabitur antequam vendatur, & quodlibet aliud ſeptem diebus ſeruabitur.

Item concedimus,vt nullus teneatur accipere pignus,vel gugeriam à nobis,vel ab aliquo alio, niſi plus tertio valuerit,quam illud pro quo offertur,ſi ille cui eſcharguaita denuntiata fuerit infrà dictos terminos non eſcharguaitauerit, dupliceem debet pro ea vice eſcharguaitam, & ſuper hoc credetur denunciantiſ;domus autem in qua vxor domini domus,vel filia de partu iacuerit, donec ipſa puerpera miſſam audierit,non debet guaitam,nec eſcharguaitam,neque de domo in exercitum ire,denuntiator eſcharguaitæ debet à Burgenſibus in dicta villa conſtitui,& iurare quòd fideliter aget ſuum officium, tam pro domino, quam pro Burgenſibus.

Cuſtodes vinearum pertinent ad Burgenſes villæ,ità quod Dominus per conſilium Burgenſium villæ debet ponere vnum cuſtodem,Burgenſes reliquos alios,& quos videbũt expedire,& iſti cuſtodes iurabunt,quod ſeruabunt iura domini,& Burgenſium,& quod pro timore,aut amore non celabũt illos, quos in vineis comprehendent,nec vaſtabunt,nec malè mittent fructus vinearum, vel arborum, & ſi quis in vineis alienis,vel etiam arboribus deprehenſus fuerit,ſi de die deprehenſus fuerit ſeptem ſolidos,ſi de nocte ſexaginta ſolidos perſoluet domino pro delicto,& cui damnum fecerit emendam competentem. Si quis gleynatores,vel reyſimatores vulnerauerit,vel ſanguinem fecerit eis compellendo eos à vinea ſua, nihil inde domino debet, dummodo hoc non fecerit per malitiam præcedentem: ſi tamen grauem,vel enormem læſuram fecerit,& læſus iſte proclamauerit, debet læſo emendam competentem ad arbitrium proborum virorum dicti loci taxandum.

Quicumque domum,vel altam poſſeſſionem Burgenſis eiuſdẽ villæ acquiſierit,vel poſſederit debet rutione rerũ acquiſitarum,& poſſeſſarum facere omnes vſus communitatis villæ,ſiue ſit ſeruiens, ſiue miles, ſiue quiſquis alius, nec poteſt Dominus, nec debet alicui ſuper hoc immunitatem dare.

Si aliquis Burgenſis ſeruiens domini efficiatur, non poteſt omnes poſſeſſiones illius immunes facere, quominùs teneantur quemadmodũ terræ, & domus aliorum Burgenſium ad totũ vſum villæ faciẽdum.

Quilibet Burgenſis poteſt vendere liberè vinum ſuum, & bladum,& alia bona ſua mobiliu cuilibet,quantùm libet,& vbilibet in villa, dummodo vinum non fuerit preconiſatum,& habeut iuſtam menſuram ad quam vendere incperit,nihil inde domino debet,nec priori,nec debent Burgenſes, ventam,nec copponagium. Volumus autem,quod venditores panis,quotieſcumque panem venalem plus debito minuerint,conſiderato mercato bladi,panis diminutus per mandatum pauperibus erogetur, & ſi ſe non correxerint ſecunda vice in tribus ſolidis ſemel in anno, ſi delinquent ad opus noſtrum punitur, & quotieſcumque in hoc commiſſerit panis pauperibus erogetur.

Dominus, vel ullus pro ipſo non poteſt, nec debet in villa, & in adiacentibus locis, qui ſunt de libertate villæ capere gallinas, neque ligna, neque vinum, neque fœnum, neque paleas, nec aliud vltrà voluntatem dominorum ipſarum rerum.

Burgenſes liberè poſſunt venari per noſtra nemora, & per terras planas, & liberè piſcari per communes ripas iure conſueto in feris domini nobis ſaluo.

Si quis autem à villa recedere voluerit, vt alibi ſibi conſtituat manſionem, Domianus illi, cum rebus ſuis mobilibus, per ſpatium vnius diei, & noctis propoſſe ſalvum conductum prabere debebit, quod ſi recedens Dominum non requiſierit, Dominus propterea ipſum punire non debet, & quacúmque hora voluerit poteſt recedere tanquam liber.

Item volumus, quod Burgenſes noſtri predicti in caſibus, qui non ſunt in hac charta expreſsi ſe poſſint defendere, & tueri per vſus, & bonas conſuetudines dicta ville, prauis, & iniuſtis conſuetudinibus, & vſagiis modis omnibus poſtpoſitis, & reiectis, & à nobis, & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum reprobatis.

Item promittimus Burgenſibus dicta ville, vt ſi quis pignoraret, vel gagiaret aliquem, vel aliquos, vel res eorum caperet, vel perſonas, pro noſtris debitis, vel fideiuſſionibus à nobis factis, liberare eos, & res eorum omnimodè ſeruare indemnes, & volumus nos, & ſucceſſores noſtros ad hac teneri.

Item concedimus, quod ſi aliquis extraneus habuerit domum, vel alia bona in dicta villa, quod nos occaſione guerra quam haberemus cum domino ſuo, non poſſamus capere, nec debemus, vel capi facere, vel impedire bona ſua, vel perſonam eius.

Item concedimus, quod ſi aliquis de curialibus, aut de familia noſtra aliquem de villa vulneraverit, aut iniuriam intulerit, ſi conqueratur inde, iniuriam paſſus ius habeat per noſtram curiam, ſicut de aliquo alio haberet, niſi curialis hac fecerit cauſa correctionis, vel officij quod haberet.

Item nullus teneatur de fore facto filij, vel filia, vel alterius, niſi ſit particeps, vel conſcius, vel eius mandato fecerit, vel non, monitus à domino, vel eius mandato familiam dimittere voluerit, vel perpetrantem enorme factum ſciens receptauit, tunc omninò tenetur.

Item mortuo ab inteſtato ſuccedunt parentes, & liberi, ſaluo iure vxorum, & aliorum.

Item concedimus, quod ſi aliquis, vi, vel clam domum Burgenſis intrauerit de nocte, aut in furto deprehenſus fuerit, aut in tali loco, in quo deprehenſor eorum iudicis, vel auxiliatoris habere nequiuerit, in nullo nobis teneatur, ſi cum forte interfecerit fures publicos, & conuictos de nocte, voluntati domini relinquatur, ſalua dote mulieris, & iure alieno.

Item volumus, & concedimus eiſdem Burgenſibus, quod nihil ab aliquo nomine ſamptuum litis, vel cauſa exigatur, niſi de voluntate partium pro qualitate cauſa aſſeſſor fuerit adhibendus, & tunc exigitur tantummodo quod moderatè dabitur aſſeſſori.

Qui libra propria falſa, vel menſura propria falſa vendiderit, ſexaginta ſolidos domino perſoluet, de vlna falſa ſexaginta ſolidos, & de falſa menſura vini ſexaginta ſolidos perſoluet de leyda, ſiue venda reteata, dum tamen ſoluat infrà octo dies, quitillam retinuerit, nullam inde debet emendam, elapſiſque verò octo diebus ſexaginta ſolidos debet pro emenda.

Item volumus, & concedimus, quod qui fideiuſſorem dare voluerit, aut obligauerit bona ſua, non debet capi, niſi in caſibus in quibus incidit ad voluntatem Domini.

Item concedimus, quod nos, vel prepoſitus noſter non poſſumus accipere, vel ſumere aliquam ſuſpectam perſonam in libertatibus dicta ville.

Item volumus, & concedimus, quod omnes Domini, qui pro tempore erunt in mutatione ſua, antequam in villa recipiantur, teneantur; videlicet Abbas promittere eum quatuor Prioribus ſuis bona fide, & Dominus, qui erit Domianus dicta ville, cum predicto Abbate, & conuentu, cùm quatuor nobilibus ſecum iuraturis; vſus, & conſuetudines ville, & libertatem in preſenti carta contentam, ſe firmiter obſeruare, & non contrauenire.

Item omnes homines à quindecim annis citrà in nouitate Domini, cum requiſiti fuerint abeodem, fidelitatem iurabunt, & quod ſcienter, non venient contra iura ipſius.

Item volumus, & concedimus, quod ſeruientes noſtri quolibet anno, quo renouati fuerint, & mutati in preſentia Domini, & Burgenſium iurent ſe libertatem, & bonos vſus ville, & iura domini fideliter obſeruare.

Item volumus, quod ſi quis vult vti impreſſione ſigilli noſtri ſuper aliquo contractu, vel negotio, vel matuo roborando, quod fiat petenti copia, & debet nobis tantummodò, pro quolibet contractu quatuor ſoli dos Viennenſes.

Item volumus, & concedimus, quòd nos, vel ſucceſſores noſtri non poſſimus, nec habeamus poteſtatem concedi alicui vindemias, niſi per certos dies, & terminos de voluntate, & conſenſu Burgenſium ſtatuendos, veruntamen nos poſſimus noſtras proprias vindemias ante alios ad voluntatem noſtram vindemiare, & quod vltrà quod ſtatutum fuerit, nullus vindemiare præſumat.

Item volumus, & concedimus, quod ſi aliquis caſus aceideret de quo in preſenti carta mentio non haberetur, quod ſecundàm vſus, & conſuetudines aliarum villarum franckarum, que poterunt inueniri, vel ſecundum ius ſcriptum ſi Burgenſi magis placuerit; terminetur.

Item

Item nos Abbas bona fide ſub vi Religionis, & dictus Stephanus ſub iuramento noſtro ſuper ſancta Dei Euangelia præſtito promittimus dictis Burgenſibus ſinceram pacem, & ſecuritatem, tam perſonarum, quàm rerum ſuarum, promittentes, vt ſuprà, quod neque nos, neque per alios captionem, vel arreſtationem, vel impedimentum alsquod perſonarum ſuarum faciemus, nec procurabimus, nec machinabimus in aliquo contrà ipſos, ſed modis omnibus quibus poterimus impediemus, ne fiat niſi forte (quod abſit) delictum tale commiſſum ſit, propter quod ad predicta deueniendum ſit, ſecundum iuris ordinem.

Item ad maiorem pacem eámque obſeruandam, volumus, & concedimus, quod ex parte dictorum Burgenſium duo Burgenſes conſtituantur ad voluntatem eorum mutandi, vt ſi fortè nos & dictos Burgenſes ſuper his, qua ad dictam libertatem pertinent, quæſtio oriatur, quod abſit, predicti duo Burgenſes, cum duobus nobilibus à nobis ſtatuendis illam quæſtionem terminare poſſint; ſi in vnam ſententiam potuerint conuenire, ad quod fideliter faciendum iuramento præſtito tenentur, alioquin quintus eligatur iuriſperitus per cuius conſilium terminetur, provt ſecundùm ius videbitur expedire.

Item volumus, & concedimus, quod ſi aliquis Burgenſium noſtrorum à nobis, vel mandato noſtro petierit, & abſque vllo clamore vt faciat, & debitum ſuum reddat debitori; fuerit ipſum debitum confeſſus coram nobis, vel mandato noſtro, nos ſine dilatione cum expenſis creditoris debitorem pignorare faciamus, & debitum reddi creditori iuxta poſſibilitatem ipſius debitoris.

Si quis verò Burgenſis coram nobis, vel mandato noſtro debito ſuo cognito denunciauerit ſine clamore, nihil Domino debebit, & ſi clamorem fecerit reus, cognitum debitum reddet, & tres ſolidos pro clamore perſoluet.

Item volumus, & concedimus, quod habitantes in dicta villa, qui habent poſſeſſiones immobiles in diſtrictu noſtro, ſi contra eos querela moueatur, non teneantur dare cautionem; dum tamen velint obligare poſſeſſiones ſuas, niſi talis fuerit exceſſus vel querimonia, cuius emenda deberet excedere quantitatem, vel valorem predictarum ſuarum rerum immobilium, vel per quam incidere debeat in voluntatem Domini, ſalua in omnibus dote vxoris, & iure alieno.

Nos autem ſine certo conquerente non poſſumus facere contra aliquem inquiſitionem, nec eum ad noſtrum iudicem euocare ſuper aliquo crimine, niſi apud bonos, & graues ſuper eodem crimine eſſet multipliciter diffamatus.

Item volumus & concedimus, quod vadimonia pro querimonia ante iudicem non capiantur, niſi denuntiatum fuerit legitimè iudicatum.

Item volumus, quod ſi aliquis intercipiat ignoranter terram alterius ſitam iuxta terram ſuam; dum tamen eam velit reddere ad arbitrium certorum manantium, ſeu vicinorum, quod ad nullam emendam teneatur, niſi clamor inde fiat ad nos, quod ſi factus fuerit habebimus emendam noſtram trium ſolidorum, & non amplius.

Si verò aliquis terminum, ſine metam dolo amoueat, & clamor inde fiat, & legitimè conuincatur, tunc erit pœna in miſericordia, & voluntate Domini.

Item, quod ſi pueri, vel minores duodecim annorum fecerint pugnam, vel ſanguinem ad nullam nobis emendam, nec aliquid teneantur.

Item volumus, & concedimus quod inhibitio facta ſine nuntio, vel mandato noſtro, nemini præiudicet, & ſi contrà inhibitionem aliquis per nos, vel per mandatum noſtrum factam attentauerit, & inde conuictus fuerit, tres ſolidos nobis debebit. Si autem à domino, vel mandato ipſius expreſsè pignus capiatur, & fiat remiſsio, ſeptem ſolidos perſoluet pro emenda, tamen ſi quis alius authoritate propria pignus alterius ceperit, pro debito cognito non recurratur, & ſi forte recurſum fuerit, recurſor in tribus ſolidis Domino teneatur, ſi clamor ſuper recurſione fuerit, depoſitus debitor ſoluat cognitum, & probatum.

Vindemiis per conſilium Burgenſium præconiſatis, & per certas dietas ſtatutis; poteſt quilibet Burgenſis de villa predicta infrà portas, ſeu terminos villa, racemos licitè emere, & ſi exera villam, ſeu terminos ipſius ſine mandato noſtro racemos ad diminutionem eius, ſeptem ſolidos nobis debebit, & vindemiam pendet emptam.

De Bannis verò animalium volumus, quod pro porco in vineis inuento, vel in bladis ſex denarij perſoluantur, pro bobus, vaccis, & iumentis, caprís, & ouibus quatuor denarij perſoluantur, & vtroque animali damnum datum emendetur, & ſuper hoc credatur iuramento inuentoris.

Si ſepes, vel clauſuras in viis publicis, ſine carreriis publicis fecerit, & monitus à mandato domini infra octo dies emendare noluerit, nobis ſepeem ſolidos debebit.

Item homines villæ eligere poterunt quatuor conſules, & eos pro voluntate ſua mutare, quos nobis, vel dominus (qui pro tempore erunt) præſentabunt, & fideliter iurabunt, ſe non venire contra iura noſtra; nec auferre clamores noſtros, nec prohibere fieri: iſti commune facient; & leuabunt tam

à ſe, quàm ab aliis pro neceſſitatibus villæ, & mandato noſtro, ſi neceſſe fuerit, ad compellendum aduocatos, & iſti quatuor tenentur computare de leuatis coram cæteris Burgenſibus ſuis.

A Monachis autem, vel Clericis, vel Religioſis eiuſdem libertatis ratione communis, vel collecta, ſeu exactionis nihil penitus exigatur.

Item quilibet Macellarius pro buncha ſua nobis annuatim in feſto Beati Martini tres ſolidos ſoluere teneatur: Macellum noſtrum, & aulas Mercati noſtri poſſumus in dicta villa nobis conſtruere ſine præiudicio alieno, & nihilominus carnifices poſſunt vendere carnes ſuas in domibus ſuis intus, & extrà, nec tamen poſſumus Burgenſes noſtros cogere quin vendant pannos ſuos in domibus ſuis, ſiue extrà.

Et ſi forte contingat, quod abſit, nos, & ſucceſſores noſtros, nouos caſus inuenire, aut nouas conſuetudines inducere, contra libertatem prædictam, aut aliquam curialitatem, ſine donationem ab eis exigere, vel obtinere licet plurtes. Inde per longum tempus uos, & ſucceſſores noſtri cauſa propter vim, & poteſtatem noſtram, quàm propter impotentiam, & debilitatem Burgenſium non acceptabitur, vel defendentium libertatem ſuam, volumus, quod tempus quantumcumque longum fuerit, ſine aliqua præſcriptione, nobis, vel ſucceſſoribus noſtris in hac parte valeat, nec præmiſſa præiudicet libertati, termini verò Banni villæ libertati dati ſunt, vt ſuperiùs eſt expreſſum.

Hæc omnia promiſſa vniuerſa, & ſingula in præſenti carta contenta nos Abbas, & Conuentus, & Dominus d'Andelos prædicti promittimus vt ſuprà fideliter, ac firmiter perpetuò ſeruaturos, ad hæc idem promittentes, iurantes, & ad obſeruandum omnes ſucceſſores noſtros, qui pro tempore erunt Domini, vel villam tenebunt, ſpecialiter obligamus, cæterùm volumus, & à noſtris nobilibus caſatis dicti loci iurare facimus vt firmiùs obſeruetur.

Item volumus, & concedimus, quòd ſi contingit ſigilla huius cartæ aliquo caſu corrumpi, vel frangi, vel etiam ipſam cartam pro ſua vetuſtate conſumi, vel deleri, nos & ſucceſſores noſtri tenemur, & promittimus, vt ſuprà ipſam cartam gratis reficere ipſis Burgenſibus, & ſigillis noſtris ſignare, inſuper nos Abbas, & Conuentus, ac Stephanus ſuprà dicti pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris ſcientes renuntiamus in hoc facto ſub fide, & vi Religionis, & iramenti præſtiti, exceptionibus doli dictæ franchefiæ, ſeu libertatis non conceſſæ, prout prædictum eſt, omni priuilegio nobis conceſſo, vel concedendo omni auxilio, & beneficio iuris Canonici, & ciuilis; quod nobis, vel noſtris ad veniendum contrà præmiſſa, vel aliquid de præmiſſis poſſit competere modo aliquo, vel prodeſſe, & ſpecialiter iuri dicenti generalem iuris renuntiationem non valere. In quorum omnium præmiſſorum robur, & teſtimonium præſentibus literis ſigilla noſtra duximus apponenda. Datum, & actum anno Domini 1283.

Les Franchiſes de Coligny, de Gordans, de Meximieux, de Montluel, & de Treffort ont grand rapport auec celles-cy.

INFEVDATION DE LA IVSTICE D'APPEL DE LA SEIGNEVRIE DE MEILLONNAS.

L'Original eſt aux Archiues de Monſieur le Marquis d'Aix.

LVDOVICVS Dux Sabaudiæ, Chablaſij, & Auguſtæ, Sacri Romani Imperij Princeps, Vicariúſque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Gebennenſis, & Baugiaci Comes, Baro Vaudi, & Fauetniaci, Niciaque, Vercellarum, & Friburgi, &c. Domtnus. Vniuerſis ſeriem præſentium inſpecturis rei geſtæ notitiam cum ſalute, dum memoria tenemus præclara obſequia per magnificum Conſanguineum, Conſiliariúmque, & Cambellanum noſtrum, ſincerè dilectum Philibertum de Seyſello, Dominum de Aquis quondam nobis, & domui noſtræ, ſignanter Sereniſſimo Domino, & filio noſtro Regi Cypri in adeptione ipſius Regni magnanimiter, fidelitérque impenſa; quippe qui multis, & variis ſumptibus egregiſque laboribus, & periculis multis, quæ mirum in modum ſponte ſubiit, non pepercit, adeò vt apud Soldanum, infideliſſimum Tyrannum, & orthodoxæ fidei inimicum in Ambaxiatam profectus, tandem peſte in ipſis infidelium locis vigente vita exceſſerit humana: magno profectò incitamur animi deſiderio, vt qui pro noſtri ſanguinis honore ſtatúſque noſtri augmento tanta ſubiit diſcrimina, ſaltem ergo eius liberos munificentiæ noſtræ dapſilitatem pro paternis meritis exhibeamus; ex certa igitur ſcientia noſtra, motúque proprio, & quia nobis ſic fieri placet, & laude dignum meritò arbitramur, pro nobis, & noſtris hæredibus, & ſucceſſoribus, magnificis conſanguineis noſtris Gabrieli, & Ludouico

de

de Seyſſello ipſius quondam Domini de Aquis liberis, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis Notario, & Secretario noſtro ſubſignato ad opus ipſorum, & quorum intereſſe poterit in ſuturum ſtipulantibus, & recipientibus in priuilegium ſpeciale perpetuò duraturum, harum teſtimonio literarum impertimur, & concedimus, videlicet, quod ipſi liberi, & ſui prædicti à modò in perpetuum poſſint, & debeant, ſibique licitum ſit in locis, & mandamentis de Aquis, & Baſtidæ Seyſſelli, & Mellionaci, & quodlibet eorum ac aliis omnibus, & ſingulis locis, & territoriis, quæ nunc tenent, & poſſident, etiam in poſterum tenebunt, & poſſidebunt: In quibus tamen merum mixtúmque imperium, & omnimodam iuriſdictionem habebnnt, haberéque, & exercere conſueuerunt, conſtituere, haberéque; & tenere iudicem vnum appellationum ad quem omnes, & ſingulæ cauſæ quarumcumque appellationum, à quibuſuis ordinationibus, ſeu ſententiis, atque mandatis per iudices ordinarios ipſorum locorum, & nunc proferendarum, & decernendarum, emittendarum, & interponendarum directè, & indirectè deuoluantur, & deuolui debeant: Appellationes verò à ſententiis, ordinationibus, & mandatis huiuſmodi iudicum appellationum emittendæ, ad conſilium noſtrum nobiſcum reſidens de directo, & immediatè deuoluantur, ità etiam quod conſiliò noſtro Cambersaci reſidents non liceat, verum etiam inhibemus per præſentes; ne de huiuſmodi appellationum cauſis ſe quouis modo intromittat. Item vlteriùs eiſdem liberis, & ſuis tam dictis ex certa ſcientia noſtra prærogatiuam ſingularem damus, & concedimus; videlicet quod ipſi liberi, & ſui antedicti poſſint, & debeant ſibique licitum ſit in locis, & mandamentis prædictis, ſcilicet de Aquis ac Baſtidæ Seyſſelli, & Mellionaci ac aliis ſuprà mentionatis, in quibus habent vel etiam in poſterum habebnnt, merum, mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem altam, mediam, & baſſam eligere, & deinceps perpetuò manutenere in locis patibulorum furcas, cum quatuor piloris, ſeu columnis pro eorum iuriſdictione, illiúſque executione exercenda, quemadmodum nos ipſi in locis iuriſdictionis noſtræ immediatè ſubmiſſis facere conſueuimus. Mandantes, & diſtrictè præcipientes Conſiliis nobiſcum, & Camberiaci reſidentibus, necnon Baillluis, & Procuratoribus Sabaudiæ, & Breſſiæ, Caſtellaniſque Camberiaci, Montismeliani, Burgeti, Burgi in Breſſia, & Tréfortij, & cæteris vniuerſis officiariis fidelibus & ſubditis noſtris, mediatis, & immediatis, moderniſque, & poſteris ad quos ſpectanerit, ipſorúmque locatenentibus, & cuilibet eorundem quatenus hmuſmodi priuilegium, & literas noſtras memoratis liberis, & ſuis protinus obſeruent, & obſeruari faciant inconcuſsè: in nulléque contrà faciant quomodolibet, vel opponant, verùm eos præmiſſis ſibi in priuilegium conceſſis plenè frui, & gaudere patiantur. In quorum robur, & teſtimonium has literas noſtras manu noſtra ſignatas ſigilli noſtri matoris fecimus appenſione communiri. Datas Carignani die 18. Nouembris anno Domini 1460. Signé I.OVIS. Per Dominum præſentibus Illuſtri Iano de Sabaudia Comite Gebennenſi, necnon Dominis A.ex Marchionibus Romagnani, Cancellario Sabaudiæ, Ioanne Domino Barjati, & Rupeculæ Mareſcallo, Aymone Comite Camera Vicecomite Mauriana, &c.

INFEVDATION DE LA SEIGNEVRIE DE MEXIMIEVX EN LA VALBONNE.

Tirée de la Chambre des Comptes de Turin.

IN nomine Domini, Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum, cunctis appareat euidenter, quod anno Domini milleſimo tricenteſimo ſexageſimo octauo, die decimâ menſis Octobris indictione ſextâ, in mei publici Notarij ſubſcripti, & teſtium infrà ſcriptorum præſentiâ, propter infrà ſcripta particulariter, & ſpecialiter conſtitutus Illuſtris & Magnificus Princeps Dominus Amedeus Comes Sabaudiæ, ſciens, prudens, & ſponte, non vi, non dolo, non metu ad hæc inductus, nec ab aliquo in aliquo, vt aſſerit ſuper hoc circumuentus, non deceptus, non coactus, nullo errore ſeductus, ſed de iuribus facto, & actionibus ſuis, ad plenum in hac parte, vt dicit, certioratus, aduiſus, certificatus, edoctúſque, conſultus, ac omninò in hac parte penitus informatus, conſiderata, viſa, & inſpecta (vt dicit) vtilitate ſua maxima, & ſuorum, commodóque pariter euidenti, potiſſimè pro ſuis vrgentibus debitis perſoluendis, ſuiſque neceſſitatibus releuandis, certis eius negotiis vtiliùs peragendis, & in meliùs reformandis, & mutandis, conditionéque ſua, & ſtatus ſui, & ſuorum inde potiore efficienda, & in meliùs promouenda & tenenda, vendit, & titulo, & ex cauſa puræ, perpetuæ, perfectæ, & irreuocabilis venditionis, tradit, vel quaſi cedit, & concedit, quittat, guerpit, & relinquit, deliberat, reſignat, expedit, parat, & remittit pro ſe, & ſuis, hæredibus & ſucceſſoribus perpetuò quibuſcumque, Nobili Viro Domino Gulielmo de Chalamonte militi, filio quondam Domini Stephani de Chalamonte militis quoudam defuncti, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum quibuſcumque ipſo Domino Gulielmo præſente, & ſuper hoc tractantes eum dicto Domino Comite venditore, ementéque,

téque, acquirente, recipiente, & ſolemniter ſtipulante, vice, nomine, & ad opus ſui, & ſuorum haredum, & ſucceſſorum in perpetuum quoruncumque prædictorum, pretio, iuſto, legali, & æquivalenti, vt aſſerit dictus Dominus Comes: videlicet quatuor millium florenorum auri boni, & magni ponderis habitorum, & realiter receptorum per dictum Dominum Comitem venditorem, manu Reinaldi de Laris Clerici, & receptoris dicti Domini Comitis; à ſuprà dicto Domino Gulielmo emptore in bonis, & puris florenis auri, ſibi dicto Domino Comiti venditori, vt aſſerit, per dictum Dominum Gulielmum emptorem numeratis, traditis, expeditis, & deliberatis ad ſummam, & ſatisfactionem quatuor millium florenorum auri dicti ponderis prædictorum, de quo quidem pretio, hic vt ſuprà habito, & recepto dictus Dominus Comes venditor, tenet ſe, & habet pro ſe, & ſuis haredibus, & ſucceſſoribus ante dictis quibuſcumque, à præfato Domino Gulielmo emptore præſente, & ſtipulante, vt ſuprà pro ſe, & ſuis haredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque prædictis, plenariè, integrè, & perfectè pro pagato, contento, ſoluto, expedito, ac etiam ſatisfacto, & de ipſis quatuor millibus florenis auri dicti ponderis, ſic (vt præfertur) realiter habitis, & receptis, dictus Dominus Comes pro ſe, & ſuis haredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque ſuprà dictis præfatum Dominum Gulielmum emptorem præſentem, & ſtipulantem, vt ſuprà, & ſuos haredes, & ſucceſſores, & bona ſua quæcumque, coram me publico ſubſcripto Notario, & teſtibus infrà ſcriptis, quittat, liberat, remittit in perpetuum penitus, & abſoluit per aquilsanam ſtipulationem interuenientem, & acceptilationem deinde legitimè ſubſecuta, vendit (inquam) villam, caſtrum, & mandamentum Maximiuci in Valbona ipſius Domini Comitis venditoris, cum ſuis omnibus, mero, & mixto imperio & iuriſdictione omnimoda, alta, media, & baſſa, hominibus, homagiis, fidelitatibus nobilium, & ignobilium, feudis, retroſeudis, reditibus, ſeruitiis, firmis, cenſis, gardis, domibus, poſſeſſionibus, pradiis, furnis, molendinis, baptitoriis, pratis, nemoribus, rebus, & poſſeſſionibus cultis, & incultis, puſcuis, ſtagnis, aquis, aquarum decurſibus, ptſcariis, venutionibus, chaſſiis, metullis, metallariis, uandinis, ferris, mercatis, foris, leydis, pedagiis, gabellis, coruatis tornalibus, tallis, compleutis, compoſitionibus, tributis, ſeruitutibus, angariis, & perangariis, dictarúmque poſſeſſionum, & rerum immobilium prædictarum feudis, egreſſibus, vtilibúſque dominiis conſolidatis, & directis, ac aliis omnibus vniuerſis, & ſingulis emolumentis, coſtumis, vſagiis, & iuribus, pertinentiis, & appendentiis, quæcumque ſint, & quocumque nomine cenſeantur ad dictum caſtrum Maximiaci, ſupra venditum, quouis titulo quæcumque ratione ſeu cauſa, ſpectantibus, & pertinentibus vndecumque, ſaluo dumtaxat, & reſeruato per ipſum Dominum Comitem venditorem ſibi, & ſuis iure feudi directi Dominij pro ipſo feudo competenti, & homagij ligij, quantùm dumtaxat feudum, & homagium prædicta, & non aliter concernit, & ſpectat ad eadem, ſuper quo quidem homagio dictus Dominus Comes venditor, ſcienter, & ſponte paciſcitur, conuenit, & diſpenſat pro ſe, & ſuis coram me publico Notario ſubſcripto, & teſtibus infrà ſcriptis, eum prædicto Domino Gulielmo emptore præſente, & ſtipulante pro ſe, & ſuis perpetuò in fauorem ipſius Domini Gulielmi emptoris: videlicet, quod quia ipſe Dominus Gulielmus ei Domino Comiti ad aliud homagium tenetur pro certis aliis rebus, quas idem Dominus Gulielmus ab ipſo Domino Comite in feudum tenet aliunde, quod ipſe Dominus Gulielmus emptor, & ſui poſſint, & valeant ipſa duo homagia debita, vnum pro dictis rebus ſuprà venditis & aliud pro aliis rebus, quas tenebat antea, & adhuc tenet ab eodē Domino Comite, vt ſuprà, ſimul & pro vno deferutre ac etiam ſupportare, quandiu omnes res ipſas ſimul tenebunt, & poſſidebunt abſque aliqua commiſſione ab ipſo Domino Gulielmo, vel ſuis ſuper hoc in poſterum, per dictum Dominum Comitem, vel ſuos, aut alios pro eiſdem petenda, aut aliqualiter requirenda, iuribus in contrarium ſonantibus nonobſtantibus quibuſcumque, quibus iuribus renunciat dictus Dominus Comes ſpetialiter, & expreſsè, & ſi fortè dictum Caſtrum, Villam, Mandamentum, & alia res quacumque vendita prædicta, plus valent ad præſens, aut ſint valitura in futurum, pretio prælibato, totum illud plus quodcumque, & quomodocumque ſit, & fuerit, dat, donat, quittat, pariter & remittit dictus Dominus Comes venditor pro ſe & ſuis ſuprà dicto Domino Gulielmo emptori præſenti, & ſtipulanti (vt ſuprà) pro ſe, & ſuis tanquam ſibi grato & benè merito, & ſuis haredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque perpetuè, etiam quod ità placet dicto Domino Comiti donatione pura, perpetua, mera, liberali, valida, ſimplici, ac irreuocabili inter viuos facta & eidem Domino Gulielmo emptori de ipſo pluri, tot & tantas donationes facit particulariter, & diuiſim, quod neutra ipſarum ſummarum quingentorum florenorum, vel ſolidorum ſummam excedat, & quod altera ipſarum inſinuatione non indigeat aliquali, ſaluis tamen, & exceptis per ipſum Dominum Comitem venditorem & ſuos, homagio, feudo, directo Dominio ſpecificatis, prædictis deueſtiens ſe dictus Dominus Comes venditor, pro ſe, & ſuis haredibus, & ſucceſſoribus perpetuò quibuſcumque, coram me publico ſubſcripto Notario, & teſtibus infrà ſcriptis de dictis Caſtro, Villa, mandamento, & aliis rebus venditis, cum pertinentiis earundem ſuprà dictis ex cauſa venditionis, & conceſſionis prædictarum, ſaluis & retentis, & per ipſum Dominum Comitem, & ſuos exceptis homagio, & feudo, & etiam feudi directo Dominio ſuprà dictis, & ob eandem cauſam dictum Dominum Gulielmum emptorem præſentem, & huiuſmodi tnueſtituram receipientem, & ſolemniter ſtipulantem,

HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Priori, & Fratribus Carthusiensibus salutem, & Apostolicam benedictionem. Ea quæ iudicio, vel concordia terminantur firma debent, & illibata perſistere, & ne in recidiuæ contentionis scrupulum relabantur, Apostolico conuenit Præsidio communiri, ea propter dilectis in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem quam inter vos ex parte vna, & dilectos filios Abbatem, & conuentum Monasterij de Iugo Dei ex altera, super Domo Montismerula, quæ alio nomine Vallis S. Stephani appellatur, mediante Venerabili Fratre nostro R. Lugdunensi Archiepiscopo amicabiliter interceſsit: sicut sine prauitate prouidè facta est, & ab vtraque parte sponte recepta, & hactenus pacificè obseruata, vt in instrumento exinde confecto sigillo eiusdem Archiepiscopi roborato, cuius tenorem de verbo ad verbum præsenti paginæ fecimus annotari, plenius continetur authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: Tenor autem instrumenti eiusdem est talis, Raynaudus Dei gratia prima Lugdunensis Ecclesiæ Minister humilis, omnibus in perpetuum, quod coram nobis pia intentione geritur, ne cuius quam dolo, vel versutia peruertatur, vel annis tacitè labentibus oblitioni tradatur in posterum, dignum duximus literarum adminiculo communiri. Nouerint igitur vniuersi præsentes, & futuri, quod cùm controuersia verteretur inter domũ Carthusiensem ex parte vna, & Domũ de Iugo Dei ex altera super Domo Montismerula, & diu fuisset agitata, tandẽ Raynaudo, & Ogerio Sellionis, & Vallis S. Martini Prioribus, qui speciale mandatum à Domo Carthusiæ super eadem causa ad agendum, transigẽdum, seu aliàs qualitercúmque faciendum, se per literas sigillo Carthusiæ munitas habere monstrarunt, & præterea Aymone Abbate, & Ioanne Priore de Iugo Dei pro se, & toto conuentu in nostra præsentia constitutis, partes in hoc vnanimiter conuenerunt, vt quidquid iuris in dicta Domo, & ad eam pertinentibus habebant in nos transferrent, concedentes expresiè, & bona fide quod quidquid inde faceremus actum, & firmum sine contradictione perpetuò seruarent: Facta itaque, ab vtráque parte iuris sui, & possessionis, in nos translatione, & inuestitura, nos de consilio Venerabilis Fratris nostri Duranni Cabilonensis Episcopi, Vilelmi, & Ioannis Sauiniacensis, & Bellevillæ Abbatum, & aliorum prudentium nobis assistentium rem de qua lu fuerat taliter diuisimus inter eos, videlicet vt Domus Carthusiæ perpetuo; & pleno iure habeat, & pacificè possideat domum Montismerulæ, cum omnibus ad eam pertinẽtibus tam mobilibus, quam immobilibus, & se mouentibus, seu aliis turibus, libris et tam; & ornamentis Ecclesiæ, & cartis sigillatis, & non sigillatis, excepta grangia de Chiurous, quia cum omnibus ad eam pertinentibus; tam mobilibus, quam immobilibus; & se mouentibus, quæ modo sunt in eadem grangia, domui de Iugo Dei perpetuò habenda concedimus, & perpetuò pacificè possidenda, ità tamen, quod de animalibus, & pecoribus eiusdem grangiæ Domus Montismerulæ tertiam partem habeat cum integritate. Præterea præcepimus, quod si forte contingeret vt Ordo Carthusiensis Domum Montismerulæ ad alium ordinem transferre vellet; non posset nisi ad domum de Iugo Dei, neque illi de Iugo Dei ex tunc alium ordinem possunt ibi statuere; nisi suum: sciendum quoque quod de

pecunia quam Vir nobilis Guido Dominus Baugiaci habuit, ſtatuimus vt quidquid de ipſa recuperare potuerint inter ſe aqualiter diuidant dicta domus, dictum etiam fuit, quod Carthuſienſes Dominum Vlricum de Baugiaco dictam grangiam domus de Iugo Dei concedere facerent, & confirmare, & bona fide precibus quantum poſſent inducerent Alexandram Comitiſſam vt eandem grangiam dicta domus permittat pacifice poſsidere, & illi de Iugo Dei debent teſtificari domum Montiſmerula ad ordinem Carthuſienſem pertinere, & de omnibus ad eandem domum pertinentibus eos bona fide certiorare Item dictum fuit quod Domus de Iugo Dei de debitis domus Montiſmerula non teneatur, ad hæc facimus manifeſtum, quod nos per Venerabilem Fratrem noſtrum Durannum Cabilonenſem Epiſcopum partes in poſſeſſionem rerum ſibi aſsignatarum fecimus induci corporalē, & ne ſuper præmiſſis aliqua valeat in poſterum quæſtio ſuboriri, nos ad preces partium præſentem Cartam per Alphabetum diuiſam indefieri, & ſigillo noſtro fecimus in teſtimonium roborari. Actum anno Domini. M. CC. XX. datum per manum Antelmi Cancellarij noſtri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Anagniæ VI. non. Octob. Pontiſ. noſtri anno Octauo.

EXTRAIT DV MARTYROLOGE DE LA CHARTREVSE DE MONT-MERLE.

ISTI ſunt præcipui, & ſpeciales beneſactores noſtri qui multa, & magna beneficia domui Vallis ſanctæ Stephani contulerunt, pro quibus annuatim primo die vacante poſt Circonciſionem generalem commemorationem facimus, excepta quotidiana commemoratione, quam inceſſanter omnibus horis tàm in cellis; quàm in Eccleſia facimus, Rolandus, & Humbertus de Aſnerius milites fundatores domus iſtius, Renaudus Dominus de Baugiaco, Comitiſſa Cabilonis, Hugo Dominus Colonjaci, Dominus Poncius de Villariis Epiſcopus Matiſconenſis, Ioannes Archiepiſcopus Viennenſis, Bernardus Prior Portarum, Thomas nobilis Comes Flandrenſis, Ioannes nobilis Comes Burgundiæ, & Dominus Salini, Dominus Petrus Epiſcopus Ereſordenſis, Dominus Seguinus Venerabilis Epiſcopus Matiſconenſis, Dominus Ioannes de S. Triuerio de Dombu, Dominus Hugo Cardinalis, Stephanus de Montelupello Archidiaconus Cantuarienſis Magiſter, Stephanus de Epeyſſia Archidiaconus Matiſconenſis: ſunt & alij quamplures illi ſoli numerabiles, qui ſolus nouit numerum omnium filiorum hominum; qui multa beneficia domui noſtræ contulerunt, alij terras, & poſſeſſiones ſuas quas infra terminos noſtros habebant, pro ſalute animarum ſuarum Deo, & nobis tribuentes, alij pecunias, aut alia beneficia nobis largientes, alij orationibus domus noſtræ ſe deuotiſſimè commendantes, quorum nomina, & ſi in hoc libro non ſcribuntur, ſupplicitèr tamen Dominum deprecamur, vt in libro vitæ ſcripta inueniantur, & ipſi cum ſanctis omnibus in ſempiterna gloria eum Chriſto ſine fine lætentur.

LETTRES DE PHILIPPES ROY DE FRANCE, PAR LESQVELLES IL REMET A AMÉ IV. COMPTE DE Sauoye, les Seigneuries de Chaſteau-neuf, & du Bois-ſaincte Marie en Maſconnois, iuſques à ce que le Chaſteau de Mont-Reuel, pris ſur luy par le Daufin luy ſoit rendu.

Tirées de la Chambre des Comptes de Sauoye.

PHELEPPES par la grace de Dieu Roy de Franee, à tuus ceux qui ees preſentes lettres verront. Salut. Seaehent tuit, que comment noſtre eher Couſin, & feax Amés Cuens de Sauoye, nous requit que le Chaſteal de Mont-Reuel, que noſtre Amés, & feaox Iean Seigneur de la Tour, d'Albon, & Dalfin de Viennois, auoit pris ſur ledit Comte de Sauoye. Treſues eſtans, & durans en nous, pour nous, nous feaux, alliés, aydans, & ſougiés d'vne part; & noſtre tres-chier Couſin, & feanl le Roy d'Angleterre, & Duc d'Aquiraine pour ly, ſes feax alliés, aidans, & ſougiés de autre, & ledit Dalphin nommé par noſtre feaul, & allié, & ledit Comte oommé pour allié, & aidant dudit Roy d'Angleterre; & comme ledit Comte de Sauoye, diſoit nous ly fiſſions rendre, & reſtablir ledit Chaſteal de Mont-Reuel, nous qui ſur ce fait vouloos fauorablement traittier a ſec ledit Comte de Sauoye, auons ottroyé, & conſenty de bailler audit Comte de Sauoye Chaſteau nuef en Maſconnois, & la Ville de ſaincte Marie du Bois, ô totes leurs appartenances, à tenir dudit Comte de Sauoye iuſqoes à tant, que nous ayons enuers ledit Comte de Sauoye fait droit du Chaſtel de Mont-Reuel, ce qoi loy deura ſoffire, en teſmoin de laquelle choſe nous auons mis noſtre Seel en ces preſentes lettres, donné à Vincennes dix iours en Iuin. 1304.

LETTRES

LETTRES DV MESME ROY A IEAN DAVPHIN DE VIENNOIS, POVR FAIRE RESTITVTION DV Chaſteau de Mont Reuel au Comte de Sauoye.

Tirées de la Chambre des Comptes de Sauoye.

PHILIPPVS *Dei gratia Francorum Rex dilecto, & fideli filio noſtro Ioanni Dalphino Viennenſi ſalutem, & dilectionem. Cùm olim treugis, ſeu abſtinentia à guerra inter nos, & Angliæ Regem, noſtróſque, & ipſius valitores, exiſtētibus, Caſtrum Montiſreuelli, quod dilectus, ac fidelis noſter Comes Sabaudiæ, de dicti Regis Angliæ valitoribus, tunc exiſtens tenebat; per vos captum, & occupatum extiterit, ac poſtmodum per inqueſtam, ſeu informationem per dilectum, & fidelem noſtrum Robertum, tunc Ducem Burgundiæ de mandato noſtro factam reperto, quod dictum Caſtrum ad Comitem pertinebat eundem, quod per conuentiones, inter nos & Regem Angliæ prædictum habitas, hinc inde treugis prædictis durantibus, occupata debebant reſtitui Comiti prædicto Caſtrum nouum, & Villam ſanctæ Mariæ in Boſco Baillliæ Matiſconis, tradi, & liberari fecimus ad manum ſuam tenendum, donec ſibi de Caſtro Montereuelli prædicto plena reſtitutio facta eſſet, quæ quidem Caſtrum nouum, & Villa S. Mariæ cum ipſorū pertinētiis, non ſine noſtro incommodo, per longum tempus tenuit idem Comes, vt autem promiſſio, quam, vt præmittitur in hac parte, dicto Comiti fecimus, impleatur, ac debitum ſortiatur effectū, ea fidelitate, qua nobis tenemini, requirimus vos ut tentè quatenùs antedictum Caſtrum Montereuelli præfato Comiti, vel ipſius certo mādato, ſine difficultate, & dilationis obſtaculo ad requiſitionem Seneſchalli noſtri Lugdunenſis, quem ad vos ob hoc ſpecialiter deſtinamus, reſtitui faciatis, & adeò curialiter liberuri, quod nobis debeat eſſe gratum, & idem Comes ſuper hoc debeat meritò contētari de nobis. Dat Pariſiis 2. die menſis Maij 1314.*

ERECTION DE LA BARONNIE DE MONT-REVEL EN COMTÉ.

L'Original eſt aux Archiues de Monſieur le Compte de Mont-Reuel.

IN *nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti fœlicitet. Amen. Amedeus Dux Sabaudiæ Chablaſij, & Auguſtæ Princeps, Marchio in Italia, Comes Pedemontium, & Gebennenſis, Valentinenſiſque, & Dienſis, imperialis Vicarius generalis, Vniuerſis præſentium ſeriē inſpecturis rei geſtæ notitiā cum ſalute. Prodenut à Patre luminū immenſa rependia gratiarū, cuius cæleſte præſagium totius orbis machina ſolo nutu moderans habenas, effranis humanorū actuum cōmerciis, lubricis ambitionibus ſubuerſis, ſua ineffabili clementia terrenas non ſprenit præficere poteſtates, nedum ſiquidem vt dominādo præeſſent, ſed potiùs vt pacis, & inſtitiæ fomentum cunctis miniſtrando prodeſſent, & appenſis in ſtatera iudicij meritis ſingulorū, condignos dignis proſequerentur fauorsbus, & in facinoroſos vibrare non vererentur frameam debitæ vltionis. Sanè diurno vertentes in animo, fidelitatis zelum pertinacē, ſtrenuitatem, prōptitudinémque indefeſſam, & alia virtutū præconia quibus ſpectabilis conſunguineus, & fidelis conſiliarius noſter prædilectus Dominus Ioannes de Baume Baro Montiſreuelli, & Dominus Valeſini, ſuíque à quibus ortus eſt, Pater, auus, & cæteri ingenui Prædeceſſores erga nos, & inclytæ recordiæ illuſtres Progenitores noſtros in arduis ſapiſſimè occurrentibus negotiis magnanimiter dimicarunt, eleguntia honoris talenta quæ in eos ſtrenuus armorum comprobuit euentus, non abdita, ſed (Deo laudes) itugiter geminata propalantes, quorū ingens animoſitatis fragrantia uuribus noſtris aſſiduè Euangelicas ſic propinat inſtiones, Euge, Euge ſeruū bonum, & fidelem ſuper multa conſtitue, quibus ſuperius dogmatibus aures obturare abſurdum arbitrantes, verùm illa potiùs imitari ſatagentes, affectantéſque ipſum Dominum Ioannem de Bauma ipſiúſque domiuia muioribus ſublimare honoribus, vt quantò noſtra munificentia præſidioſe nouerit pertractatum, tantò fidelitatis obſequio erga nos, & noſtros meritò promptior exhibeatur, & aliis ſuo inſtructis exemplo magnanimitatis incentiuum propenſius relinquatur. Idcircò noſtro (vt moris eſt) intronizati ſolio, Principum, Prælatorum, Baronum, Procerum, Peritorum, & aliorum conſiliariorum noſtrorum illuſtrati conſilio, adhibitíſque ſolemnitatibus in talibus opportunis, ad laudem Dei omnipotentis cuius ſolemnia colimus, & opem humiliter imploramus ex noſtra certa ſcientia & noſtræ plenitudine poteſtatis prædictum Baroniam Montiſreuelli cum ſuis adiacentibus membris, & pertinentiis vniuerſis, ſignanter, Caſtris, villis, & mandamentis, Marboſij, Bouirepoſitorij, Abbergamenti Montrisblodij, ſanctī Stephani de Bouchoux, & Foiſiaci, Eſnes, Anieres, & aliis terris de ſuo proprio dominio in patria noſtru Breſſiæ, Reuerſimontis, Dūbarum, & Vallisbona conſiſtentibus, quas citrà nōſtrum, & alterius cuiuſlibet præiudicium annectere voluerit, in Comitatū dignitatēmque Comitalem præſentium indulto erigimus, extollimus, præficimus, & perpetuò decoramus, eundémque Dominum Ioannem pro ſe; & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus eum gratiarum actione humiliter recipien-*

tem in Comitem ipſius Comitatus Montiſreuelli facimus, & conſtituimus, creamus, & vociferamus, ac huiuſmodi Comitali dignitate, & omnibus ſuis præeminentiis communimus, pariter ac decoramus, de quo ipſo Comitatu, dignitate, terris, & dominiis eiuſdē per traditionem enuaginati enſis inueſtimus, & retinemus, ſub eiſdem tamen feudo, vaſſallagio, homagióque, & fidelitate nobilibus, & ligiis, ſuperioritatéque, & reſſorto, ac conditionibus, & cæteris adſtrictionibus ad quas, & quæ pro ipſa Baronia Montiſreuelli, & aliis annexis, & annectendis nobis per prius tenebatur, quibus per aliqua præmiſſorum non intendimus derogare, cæterum quia idem ipſe Comes profeſſus, & ſuis prædictis confitetur, pollicetúrque, conſtituit, & publicè cognoſcit nos, & noſtros hæredes, & ſucceſſores prædictos habuiſſe, & perpetuò debere habere ſuperioritatem, & reſſortum, in, de, & ſuper Caſtris, Villis, Burgis mandamentis, & pertinentiis vniuerſis dictorum Abbergumenti, & Montrisblodij, prout ipſi ſuperioritatem, & reſſortum vniuerſaliter, ac pleno iure habemus, & habere prætendimus ſuper ipſo Comitatu Montiſreuelli, & omnibus aliis Caſtris, Villis, locis, territoriis, & dominiis eiuſdem; ipséque Comes aſſerit ſe dumtaxat habere iuditem appellationum in locis, & mandamentis Marboſij, Foiſſiaci, Montrisblody, & in parte Abbergamenti ſuper Dombis conſiſtente. Nos ſiquidem in rependium præmiſſorum, & huiuſmodi ſuæ ſublimationis encomium, eidem Comiti, & ſuis ſucceſſoribus Comitibus, dumtaxat ex noſtra exuberante gratiâ, quantùm citrà iuris alterius præiudicium dignè poſſumus, concedimus, & largimus iuriſdictionem, & iudicem primarum appellationum, & nullitatum tam ciuilium quàm criminalium, quæ ab eorum iudicibus ordinariis prædicti Comitatus Montiſreuelli, dictorúmque locorum, caſtrorum, & mandamentorum ſuorum Abbergamenti ex parte Breſſiæ, Boni repoſitorij, S. Stephani le Bouchoux, & Eſues-Anieres, in futurum quomodolibet limitentur per ſe, vel alios iudices idoneos, & ab eo, & à ſuis deputandos in ipſo Comitatu fideliter exercendos, ità tamen quod appellationes ab ipſo iudice appellationum emittendæ, ad iudicem noſtrum appellationum Breſſiæ, vel alium, ſeu alios, à nobis, & noſtris deputandos, ipſorúmque examen directè, & immediate deuoluantur, quemadmodum vt antea à iudicibus ordinariis ipſorum Baroniæ, & locorum deuoluebantur. Mandamus hoc ideò Bailliuo, iudicibúſque ordinariis, & appellationum, & Procuratori Breſſiæ, & Reuerſimontis Dumbarum, & Vallisbonæ, nec non cæteris officiariis noſtris modernis, & poſteris, ipſorúmque vices gerentibus, ac cuilibet eorundem quatenus huiuſmodi Comitatus creationem, ſublimationem largitionem, & omnia alia in huiuſmodi literis noſtris ſic largificè conceſſis eidem Comiti, & ſuis ſucceſſoribus Comitibus protinus obſeruent, & obſeruari faciant illæſas, ipsóſque de illis à modo, in antea debitè, frui, fungi, & gaudere ſine impedimento, aut alia quauis turbatione, in quorum robur, & teſtimonium præmiſſorum has literas noſtras actas, & datas in Caſtro noſtro Pinerolij die viceſima ſexta menſis Decembris anno ſalutifera Chriſti Natiuitatis milleſimo quadringenteſimo viceſimo ſeptimo quinta indictionis, & per dilectum, & fidelem ſecretarium noſtrum Gulielmum Bolomerij confectas, maioris ſigilli noſtri duximus appenſione muniri, per dominum præſentibus Dominis Illuſtribus Dominis Primogenito Amedeo de Sabaudia Principe Pedemontium, Abbate ſancti Michaelis, Marchione Saluciarum, Ioanne de Belloforti Cancellario, Ioanne de Cameru, Ludouico de Riuoire Gubernatore Niciæ, Amedeo de Chalant, Petro Amblardi, Ioanne de Baleyſone militibus, Claudio de Saxo, & Ioanne de Creſcherello Magiſtris Hoſpitij, Petro de Belloforti, Petro de Grolea, Ludouico de Luriaco, Bonifacio de Cacherannis, & Ioanne Mareſcalli ſcutiferis Scutiferiæ. Signé Bolomyer.

NOTICE DV PRIEVRE' DE NEVFVILLE EN BRESSE.

Tiré des Archiues de l'Abbaye de S. Oyen de Ioux, autrement de S. Claude, & Communiquée par le R. P. Pierre François Chifflet de la Compagnie de IESVS.

NOTITIA recognitionis, qualiter Norbaldus Abbas, & Monachi S. Eugendi Iureuſis Monaſterij querelam habuerunt eum Abbate Stephano, de rebus S. Eugendi, quas per vim, de manibus alienis traxerat, hoc eſt de poteſtate Nouuilla vocabulo, vbi eſt ſita Eccleſia in honore S. Mauritij, quæ eſt iuxta ſyluã Luſciam; Igitur à ſupradicto Abbate petierunt memorati Monachi, vt ſuo dono, ſuo præcepto, ſuo auxilio literet eis poſſidere iam dictas res, quam petitionem pius Pater conſiderans permiſit eis liberam habere poteſtatem; inſuper etiam ſcriptori præcepit ità ſcribi, ſi quis hanc vuerpitionem calumniare, & infringere præſumpſerit, ſi filius, ſi nepos, vel aliqua perſona in primis iram Dei incurrat, & ſit ei contrarius B. Eugendus, & omnes ſancti, & ſit à corpore, & ſanguine Domini alienus, tempore exitus ſui, Beatum quoque Petrum Clauigerum æterni regni habeat accuſatorem apud Deum, & cum Iudâ traditore perpetua inferni patiatur

tiatur tormenta, niſi reſipuerit; & emendauerit, & vt hac vverpicia firma, & ſtabilis permaneat, manu propria firmaui, & teſtibus firmare rogaui. Stephani Abbatis, S. Siginfredi, S. Giſleberti, S. Duranni. S. Ricardi. S. Stephani laici. S. Rotgerij. S. Stephani. S. Vitalis. S. Aecelini. S. Osberti. Leodegarius ſcripſit, anno xvi. Regnante Rodulfo Rege.

INFEVDATION DE LA HAVTE IVSTICE DE PERE'S.

Tirée de la Chambre des Comptes de Sauoye.

LVDOVICVS Dux Sabaudia, Chablaſij, & Auguſta, Sacri Romani Impery Princeps, Vicariúſque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Gebenneuſis, & Bangiaci Comes, Baro Vaudi, & Fauetuiaci, Niciaque, Vercellarum, ac Friburgi Dominus, Vniuerſis, modernis, & poſteris ſerie præſentium facimus manifeſtum. Quod cùm dilectus fidelis Sentifer noſter, Gulielmus de Balma dictus Morelet expoſuerit nobis, ſicut ipſe in loco, & Caſtro ſuo de Perés, & ſuper hominibus ſuis, exteriſque, & aduenis ibidem ſuper feudis, & directis dominiis ſuis delinquentibus habet, & poſſidet mixtum imperium, & iuriſdictionem haſſam: merum verò imperium nos ibidem habemus, & exercemus, licet dudum per ipſius Gulielmi Anteceſſores ipſum merum imperium exerceri conſueuerit, conſtantibus titulis literis, & documentis de quibus fidem faciebat, ſupplicando propterea vt huiuſmodi merum imperium, & omnimodam iuriſdictionem eidem largiri vellemus, hinc eſt quod nos huiuſmodi ipſius Gulielmi Scutiferi noſtri ſupplicationi, fauore benenolo honiſque reſpectibus inclinati, & maximè conſiderantes longæua, & laude digna ſeruitia, nobis per eum hactenùs impenſa, & quæ dietim impendere non deſinit, & ſuper præmiſſis omnibus tam ex reſcriptione Procuratoris Breſiæ Caſtellani noſtri Baugiaci; proinde de noſtro mandato facta, cuius ac etiam prædicta ſupplicationis, & literarum noſtrarum copia præſentibus eſt annexa, quàm aliàs fideli relatu informati aliſque laudabilibus moti cauſis, & reſpectibus, & quia ſic nobis placet, ex noſtra certa ſcientia pro nobis, & noſtris hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis, præfato Gulielmo de Balma præſenti, ac pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque ſtipulanti, & ſolemniter reciptenti, harum ſerie infeudamus ac in augmentum alterius feudi nobilis, & ligij, quod à nobis tenet, túbque eodem homagio nobili, & ligio, ad quod nobis aliunde aſtrictus eſt, damus, donamus, tradimus, cedimus, concedimus, remittimus totaliter, & quittamus eis modo, & forma quibus melius, & ſecuriùs ad ipſius Gulielmi, & ſuorum vtilitatem dici poteſt, & exprimi, videlicet merum imperium, & iuriſdictionem omnimodam cùm vltimò ſupplicio in, & ſuper quibuſcumque ipſius Gulielmi de Balma hominibus vtriuſque ſexus, præſentibus, & futuris, tam in dicto loco de Perés, quàm etiam alibi, & infrà Caſtellanias, & mandamenta noſtra Baugiaci, Pontis Vela, & ſancti Martini Caſtri, vbilibet commorantibus, & commoraturis, ſuper feudis tamen, & directis dominiis ipſius Gulielmi delinquentibus, & quaſi contrahentibus, ac ex variis cauſarum figuris, ipſorúmque hominum rebus, & bonis quibuſuis, & inſuper damus, & concedimus eidem Gulielmo, vt ſuprà ſtipulanti, huiuſmodi merum imperium, & iuriſdictionem omnimodam, cùm vltimo ſupplicio in, & quibuſcumque exteris, & aduenis ſuper tamen huiuſmodi ipſius Gulielmi feudis, & directis dominiis delinquentibus, & quaſi, contrahentibus, & quaſi, ac ex variis cauſarum figuris vnà cum huiuſmodi meri imperij, & iuriſdictionis omnimoda exercitiis, iuribúſque, prarogatiuis, & emolumentis vniuerſis, eúmque plena, & libera poteſtate, ibidem iudicem Caſtellanum, Miſtralem, & alios Officiarios ad exercitium huiuſmodi meri imperij, & omnimoda iuriſdictionis, conſtituendique, tenendi, & auferendi, necnon plantandi, conſtruendi, erigendi, & manutenendi furcas, plotos, pilorios, & alia patibula, ad executionem huiuſmodi meri imperij, & omnimoda iuriſdictionis: ſigna pariter, & oportuna, ad habendum, tenendum, exercendum, & perpetuò poſſidendum, per dictum Gulielmum de Balma, & ſuos prædictos præmiſſa per nos in augmentum feudi tradita, & quidquid eiſdem deinceps in perpetuum placitum faciendum, ſaluis tamen in præmiſſis, ac per pactum expreſſum nobis, & noſtris reſeruatis quæ ſequuntur, & primò, iuribus feudi, fidelitatis, homagij, feudi, directi dominij, ſuperioritatis, & reſſorti, cum alterius iure, item ſaluis, & nobis reſeruatis omnibus, & ſingulis ſubſidiis, regaliis, & aliis impoſitionibus per nos generaliter imponendis, ad quæ, & quas prædicti homines ipſius Gulielmi teneantur, prout, & quemadmodum tenebantur, ante infeudationem præſentem. Ad dona verò gratuita nobis generaliter concedenda teneantur, & faciant ipſi homines indifferenter prout cæteri homines inriſdictionis Baillerorum patriæ noſtra Ciſmontana, & non aliter, neque vltrà quibus ſaluis, & mediantibus: Nos de præmiſſis in augmentum feudi traditis deueſtimus ipsúmque Gulielmum de Balma, vt ſuprà

ſtipulantem conceſſione præſentium inueſtimus, & in poſſeſſionem corporalem, & realem, vel quaſi ponimus, & inducimus nihil alterius iuris, partis, proprietatis ſiue reclamationis, præterquam ſuprà per nos reſeruata in eiſdem retinendo, ſed in ipſum Guilelmum, & ſuos prædictos totaliter transferendo, & hæc agimus, tam liberaliter, & de gratia ſpeciali, & ipſius Guilelmi ſeruitiorum nobis impenſorum conſideratione, quàm etiam pro, & mediantibus. Pariter per nos propterea ab eodem Guilelmo habitis, manibus dilecti noſtri fidelis Conſiliarij, & Theſaurarij Sabaudiæ Generalis Gabrielis Cardonæ, qui protunc legitimè nobis tenebitur computare. Promittentes propterea pro nobis, & noſtris bona fide, & in verba Principis, & ſub noſtrorum omnium expreſſa obligatione bonorum, huiuſmodi infeudationem, alitáque omnia, & ſingula in his literis noſtris contenta perpetuò rata habere, in nullóque contrà facere quomodolibet, vel venire, ſub omni etiam alia ſolemnitate, iuriſque, & facti renunciationæ ad hæc neceſſaria, pariter & cautela. Mandantes inſuper Baillivo, Iudici, & Procuratori Breſſiæ, necnon Caſtellanis Baugiaci, Pontis-Veli, & ſancti Martini Caſtri, ac cæteris officiariis noſtris mediatis, & immediatis, ad quos ſpectabit modernis, & poſteris, ipſorúmque locatenentibus, & cuilibet eorundem, quatenus huiuſmodi infeudationem, literáſque noſtras eidem Guilelmo, & ſuis prædictis teneant, & obſeruent, ac per quoſcumque teneri, & obſeruari faciant illæſas, in nullóque contrà veniant quomodolibet, vel opponant, quia imò ipſum Guilelmum in poſſeſſionē, realem, actualem, & corporalem huiuſmodi meri imperij, & omnimodæ iuriſdictionis, & aliorum per nos ſuprà in augmentum feudi traditorum ponant, & inducant, poſtúmque manuteneant, tueantur, & deffendant, & in omnibus illorum plena perceptione uti, & gaudere faciant, quoniam nos hoc ideò damus expreſsè in mandatis Præſidenti, & Magiſtris Compatorum noſtrorum, quod huiuſmodi infeudationem, & literas noſtras pariter obſeruent, nec ipſos Caſtellanos ad nobis aliquid pro huiuſmodi mero imperio, & aliis per nos (vt ſuprà) infeudatis compatandum compellant, ſed potiùs illa ex Domanio, & Compatis noſtris, ſi fortè incorporata reperiantur, detrahant, quæ nos etiam detrahimus per præſentes, non obſtantibus etiam regulis, & conſtitutionibus ipſius Cameræ Computorum noſtrorum, ac aliis quibuſlibet in contrarium facientibus, vel edictis, quibus omnibus quoad hæc ex eadem noſtra ſcientia derogamus, in quorum præmiſſorum omnium, & ſingulorum robur, & teſtimoniam, has literas noſtras ſigilli noſtri maioris appenſione fecimus communiri. Datas Gaij die duodecima Maij, anno milleſimo quatercenteſimo quinquageſimo quarto. Signé LOVYS. Per Dominum præſentibus Dominis Ioanne ex Comitibus Valliſpergiæ Cancellario Sabaudiæ, Iacobo de Balma Domino Albergameati, Petro de Balma Domino Rupis, Martino le Franc Præpoſito Lauſaneaſi Magiſtro Requeſtarum, Antonio de Romagnano Præſide Pedemontium, Antonio Piocheti Cantore Gebennenſi, &c.

FONDATION DE LA CHARTREVSE DE POLETINS.

Tirée des Archiues de la Chartreuſe de Lyon.

VNIVERSIS Chriſti fidelibus ad quos præſentes litera peruenerint Margareta vxor Nobilis Viri Humberti Domini Bellijoci in perpetuam rei geſtæ notitiam, cum ſalute. Quoniam hominum memoria ſæpiſſimè labitur ſuprà ritè geſtis eorum, maximè ſuper his, quæ longo temporis ſpatio protenduntur, ità quod in pluribus quandoque grauia pericula ſubſequuntur. Ideò quæ Domino diſponente geruntur in terris oportet non immeritò ad perpetuæ veritatis notitiam firmari robore literarum, inde eſt quod cum pius, & miſericors Dominus gratia miſericordiæ ſuæ cor meum illuſtraſſet, vt de futura vita, & gloria æterna beatitudinis, quomodo eam poſſem adipiſci ſollicita eſſem, quæ ſolis illis dabitur, qui Deo ſeruiant, non ſolùm verbo, ſed opere, & veritate propoſui firmiter in animo meo conſtruere monaſterium de propriis bonis, & in propria hæreditate, in quo in perpetuum Deo dignæ laudes, & obſequia exſoluantur. Propoſitum igitur bonum, & à Deo inſpiratum cupiens ipſo adiuuante ad effectum perducere, deliberaui firmiter, vt ſanctimoniales ibidem foarem, quæ ordini Chartuſienſi ſunt ſubiectæ, & ſecundùm eundem ordinem viuunt, & Deo famulantur. Ad laudem igitur & honorem Dei & Saluatoris Ieſu Chriſti, & gloriosæ Virginis matris eius, & beati Ioannis Baptiſtæ atque omniam SS. de conſilio, & conſenſu generalis Capituli Ordinis Chartuſienſis, fundo, & conſtruo Monaſterium, quod vocabitur Cella Beatæ Mariæ, pro ſalute, & remedio animæ meæ, & Nobilis Viri Humberti mariti mei Domini Bellijoci, necnon & pro ſalute parentum, & anteceſſorum meorum, & ſuorum viuorum, & defunctorum, & quia de Monaſterio Prati Bajonis; quod Ordini Chartuſienſi eſt ſubiectum addaxi ſanctimoniales, eas cum Dei adiutorio in dicto Monaſterio pono, & induco, & in primis in nomine Domini

dono,

dono, & concedo in perpetuum eleemoſynam Deo, & dicto Ordini Chartuſienſi, & Prioriſſæ, & ſanctimonialibus, quas ibidem introduco, necnon, & eorum ſucceſſoribus pleno iure locum fundationis eiuſdem Monaſterij, videlicet territorium, & tenementum de Poletins, & nemus ibidem adiacent; & ſtagnum quod ibidem feci. Promitto etiam eis facere cum expenſis meis Eccleſiam, & omnia alia ædificia eis neceſſaria, terras quoque ad agriculturam dabo eis, quantum ſufficiet ad excolendum octo tagis boum de anno in annum, in pratis. Prouidebo eis ſufficienter, vineas eis acquirum, vel plantabo paſcua de eis per totam terram circa Rhodanum, & vltra vbicumque habeam, ſylvas, & nemora, concedo eis, vt accipiant pro ædificatione, & reſtauratione ædificiorum; dono etiam eis, & concedo plenam libertatem per totam terram meam à leydis, & pedagiis, banno, & ab omni vſagio quocumque nomine vocetur, & quidquid dono, vel eleemoſyna poterint acquirere de terris, & feodis meis, habeant, & poſſideant plena libertate; ſimili modo concedo eis vt homines, & mulieres de tota terra mea poſſint recipere liberè, & abſolutè, & quæcumque eis donauerint mobilia, vel immobilia, habeant eu pacificè, & quietè, ſecundum ſitum, & commoditatem terra prouidebo eis, de molendino, in animalibus de eis ſexdecim boues pro agricultura, pro nutrimento decem vaccas, decem tricenaria ouium, quindecim libras fortium in redditibus do eis, & aſſigno decem libras ſuper piſcatione de l'Eſchés, & centum ſolidos in veteri pedagio Rhodani, neceſſaria verò victui prouidebo eis donec ea competenter poſſint habere de eu quæ ſibi largiuntur Præterea ſi quis in iis quæ de mea donatione fuerint, iniuriam, vel violentiam, vel quæſtionem faceret, promitto pro poſſe meo manutenere, defendere, & etiam ſtare iuri pro prædicti Monaſterij Prioriſſa, & habitatoribus ibidem Deo datis, & ſi iuſtè aliquod amitteretur, aquiualens reſtituere promitto, hæc enim omnia promiſſa, & præmiſſa ſine aliqua diminutione, vel retentione Deo, & B. Mariæ, & Sanctis eius vtique præfato Ordini Chartuſienſi in parum, & perpetuam eleemoſynam offero, & concedo, atque ſuprà dicti Monaſterij Prioriſſæ, & ſororibus ſuis trado, & aſſigno pro magna parte, & in verum, & corporalem poſſeſſionem duco, & ad omnia, quæ de promiſſione meu ſunt, quæ nondum ſunt ſoluta, & aſſignata obligo me ad plenè ſoluendum, & aſſignandum, & quidquid de me contingeret ad id complendum; & ſoluendum obligo omnes hæredes, & ſucceſſores meos, & præcipuè illum, vel illos, qui ſuccederent mihi in hæreditate Caſtri Miribelli, & Caſtellunia eius: quod ſi non facerent rogo humiliter Archiepiſcopum Lugdunenſem, quicumque pro tempore fuerit, vt ipſos per cenſuram Eccleſiaſticam ad prædicta omnia obſeruanda compellat. Præterea ob reuerentiam Chartuſienſis Ordinis, ad plenam pacem prænominati Monaſterij, vbique, & ſpecialiter infrà terminos loca, homines, & poſſeſſiones ſuas ab omnibus vbique conſeruandam, ſub pœna amiſſionis non ſolùm rerum mobilium, & immobilium, ſed & propriorum corporum periculo inhibeo, ſtatuendo ne aliquis nobilis, vel ignobilis, qui ad meam iuriſdictionem debeat pertinere, in Prioriſſam, vel aliquam de ſororibus eius, & fratribus ſuis, manum audeat mittere violentam; nec domos, ſiue grangias ſuas frangere, comburere, ſeu furtum facere, homicidium, vel aliud maleficium perpetrare in eiſdem, ſed nec poſſeſſiones, ſiue alia bona ſua inuadere, rapere, vel aliam iniuriam ſuper iis irrogare præſumat, quandiu præfata Prioriſſa, & conſorores eius coram competenti iudice voluerint ſtare iuri, quicumque ſcienter offenderit in aliquo de prædictis prohibitionibus ſecundum modum tranſgreſſionis Dominum Miribelli, & ſuos ità grauiſſimè puniatur, quod nemo præſumat conſimile facinus attentare.

Ego Dominus Humbertus Bellijoci prædicta Margarita maritus, tam ſanctum ac pium opus prænominati Monaſterij attendens ob reuerentiam, & amorem Domini Ieſu Chriſti, & Gloriosæ Virginis matris eius & omnium SS. omnia ſuperiùs narrata, & expreſſa approbo in domino, & collaudo, & etiam confirmo, & in teſtimonium perpetuæ veritatis huic cartha ſigillum meum apppono. Inſuper pro remedio animæ meæ prædictum Monaſterium, & res eius mobiles, vel immobiles, & perſonas eiuſdem Monaſterij ſub mea protectione, ductu, & ſecuritate recipio, & etiam paſcua per totum terram meam eis dono, & concedo. Ego quoque Margarita iam dicti Monaſterij fundatrix, omnia quæ ſuperiùs expreſſa ſunt, & nominata ſigillatim piè, & deuotè Deo, & Beatæ Mariæ offerens rata habeo, & firma, & in teſtimonium puræ, & perpetuæ veritatis huic cartha ſigillum meum appono, & eam trado dicto Monaſterio in perpetuum conſeruandum.

ESCHANGE DE LA SEIGNEVRIE DV PONT DE VAVX POVR LES SEIGNEVRIES D'ATTALENS ET DE MONT-REAL.

Tirée de la Chambre des Comptes de Sauoye.

CAROLVS Dux Sabaudiæ, &c. Vniuerſis facimus manifeſtum quòd cum ſuperioribus diebus ſubditorum noſtrorum quieti, & tranquillitati, potiùs quàm noſtræ ſecuritati, proſpicientes nobis conſtiterit euidenter caſtrum cum dominio d'Attalens in loco limitropho ſituatum, & nobis rebúſque

rebúſque noſtris contiguam, ſtatui noſtro: & præſeruationi patrimonij noſtri, in hac parte nobis; & noſtris fore, & eſſe peratile; atque neceſſariam, eúmque etiam Villa, & Caſtrum Montisregalis loco pariter limitropho conſtitutam; qua magnificus Benedictus fidelis Conſiliarius, & Cambellanus noſter Dominus Laurentius de Gorrenodo, ſacri Ordinis velleris aurei eques, Baro Montaneſij, & Gerbaſij, Dominus de Lay, & de Belmont, Vicecomes Salinarum, Gubernator Patriæ noſtræ Breſſiæ ſubnominatus in præſentiarum, obtinet ex permutatione Caſtri Vernonis in patria noſtra Vltramontana, & loco etiam limitropho conſtituti, eis & remiſſione etiam, & ceſſione iuriam eidem Vicecomiti, in ipſo Caſtro Vernonis ſpectantibus, & pertinentibus, nobis facere, altiſque legitimis titulis, & cauſis conſtantibus, & apparentibus publicis documentis, & inſtrumentis ſuper hoc confectis iuxtà deſignatis, ſtatui noſtro congruere, & etiam pro ſtatus noſtri ſecuritate, & fidelium ſubditorum noſtrorum, in partibus illis degentium pace, & quiete neceſſaria fore, conſpexerimus, & & hoc ideo tractari fecerimus apud eandem Vicecomitem de permutandis ipſis Villa, & Caſtro Montisregalis, & d'Attalens cum pertinentiis eorum, ac nobis, & patrimonio noſtro incorporandis, pro, & mediante tamen compenſatione condigna infrà ſcripta. Hinc igitur fuit, & eſt quod anno indictione, & die data præſentium, nobis ex parte vna, & præfato Domino Laurentio de Gorrenodo Vicecomite prædicto, partibus ex altera perſonaliter conſtitutis ad infrà ſcripta peragenda; matura priùs conſilij noſtri pro nunc nobiſcum exiſtentis, Procerúmque, & Magnatum, & Conſiliariorum noſtrorum ſubnominatorum deliberatione præhabita, & ex certa noſtra ſcientia; necnon motu proprio, & authoritate, pro euidenti noſtra vtilitate, rerúmque noſtrarum ſecuritate, & fidelium noſtrorum ſubditorum pace, & tranquillitate, ad permutationem pacta, & conuentiones ſequentes cum præfato Vicecomite mutuis ſtipulationibus hinc inde interuenientibus deuenimus. In primis igitur præfatus Vicecomes, & Dominus Montisregalis, & d'Attalens, nobis ceſſit, tradidit, & conceſſit, cedit, tradit, & concedit, titulo pura, perpetua, & valida permutationis pro nobis, & noſtris dictam Villam, & Caſtrum Montisregalis, & de Attalens, cum totis eorum mandamentis, & pertinentiis, ad habendum, tenendam, & vtendam, & quidquid deinceps nobis, & noſtris placuerit faciendum, cum omni ſcilicet onere, & honore eiſdem modo, & forma quibus ipſe Vicecomes ea omnia acquiſiſſe legitur, videlicet dictam Villam, & Caſtrum Montisregalis à nobis conſtante de hoc publico inſtrumento per Chaſtel Secretarium noſtrum, ſub anno, & die in eo deſcriptis receptо, & ſignato, & dictum Caſtrum, & mandamentum de Attalens, à ſpectabili benedilecto fideli conſiliario, & Cambellano noſtro Domino Claudio de Bauma Domino Montiſſaturnini, & Montisriblodi, conſtante etiam de hoc publico inſtrumento per Belli Notarium ſub die herina receptо, nobis per eum realiter traditis, & expeditis, qua recepimus, & acceptamus à ſæpe dicto Vicecomite pro omnis euictionis onere eum in hac parte concernentibus, & concernere volentibus, à quo totaliter liberatus; & abſolutus remaneat, necnon à rei; ſumptuum & emendæ reſtitutione, ad quam forſan vigore huius contractus, ea fataram iure obligari poſſet, & deæſtiens ſe ipſe Dominus Laurentius de Gorrenodo Vicecomes præfatus de ipſis Villis, & Caſtro prædictis Montisregalis, & de Attalens, eorúmque mandamentis, pertinentiis, & dependentiis quibuſcumque ad opus, & vtilitatem noſtram noſtrorúmque ſucceſſorum; nihil iuris, actionis, rationis, partis, vel proprietatis in ſe retinendo, ſed in nos, & noſtros totaliter transferendo. Nos verò Carolus Dux prafatus pro nobis, & noſtris ſucceſſoribus ex noſtra certa ſcientia, motu, & authoritate (quibus ſupra) in compenſationem dictorum Villæ, & Caſtrorum, & pertinentiarum Montisregalis, & Attalens: de quorum qualitate, importantia, & valore annuo pridem fuimus, vel ſumus certiorati, vnà cum præfati conſilij noſtri deliberatione eidem Domino Laurentio Vicecomiti præfato præſenti, acceptanti, & recipienti pro ſe, & liberis vtriuſque ſexus, hæredibúſque, & ſucceſſoribus quibuſcumque, & aliis vniuerſis, & ſingulis ab eo, & ſuis cauſam habituris in futurum, & eis vel quibus dare, cedere, vel aliàs quomodolibet alienare voluerit in teſtamento, vel extra, cedimus, concedimus, tradimus, & permutationis titulo aſſignamus, & tranſmittimus, videlicet Villam noſtram Pontis-vallium ſitam in patria noſtra Breſſiæ, iuxta diſtrictum Comitatus noſtri Baugiaci parte ex vna, & diſtrictum Baroniæ noſtræ ſancti Triuerij de Courtous partibus ex alia. Ita quod ad alios confines, & limites quorum ad eos per quos dicta villa, & mandamentum à nobis, & noſtris ſucceſſoribus hactenus tenta, & poſſeſſa fuit, recurſus non habeatur, quos veruntamen pro ipſorum meliori, & tutiori demonſtratione infrà duorum meaſium ſpatium à data præſentium computandorum; promittimus per probos ipſorum limitum notitiam habentes, de nouo deſignare, apparentiores facere, & authoriſare; ac ad perpetuam rei memoriam; necnon, & ipſius villæ totum diſtrictum, & mandamentum, vnà cum ſuis ſuburbiis, mœnibus, foſſalibus, villagiis, parrochiis, introitibus, & exitibus, pertinentiiſque, & dependentiis emergentibus, & connexis eiuſdem vniuerſis, ac non ne vnà cum vaſſallis, homagiis, & fidelitatibus, hominibus, & ſubditis, nobilibus, & ignobilibus, ligiiſque, & non ligiis, taillabilibus, manumortuis, & ſeruæ conditionis, & alterius cuiuſcumque generis, cúmque feudis, feudorum domaiiis, retrofeudis, tributis patronatus, cenſibus, redditibus, laudibus, & venditionibus, trezenis, & teyſtis

ac

ac emolumentis quibuſcumque, domibus, pratis, ſerris, vineis, paſcuis, & communibus, mareagiis, nemoribus, foreſtis, venationibus, ſyluis, aquis, nqnarum decurſibus, ſtagnis, fluminibus, piſcaturis, viiſque ſtratis publicis, & nõ pnblicis, mercatibus, & nundinis, portibus, ponsibus, pontonagiis, leydis, pedagiis, & vectigalibus exiſtentibus, fnrnis, molendinis, bapsitoriis, & alsis, meróqne, & mixto imperio, & omnimoda inriſdictione alta, media, & baſſa, & gladÿ poteſtate, nliiſque turibus vniuerſis, & ſingulis ipſius Villa, territoriis, & mnndamenti, nihil iuris in nos retinendo, niſi dnntaxat ius feudi, ſuperioritatis, homagij, fidelitatiſque, & reſſorti, qna ad nos, & noſtros reſernamus. Ità tamen quod vltra ſemiſſem imponendorum ſubſidiorum ſubdisis ipſins reſſorti Pontis Valliũ exigi, ſeu compelli non poſſnnt parte noſtra, niſi dunsaxas vtilitasem, & commodnm, ipſius Domini Vicecomitis, & ſnorum more Comisnm, & Baronum habentium omnimodam inriſdictionem, cúmque etinm plena, & libera poteſtate officiarios quoſcumque, Clericos Curia, Caſtellanos, & alios indices, ac officiarios ad exercitium pramiſſornm neceſſnrios, & oportnnos crenndi, conſtitnendi, & depnsandi, conſtitutóſque, & depnt atos reuoeandi, qni poseſtasem plenariam habeant, & omnimodã exercẽda inriſdictionis, ac exereere poßint pro prima cognitione in pramißis, & circa, prout nos, & pradeceſſores noſtri fecimns, & vſi fuimus, necnon facere, & vti poteramns hucuſqne, cúmque commoditate, & plenaria poteſtate, caſtrum, & fortalitium, vel plura ibidem conſtruendi, & conſtrni faciendi, patibulum furcas ad quatuor pilorios, piloria, compedes, & alia vniuerſa, & ſingula exercisij iuriſdictionis inſtrnmenta erigendi, & èrecta in perpetnñ habendi, & tenendi, pro omnimoda inriſdictionis alta, media, & baſſa, meriqne, & mixti imperij exercitio, & quidquid infrà ipſins Villa, territory, & mandamenti eiuſdem confines comprehenditur, & continetnr (ſaluis pramißis vt ſnprà reſernatis) pralibatum magnificũ Vicecomitẽ, eius ſucceſſores, & cauſum habẽtes innestientes per praſentes & ipſarñ traditione, de pradicta Villa, mandamento, & aliis pranarratis, conſtituentes, nos pronobis, & noſtris dictã Villam; cum omnibus, & ſingulis pramißis, tenere, & poßidere, vice, nomine, & ad opus pralibati Domini Vicecomitis, & ſnorum, donec, & quouſque de ipſis poſſeßionem apprehenderit corporalem, quam apprehendere, apprehenſam retinendi, à modò in anteà, eidem magnifico Vicecomitis, & ſuis, plenariam impartimnr poteſtatem, & authoritatẽ. Volentes, & iubentes deinceps per omnes, & ſingulos ipſius Villa diſtrictus, & mandamenti fideles, & ſnbditos de omnibns, & ſingulis pramißis pareri, & obediri velut Domino ſno, ſic per nos eiſdẽ cõſtisnto: ſuiſque officiariis perpetnò depnt ãdis, & inſtisnẽdis de omnibus, & ſingulis debitis reſpõderi, & plenariè ſatisfieri. Promittẽtes pro vobis, & noſtris ſucceſſoribus noſtro medio iuramento, bonorúmque noſtrornm quorumcumque obligatione, & hypotheca, pramiſſa omnia, & ſingula velnti vera, rata, grata, firma, & valida habere perpetnò, & tenere, & neque contra facere, dicere, vel venire, directè, vel indirectè quonis quaſito colore, quinimò Villam pradictã eum omnibns, & ſingulis ſuperiùs expreßis eidem Vicecomitis, & ſuis manntenere, & defendere, & ampurare nb omnibns, & contra omnes, ad onera dnntaxat fidelitatis, & homagij, ſuperioritatis, & reſſorti ſuper nos reſernata, omnémque litem, & controuerſiam futura, ſi quas mouerì contingat in futnrum ſnper pramißis in toto, vel in parte, in nos, & noſtros aſſnmere, & illas proſeqni ſumptibus noſtris, & noſtrorum propriis vſque ad deffinitinam ſententiam inclnſinè, & vltra ſi opni ſit. Volentes nos, & noſtros in hac parte praſntó Vicecomiti, & ſuis de omni euictione, & euictionis onere ſemper teneri. Renũtiantes propter ea ex noſtra certa ſcientia, & motu, quibnſcumqne, & medio noſtro inramento pramiſſo, omni exceptioni iuris, & facti, omniúmque iuris, & legum, ac Canonum unxilio, quibus contra pramiſſa ire, facere, vel venire liceret, inſuper qnibnſcumqne conſtitntionibns, reſcriptis, ordinationibns, & reſtrictiontbus per nos, & pradeceſſores noſtros antea forſan factas circà res Dominij, ſiue Patrimonij noſtri, necnon obſernationnm regulis, & ſtilis camerarnm noſtrarnm quibus poſſet praſentinm effectus protrahi, & impediri, & quibns derogatnm ex eadem noſtra certa ſcientia eſſe volnmns, licet illorum de verbo ad verbum facienda eſſes mentio, & quos hoc caſn hic volumus pro expreßis haberi, & maximè iuri dicenti generalẽ renunttationem non valere niſi ſpecialis praceſſerit, cnm aliis clauſulis, & ſolemnitatibns neceſſariis, & oportunis. Mandnntes conſiliis nobiſcnm Chamberiaci, ac Burgi reſidentibns, Praſidíque, & Magiſtris Camera Compnsorum noſtrornm, Bailliuo, Locnmtenenti, Adnocato, & Procurntori Fiſcalibus Breßia, nc cateris officiariis noſtris mediatis, & immediatis, ipſorúmqne vicegerentibus, & cuilibet eornndem quantnm vnicuique ſpectabit, & ſno ſuberit officio, ſub pœna centum librarum fortium pro qnolibet de dictis conſiliis, & de Camera inferiore; quatenus hniuſmodi permutationis contractum omniáqne, & ſingnla ſuperiùs expreſſa eidem Vicecomiti, & ſuis pradictis obſeruens, teneant, & attendant, obſernuríqne faciant, vtque infeudationes, & inneſtituras, homagia, & recognitiones vaſſallornm dicti loci & mandamenti Ponsis-Vallinm rationes, ſen compnsa redditnmm, ſen prouentnum ipſius mandamenti, vnà cum aliis tituli, priuilegiis, & inſtrumentis pramiſſa concernensibus, & pro ipſornm defenſione facientibus, ſnfra vnius menſis ſpatium pradicto magnifico Vicecomiti, aut ulteri ad hoc ab eo poteſtatem habenti, dent, reddant, & realiter tradant, dictámque Villam, mandnmensnm, & pertinentias Pontis-Vallium de Domanio noſtro detrahant, dictis qnoque Bailliuo, & Locumtenenti qui ſuper hoc fuerint requiſiti; parte dicti Vicecomitis

vocatis, & ſecum aſſiſtentibus duobus ex Magiſtris Cameræ Computorum noſtrorum: vno ſcilicet ex Camera Computorum Chamberiaci, & altero ex Camera Burgi, Caſtellaniſque dictorum locorum Baugiaci & ſancti Triuerij, & aliis probis qui videbantur euocandis, quatenus territorium, & mandamentum de quibus ſupra iuxta antiquos confines de nouo limitent, conſignent, ac limites in locis oportunis apponunt, & aſsignent, & apponi, & affigi faciant, &c. Actum, & datum Gebennis die 28. Ianuarij 1521. Signé CHARLES. Præſentibus R. Ludouico de Gorrenodo Epiſcopo Mauriana. R. Claudio de Flaſiaco Epiſcopo Bellicenſi. R. Sebaſtiano de Montefaleone Epiſcopo Lauſanenſi. Ioanne Comite Graeriæ ex militibus Ordinis. Ioanne-Philiberto de Palude Comite de Varax ex eiſdem militibus: Ioanne Comite Cameræ Vicecomite Mauriana: Sebaſtiano de Montebello Comite Intermontium. R. Petro de Bauma Ab ate ſancti Eugendi, Coadiutore Gebennarum, Gabriele de Laude Præſide Patrimoniali, Alexandro Barone Salenoue, Petro de Belloforti Domino Boſchi Gubernatore Vaudi, Aymone de Gebennis Domino Lullini, Anthonio Domino de Mouſſouuent, Ioanne Domino de Bonuent . . . . . de Mareſta, Domino de Loyſſey, Baillino Bugeſij, & Hugone de Balma Domino Tireti Magiſtro Hoſpitij.

ERECTION DE LADITE SEIGNEVRIE DV PONT DE VAVX EN COMTÉ.

Extraite de la meſme Chambre des Comptes de Sauoye.

CAROLVS Dux Sabandiæ, &c. Summus rerum omnium conditor mira ſua ineffabili prouidentia genus humanum ſic creauit, & inſtituit, vt ſuperuas ſedes ſibi virtute acquireret; quo factum eſt vt qui hoc ſuum boni præmium ſtudio virtutis promereri volnerunt, ad immortalitatem aſpirantes immortalem quoque in hoc ſæculo famam ſibi compararunt, ad quod idem ſtudium vt vniuerſi traherentur, voluit ipſa inſtitia virtutem adeò efferri, & elenari, vt laudata commendatáque ereſceret, & cultores ſuos condignis proſequeretur fauoribus. Sanè igitur animaduertentes fidelitatis zelum, aſsiduam quoque erga nos, & Illuſtriſsimos Prædeceſſores noſtros deuotionem, & obſeruantiam, virtutum quoque, & morum præſtantiam, quibus magnificus benedilectus fidelis conſiliarius, & Cambellanus noſter, Dominus Laurentius de Gorrenodo ſacri Ordinis Velleris aurei Miles, Vicecomes Salinarum, Baro Montaneſij, Marniaci, & Coreondriaci, ac Dominus Pontis Vallium, Gerbaſij, Bellimontis, & de Lay, manifeſto quodam conatu ſe exornatur, prædeceſſores ſuos imitatus, qui variis meritis, & obſequiis erga Illuſtriſsimos Anteceſſores noſtros claruerunt, nolentes tanti viri famam, virtutem, & merita præterire, verùm illis quibus dignus eſt fauoribus, gratis, & officiis proſequi iuxta Euangelicam lectionem, quæ ferunt bonum ſupra multa conſtituendum inſtituit, vt maximè cæteris hoc exemplo ad virtutum, & meritorum ſtadia, quibus cæteri præſtant feruentiùs nedum imbuantur, ſed ipſum quoque dum munificentiæ nomine præſidio experiatur ſe ſe allectum meritis, & obſequiis clarus in dies effici ſtudeat. Idcircò nos pro more, in ſolio noſtro ſedentes, Prælatorum, Comitum, & Baronum, & Procerum, & aliorum conſiliariorum noſtrorum ibidem aſsiſtentium præhabito conſilio, adhibitis quoque ſolemnitatibus in talibus oportunis, ad Dei omnipotentis laudem, cuius opem ſuppliciter implorauimus ex noſtra certa ſcientia, & de noſtræ poteſtatis plenitudine, imperiali quoque qua in hac parte fungimur authoritate, dictam Baroniam, & Dominium Pontis-Vallium, cum feudis, feudóque Dominijs & rebus aliis ibidem, & circa, ſeu infrà exiſtentibus eidem Vicecomiti pertinentibus, Baroniámque ſuam Montaneſij, cum ſuis, & omnium rerum pertinentiis, adiacentibus, dependentibus, & connexis vniuerſis, boníſque aliis per eundem Vicecomitem in huius Comitatus augmentum acquirendis penes patrias noſtras Breſiæ, Reuerſimontis, Dombarum, & Vallisbonæ conſiſtentibus, quas citra noſtrum, & eiuſlibet alterius iuris præiudicium annectere voluerit in Comitatum, dignitatémque Comitalem præſenti indulto noſtro erigimus, extollimus, præficimus, & perpetuò decoramus, eundémque Dominum Laurentium pro ſe, & ſuis in poſterum ſucceſſoribus quibuſcumque cum gratiarum actione humiliter acceptantem in Comitem ipſius Comitatus Pontis-Vallium facimus, conſtituimus, creamus, & vociferamus hiuſmodíque Comitatui dignitate, ac omnibus ſuis præeminentiis communimus & pariter decoramus, ac de ipſo Comitatu, dignitate quoque, & pertinentiis eiuſdem per traditionem euaginati enſis, inueſtimus, & retinemus, ſub eiſdem tamen feudo, vaſſellagio, homagio, & fidelitate, nobiliúſque, & ligiis, ſuperioritate, & reſſorto, conditionibus, & aſtrictionibus, ad quas, & quæ ipſe Comes nobis, & noſtris: occaſione dicti loci, iuriſdictionis, & mandamenti Pontis-Vallium, & aliorum annexorum, & annectendorum per priùs tenebatur, quibus per aliqua præmiſſorum derogare non intendimus. Cæterùm quoniam ipſe

idem

& vaſſallus contrahentes, & eorum quilibet prout id præſens poteſt concernere negotium pro ſe, & ſuis videlicet præfatus Dominus noſter Dux bona fide in verbo Principis, & ſub ſuorum omnium expreſſa obligatione bonorum dictus Magnificus Dominus Philippus Baro ſub iuramento, obligatione, & ſubmiſſione tàm per eum vt ſuprà præſtitis pramiſſas ordinationes, ceſſiones, remiſſiones, infeudationes, recognitiones, & omnia alia in huiuſmodi publico inſtrumento contenta perpetuò rata, & grata habere, illáque, vna ipſarum partium alteri, & è contrà tenere, attendere, complere, & inuiolabiliter obſeruare, nunquam per ſe, vel alium contrà facere quomodolibet vel venire directè, vel indirectè, nec alicui contrà venire volenti in aliquo conſentire clam vel palam tacitè vel expreſsè quouis exquiſito colore. Renunciantes hoc idèo ipſa partes, & quælibet earum prout eam tanget pro ſe, & ſuis in hoc facto ſub dictorum ſuorum tam præſtitorum iuramentorum, omni actioni exceptioni doli mali, vis, metus, & in factum, condictioni ſine cauſa, ob cauſam, vel ex iniuſta cauſa, iuri dicenti donationem ob merita pretenſa factam non valere niſi de meritis doceatur, iuri dicenti donationem ſummam quingentorum aureorum excedentem ſine inſinuatione iudicis factam non valere, iuri dicenti quòd ex iuramento non oritur actio niſi ipſum in iudicio fuerit delatum, iuri dicenti confeſsionem extra iudicium factam non valere, omni circumuentioni, fraudi, grauamini, errori, ac ignorantiæ facti, omni abſolutioni, relaxationi, & diſpenſationi iuramenti, cum appellationis, procurationis, & ſupplicationis remedio, ac in integrum reſtitutionis beneficio, patriæ, & locorum conſuetudinibus, omnibus priuilegiis, beneficiis, & indultis conceſsis, & concedendis iuribúſque, Canonicis, ciuilibus, municipalibus, & aliis quibuſuis ad veniendum contrà pramiſſa ſeu ipſorum aliqua ſe iuuare poſſent quomodolibet, vel tueri, ſignanter iuri dicenti generalem renunciationem non valere niſi præceſſerit ſpecialis de quibus omnibus ipſi Domini contrahentes per me Secretarium, Notariúmque ſubſcriptum ad opus cuiuſlibet ipſarum fieri requiſiuerunt vnum, & plura tenoris eiuſdem publica inſtrumenta, acta, & data fuerunt pramiſſa in Caſtro Camberiaci Diœceſis Gratianopolitanæ die viceſima ſexta menſis Iunij, anno Domini milleſimo quatercenteſimo trigeſimo ſecundo decima indictione, præſentibus illuſtri Principe Domino Ludouico Sabaudiæ Comite Gebennenſi, necnon ſuprà ſcripto Reuerendiſsimo in Chriſto Patre Domino Ioanne de Bertrandis Archiepiſcopo Tharentaſienſi, ac etiam ſpectabilibus, Egregiis, & Nobilibus Viris Dominis, Domino Ioanne de Belloforti Cancellario Sabaudiæ, Humberto Baſtardo de Sabaudia, Manfredo ex Marchionibus Saluciarum Mareſcallo Sabaudiæ, Ioanne Domino Choutanæ, Ludouico Baſtardo Achaiæ, Aymaro de Seyſſello Præceptore Scalarum, Anthonio Domino Grolæ, Amedeo de Chalant, Lamberto Odineti Præſidente Conſilij Camberiaci, Ioanne de Solerio Præcepeore Candioli, Nicodo de Menthone, Ioanne de Compeſio Domino Gruffiaci, Humberto de Glarens, Petro Amblardi Baillino Sabaudiæ, Aymone Domino Caſtri veteris, Bartholomeo de Balone Domino de Argentato, Ioanne Gaſto Domino de Crepo, Gaſtoneto Gaſto Domino ſanctí Iuliani, Ludouico Arnulphi, Gulielmo de Cluſellis militibus, Ioanne de Fonte Aduocato Fiſcali, Vrbano Cerizeri, Franciſco de Thomatis, Anthonio Carionis, Rodulpho de Feiſſiniaco Iudice Gebennenſi, Iacobo Orioli Iudice Breſſiæ, Guliclmo Fabri Iudice Sabaudiæ, Ioanne Borlandi Procuratore Fiſcali, & Claudio Martini Legum Doctoribus, Iacobo Daſtalli, & Andrea de Charme licentiatis in legibus, Petro Bonmiardi, Roberto de Monte Vagnardo Magiſtro Hoſpitij, Michaele de Ferro Theſaurario Sabaudiæ, Ioanne Veraudi ex Magiſtris Computorum, Guygone de Rauorea, Ioanne de Diuona, Gulielmo de Majo, Anthonio Deſparona, Stephano Valentini, & Ioanne de Naja eum pluribus aliis notabilibus pro teſtibus ad pramiſſa adſtantibus. Ego Gulielmus Bolomerij de Poncino Lugdunenſis Publicus Imperialis Notarius, & ſuprà ſcripti Illuſtriſsimi Domini noſtri Ducis Sabaudiæ Secretarius omnibus in ſuprà ſcripto inſtrumento deſcriptis, dum ſic geſta fuerunt prout in eo deſcripta ſunt cum teſtibus ibidem oppoſitis præſens fui de ipſiſque Rogatus huiuſmodi publicum inſtrumentum recepi, quod aliis occupatus per Franciſcum Fabri de Ienna Notarium ſcribi feci, & inde propria manu ſubſcripſi, ſolitóque ſigno meo ſignaui, & eidem Domino noſtro Duci pro ſuo intereſſe in hanc publicam formam expedini in veritatis teſtimonium in eodem inſtrumento deſcriptum.

VENTE

VENTE DV COMTE' DE VILLARS, ET DES SEIGNEVRIES EN DEPENDANTES, PASSE'E PAR IEAN de Leuis Comte de Villars, à Amé Duc de Sauoye.

Tirée du Treſor de Beaujolois.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Anno eiuſdem Domini milleſimo quatercenteſimo ſexageſimo nono à natiuitate ſumpto, Indictione ſecunda, die prima menſis Februarij. Per hoc præſens publicum inſtrumentum, cunctis fiat manifeſtum quòd Illuſtris Dominus Ioannes de Leuis Comes de Villariis Dominus Annonaci, &c. In præſentia mei Notarij ſubſignati, & teſtium infrà nominatorum perſonaliter conſtitutus, ſciens, certus, prudens, & ſpontaneus, non vi, non dolo, non metu inductus, ſed eius libera & ſpontanea voluntate, de iuribuſque ſuis, ac factis, necnon vulore rerum inferiùs mentionatarum, earúmque qualitatibus pleniſſimè, vt aſſerit informatus, pro annallis ſuis terris, vt dicit redimendis, etiúſque arduis negotiis, & neceſſitatibus ſuccurrendis, vendit in perpetuum, titulóque puræ, perpetuæ, & irreuocabilis venditionis dat, tradit, & concedit omnibus eis via, & iure quibus meliùs fieri poteſt, & intelligi, Illuſtriſſimo Principi, & Domino Domino Amedeo Duci Sabaudiæ, Chablaſij, & Auguſtæ, Principi Pedemontium, Marchioni in Italia, Sacri Romani Imperij Principi, Vicariióque perpetuò, Vercellarum, Friburgi, &c. Domino, licet abſenti mihique Notario ſubſcripto, præſenti, ementi, ſtipulanti, & recipienti, more publicæ perſonæ, vice, nomine, & ad opus prafati Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, & ad opus dictæ eius dignitatis Ducalis, cui dignitati res ſubſcriptæ, perpetuò, & indiſſolubiliter, per præſentem contractum venditionis acquiruntur, & emuntur, ex conuentione ſpeciali inter partes ſuper hoc habita, vt aſſerit ipſe venditor videlicet totum, & integrum Comitatum prædictum de Villariis, cum omnibus, & ſingulis ſuis pertinentiis, prærogatiis, & dignitate, necnon Villas, Caſtra, fines, & territoria, iuriſdictionem merum, & mixtum imperium de Villariis, de Loyes, & Hauoeti, cum pertinentiis eorundem, vendit inquam vt ſuprà homines, & homagia, tàm nobilia, quàm ignobilia, redditus, ceſſus, ſeruitia, tributa, aquas, ſtagna, piſcarias, aquarum decurſus, ſtratas, vias publicas, molendina, baptitoria, geyſſias, ſollonos, decimas, coruatas, tallias, taſchias, nemora, paſquiragia, terras, prata, vineas, cultas, & incultas, gardas, & alia quæcumque iura, & quaſcumque uctiones ſibi occaſione dicti Comitatus de Villariis, & Caſtrorum cum pertinentiis eorum, & catuſlibet ipſorum competentes, & quæ ad eum eiúſque Dominos Genitorem, & auum qualitercúmque pertinuerunt ex ſucceſſione Dominorum quondam de Thoire, & de Villariis, & ex quibuſcumque titulis, tranſactione, & infeudatione inde factis per defunctum bonæ memoriæ Illuſtriſſimum Dominum Amedeum Ducem Sabaudiæ, Auum paternum præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, moderni, & etiam ex teſtamentis dictorum quondam Dominorum de Thoire, & de Villariis aſſerens ſe informatum de verbis, & continentia ipſorum, & de illis plenam, & perfectam habere ſcientiam, vendit etiam, & tranſfert prout ſuprà actiones quaſcumque, & iura, quæ habet, & habere poteſt aduerſus quoſcumque homines, & perſonas detineates, & occupantes, Caſtra, Villas, mandamenta, iuriſdictiones, merum, & mixtum imperium, aut alias quaſcumque res quæ dum fuerunt & pertinuerunt præfatis Dominis de Thoire, & de Villars, dictas actiones cedendo, & perpetuò remittendo præfato Illuſtriſſimo Domino Duci, & emptori, me dicto Notario vt ſuprà ſtipulante, & ipſum in hoc conſtituendo verum Dominum, & tanquàm Procuratorem in rem ſuam propriam, ità quod de dictis actionibus, & iuribus de cætero poſſit, & valeat experiri præfatus Dominus emptor, & agere prout ante huiuſmodi contractam ipſe Dominus venditor agere, & experiri poterat, & præmiſſam venditionem, iuriúmque, & actionum remiſſionem facit pretio, & nomine pretij, triginta trium mille ſcutorum cunei Sabaudiæ bonorum, quod quidem pretium ipſe Dominus venditor habuiſſe, & realiter recepiſſe confitetur à præfato Illuſtriſſimo Domino noſtro Duce Sabaudiæ emptore, & inde ipſum perpetuò quittat cum pacto expreſſo ſolemni ſtipulatione vallato, de vlteriùs aliquid occaſione dicti pretij non petendo, nihil iuris, partis, proprietatis, dominij, actionis, aut alterius cuiuſcumque reclamationis vel quærelæ in præmiſſis retinendo, ſed in eundem Illuſtriſſimum Dominum emptorem me dicto Notario ſtipulante totaliter tranſferendo conſtituens ſe dictus Dominus venditor, nomine præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ emptoris, eiúſque dignitatis Ducalis prædicta omnia, & ſingula vendita tenere, & poſſidere donec, & quouſque præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Sabaudiæ emptor de illis realem, & corporalem, ſeu quaſi, apprehenderit poſſeſſionem, quàm apprehendere

hendere per ſe, & alium poſsit, & valeat quotieſcumque eius fuerit voluntatis, illâmque, & dicta dignitati Ducali perpetuo retinere etiam negotio aliter non liquidato, quoniam ſuper hoc eidem dat, & concedit plenam, & liberam atque irrevocabilem poteſtatem alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita. Promittens ipſe Dominus venditor mihi dicto Notario vt ſuprà ſtipulanti pro ſe, & ſuis heredibus per iuramentum ſuum ad Euangelia Dei ſancta per ipſum corporaliter tacta præſtitum, & ſub ſuorum omnium obligatione, & hypoteca bonorum vbicumque conſiſtentium, & tàm allodialium, quàm feudalium præſentium, & futurorum quoruncumque quæ quidem bona hypotecata conſtituit vt ſuprà ſe tenere nomine præfati Domini emptoris ſi deficeret in ſuprà, & infrà ſcriptis prout in clauſula conſtituti ſuprà ſcripta continetur, huiuſmodi venditionem ac omnia ſuprà, & infrà ſcripta, rata, grata, & firma habere perpetuò, & tenere ac inuiolabiliter obſeruare, & nunquam contrà per ſe vel alium in iudicio vel extrà facere dicere, vel venire, nec alicui contrà facere dicere, vel venire volenti quomodolibet conſentire, ſed prædicta omnia vendita præfato Illuſtriſsimo Duci Sabaudiæ emptori, & ſuis ſucceſſoribus Sabaudiæ Ducibus perpetuò manutenere, & defendere in iudicio, & extrà propriis ſumptibus, & expenſis eiuſdem Domini venditoris dictaſque res venditas quaſcumque vſque ad diem huiuſmodi venditionis reddere vſagiatas, & disbrigatas, ab omni hypoteca liberatas, eundémque Illuſtriſsimum Dominum emptorem in eiſdem facere potiorem, & eidem vacuam, & expeditam tradere poſſeſsionem, ac præfato Illuſtriſsimo Domino emptori vult, & conſentit, & promiſit ſolemniter me Notario ſubſignato ad opus ipſius Illuſtriſsimi Domini emptoris, & dignitatis Ducalis Sabaudiæ ſtipulante, ſe ipſum teneri de euictione omni vniuerſali, & particulari denunciata ſibi lite, aut quæſtione, ſeu controuerſia, & etiam non denunciatu, quoniam huiuſmodi denunciationem præfato Domino emptori, & ſuis vt ſuprà ſucceſſoribus ſpecialiter, & expreſsè remittit, & ſi plus valent res ſuperiùs vendita pretio prædicto, vel valere reperirentur illud plus quantumcumque ſit vel fuerit, ſiue in parua, ſiue media, ſiue maxima, & quantacumque quantitate, totum illud plus valens, ipſe Dominus venditor dat, donat, & perpetuò remittit præfato Illuſtriſsimo Domino Duci Sabaudiæ emptori, & mihi Notario vt ſuprà ſtipulanti ad opus ſui & ſuorum quoruncumque ſucceſſorum Ducum Sabaudiæ donatione pura, & irrevocabili quæ dicitur inter vivos nullateùs de cætero revocanda. Renuntians ipſe Dominus venditor in hoc facto, & contractu ex eius certa ſcientia, & ſub vi prædicti eius iuramenti omni actioni, & exceptioni doli mali, vis, metus, erroris, & in factum actioni, condictioni ſine cauſa ob cauſam vel ex iniuſta cauſa, exceptioni dicti pretij non habiti vel recepti, ac ſpei receptionis, & numerationis futuræ, iuri dicenti donationem quingentorum aureorum ſummam extedentem ſine inſinuatione non valere in eo quod excedit, & contractum factum de eo quod ex teſtamento alicui competit non valere niſi viſis, cognitis, & intellectis teſtamenti verbis, & effectu, omni beneficio reſtitutionis in integrum, necnon diſpenſationi, & abſolutioni iuramenti, & eius vſui, etiamſi per ſummum Pontificem ex proprio motu, & ex certa ſcientia huiuſmodi iuramentum eſſet ſibi relaxatum iuri dicenti ceſsionem iurium non valere in eo quod excedit pretium indè datum omni exceptioni, & actioni rei minori pretio vendita, & reciſioni contractus quæ inde poſſet fieri probata minoritate pretij, & iuri dicenti ceſsionem præſumi ſimulatam ſi non conſtet actus, & realiter in ipſo contractu fuiſſe pecuniam numeratam, & realiter traditam, iuri dicenti confeſsionem extrà iudicium, & non coram ſuo iudice factam non valere, omnique fraudi, grauamini, & errori, tàm iuris, quàm facti, ac iuri dicenti generalem renunciationem non valere niſi præceſſerit ſpecialis, & ſub hac generali renunciatione vult, intendit, atque conſentit per ipſum fore renunciatum prout, & renunciat omnibus iuribus quibus contrà præmiſſa facere, dicere, vel venire poſſet, quæ vult hic haberi pro expreſsis præcipiens de omnibus, & ſingulis præmiſsis per me dictum Notarium indè fieri publicum inſtrumentum ad opus præfati Domini emptoris, & tot quot fuerint neceſſaria, & petita dictaminе ſapientis. Acta fuerunt hæc apud Nantes in Britannia in domo præpoſiti eiuſdem loci de Nantes in qua inhabitat præfatus Dominus Comes de Villariis, præſentibus Egregio Viro Mermeto Marchandi Ducali Sabaudiæ Secretario, de Gayo Gebennenſis Diœceſis, necnon Nobilibus Viris Ioanne du Bois, de Rupe Anicienſis Diœceſi Magiſtro Hoſpitij ipſius Domini Comitis de Villariis, & Dionyſio de Sambona de Venna, Bituricenſis Diœceſis receptore de Villariis teſtibus ad præmiſſa aſtantibus vocatis ſpecialiter, & rogatis. Signé H.Pignati.

INFEVDA

INFEVDATION DV COMTE' DE VILLARS, ET AVTRES TERRES FAITE A RENE' DE SAVOYE, par le Duc Philibert.

Extraite de la Chambre des Comptes de Sauoye.

IN nomine Domini. Amen. Anno à natiuitate eiuſdem Domini ſumpto curreute milleſimo quingenteſimo, indictione tertia cum eodem anno ſumpta, & die prima menſis Septembris: Per huius inſtrumenti publici tenorem cunctis præſentibus euidenter appareat futuriſque luci dè innoteſcat, quod cum pridem Illuſtriſſimus Princeps, & Dominus noſter metuendiſſimus Dominus Philibertus Dux Sabaudiæ, Chablaſij, & Auguſtæ, Sacri Romani Imperij Princeps, Vicariúſque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Comes Gebenneſij, & Baugiaci, Baro Vaudi, & Faucigniaci, Niciæque, Vercellarum, ac Friburgi, &c. Dominus inſeudauerit ac donatione in feudum, quod vim, naturam, & conditionem, directi feudi, nobilis, ligij, paterni, auiti, & antiqui prorſus ſaperet, & importaret, ſábque homagio, & fidelitate nobilibus, & ligiis eidem Illuſtriſſimo Domino noſtro, & ſuis præſtandi, proſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis dederit, & conceſſerit Illuſtriſſimo Domino Reynerio Baſtardo Sabaudiæ, fratri ſuo naturali præſenti, ſtipulanti, & recipienti pro ſe, & ſuis hæredibus maſculis naturalibus, & legitimis ex ſuo proprio corpore, & de legitimo matrimonio procreandis, & ab eis perpetuò deſcendendis de maſculo in maſculum, & de legitimo matrimonio dumtaxat videlicet Comitatum de Villariis, Caſtrum Aſperimontis, Caſtrúmque, & Dominium de Gordanis, ipſorúmque Villas, & loca, cum meris, mixtis imperijs, iuriſdictionibus omnimodis altis, mediis, baſſis, & illarum exercitio, officiis Iudicum, Caſtellanorum, Procuratorum, Greffariorum, Clericorum Curiarum, & Chacipollorum & Banneretorum dictorum Comitatus de Villariis, Caſtrorúmque Aſperimontis, & de Gordans, ac aliis quibuſcumque preyſiis, emolumentis, feudis, retrofeudis, nobilibus, & ruralibus, homagiis, fidelitatibus, directis, & vtilibus dominiis, ſeruitiis, redditibus, talliis, angariis, parangariis, ſucceßionibus, gardis, & bannis dictorum Comitatus, Caſtrorum, & dominiorum, ac ſuis pertinentiis quibuſcumque cum Comitatus titulo, & dignitate aliſque præeminentiis, prærogatiuis, honoribus, & commoditatibus quibus vtebantur bona memoria Illuſtres Domini dictorum Comitatus de Villars, & Dominorum Aſperimontis, & de Gordans tempore quo ipſos Comitatum, & dominia tenebant ſalua tamen, & exceptis in, & ſuper præmiſſis infeudatis, & quæ ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter, ſibi, & ſuis prædictis, hæredibus, & ſucceſſoribus per expreſſum reſeruauit, & perpetuò retinuit primo iure feudi, fidelitatis, homagij directi, feudi, Dominij, ſuperioritatiſque, & reſſorti, cum illorum ſolitis pertinentiis vniuerſis indifferenter prout habebat, & exercebat ſuper feudis aliorum Comitatuũ, & dominiorum ſuorum, & præſertim ſubſidiis, & canalentis; adiectoetiam, & reſeruato, quod in omnem euentum in quo contingeret in futurum ipſum Dominum Reynerium, aut ſuos prædictos ſine liberis maſculis legitimis, & naturalibus decedere, tunc præmiſſa omnia eidem Domino noſtro, & ſuis prædictis peruenire, & ſpectare deberent, ita tamen quod ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux, & ſucceſſores ſui filias præfati Illuſtris Domini Reynerij aut ſuorum liberorum maſculorum hæredum, & ſucceſſorum Comitum, & dominorum prædictorum ſi quæ fuerint ſecundum earum ſtatum maritare tenerentur vt præmiſſa & plura alia latiùs contineri leguntur litteris patentibus à præfato Illuſtriſſimo Domino noſtro Duce emanatis, datis in ſancto Ioanne Maurianna die decima nona menſis Nouembris, anno Domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimo ſeptimo manu propria eiuſdem Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis à margine & egregij Mareſcalli ſui Secretarij à margine inferiori ſignatis, ac ſigillo Cancellariæ ſuæ ſigillatis, quæ quidem præmiſſa omnia infeudata prælibatus Illuſtriſſimus Dominus noſter in præſentia ſpectabilis nobiliúmque, & egregiorum Præſidentis, & Magiſtrorum, ac Auditorum Computorum ſuorum de ſuo domanio, & patrimonio penitus detrahi, & deduci volait, & mandauit atque detraxit, & deduxit conſtantibus aliis litteris à dicto Præſidente, & Magiſtris Computorum emanatis, & à tergo dictarum infeudationis litterarum deſcriptis datis Camberiaci in computis die viceſima ſecunda menſis Februarij; anno Domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimo octauo, per Catel de præcepto doctorum Dominorum Præſidentis, & Magiſtrorum Computorum ſignatis, cúmque memoratus Illuſtriſſimus Dominus noſter Philibertus Dux Sabaudiæ, &c. Infeudationem prænarratam, & litteras ſuas ratas habendo confirmauerit, ratificauerit, & approbauerit, imò quatenus opus erat de nouo conceſſerit, ſub modis tamẽ, conditionibus, reſeruationibus, & formis in eiſdem litteris ſuis infeudationis prædictæ deſcriptis declarando ex ſua certa ſcientia & motu proprio in prædicta infeudatione comprehenſã, & incluſam eſſe, & ita ſemper mentis ſuæ extitiſſe, collationẽ, & omnimodam aliam diſpoſitionem protocollorum, notarum, & imbrematuram Notariorum decedentium penes iuriſdictionem, mandamentáque & tec

ritoria dictorum Comitatus, & Dominiorum de Villariis, Aſperimontis, & de Gordans, quamquidem collationem, & aliam diſpoſitionem præmarratæ infeudationis ipſe Illuſtr ſimus Dominus noſter adiunxerit, adiunctámque, & comprehenſam eſſe decreuerit, ac ſi in litteris primò narratæ infeudationis de eadem ſpecifica mentio haberetur conſtantibus aliis litteris patentibus ab ipſo Illuſtriſſimo Domino noſtro Duce emanatis, datis Taurini die octaua menſis Februarij anno Domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimo octauo eiuſdem Domini noſtri à margine ſuperiori, & mei ſubſcripti ſui Secretarij à margine inferiori ſignatis, ſigillóque ſua Cancellariæ cera rubea ſigillatis vt decet quibus quidem litteris omnibus præmentionatis magnifico conſilio præfatæ Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis Camberiaci reſidenti parte præfati Illuſtris Domini Reynerij præſentatis requirendo eiſdem omnibus præmiſſis ipſius magnifici Conſilij decretum, & authoritatem quatenus opus erat interponendo; ipſum magnificum Conſilium præmiſſis omnibus viſis, & matutè intellectis, & conſideratis prædictis infeudationibus, confirmationibus, & declarationibus, omnibúſque, & ſingulis in litteris præmentionatis contentis, & deſcriptis tanquàm ritè, & legitimè peractis matura deliberatione præhabita decretum ſuum interpoſuit, pariter, & authoritatem, vt per eiuſdem Conſilij litteras patentes præmiſſis omnibus annexas datas Camberiaci die decima ſexta menſis Iunij anno Domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimo octauo, ſigillo eiuſdem Conſilij cera rubea, ſigillatas, & per Ranerye eiuſdem Conſilij Secretarium ſignatas conſtat, & apparet, indéque ipſe præfatus Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux Philibertus ex ſua certa ſcientia, & de ſuæ poteſtatis plenitudine, próque omnium præmiſſorum euidentia, & firmitate litterarum prædictarum infeudationis prædeſignatæ, & aliarum ampliorum, & confirmatoriarum litterarum ab ipſo emanatarum, litterāſque interpoſitionis decreti Conſilij Camberiaci reſidentis eum executionibus, ſeu reſcriptionibus ab earum tergis annotatis, ac detractiones etiam in eiſdem litteris, & reſcriptionibus contentas, de omni continentia, & meritis earundem plenè informatus Conſilij ſui ſecum ordinariè reſidentis vberrima deliberatione fretus, rurſus omnino ſuis contentis in eiſdem omnibus prænarratis litteris perſiſtendo litteras ipſas præactas tam à ſe ipſo Domino noſtro quam dicto Conſilio ſuo Camberiaci emanatas necnon detractiones præmentionatas, ratificauit, approbauit, conualidauit, authoriſauit, confirmauit, & quoſlibet tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forte in eiſdem eſſent ſupplebit, & de nouo quatenus opus erat eidem Illuſtri Domino Reynerio tunc præſenti, & acceptanti, ac pro ſe, & ſuis liberis maſculis, & liberorum maſculorum liberis maſculis naturalibus, & legitimis ab eodem per rectam lineam maſculinam deſcendentibus ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux, pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis infeudauit, donauit, remiſit, detraxit, decorporauit, ac pro detractis, & decorporatis haberi voluit ſub modis, & formis prout in dicta litteris, prout plenius in aliis litteris eiuſdem Illuſtriſſimi Domini noſtri continetur datis Camberiaci die viceſima ſeptima menſis Octobris anno Domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimo octauo manu eiuſdem Domini noſtri à margine ſuperiori, & per præfatum Egregium Mareſcalli eius Secretarium à margine inferiori ſignatis, ſuaque Cancellariæ ſigillo vt docet cera rubea ſigillatis quibus litteris parte præfati Illuſtriſſimi Domini Reynerij in Camera Computorum ſpectabili Domino Præſidenti nobilibúſque & egregiis Auditoribus, & Magiſtris Computorum præfatæ Domini noſtri præſentatis, & per eos vt decet receptis ipſe Dominus Præſidens, & magiſtri illis obedire & eas inconcuſſe obſeruare paratos ſe obtulerunt vt plenius apparet per eorum reſcriptionem à tergo dictarum vltimò narratarum litterarum dominicalium deſcriptam, datam Camberiaci die viceſima nona menſis Octobris anno ſuprà proximè dicto, per egregium Lambert Clauarium dictorum Computorum ſignatam, poſtremò verò memoratus Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux Sabaudiæ Philibertus ex ſua certa ſcientia, & motu proprio pro ſe, & ſuis, matura priùs Procerum, & Conſiliariorum ſuorum deliberatione præhabita præfato Illuſtri fratri ſuo Chariſſimo Domino Reynerio Baſtardo Subaudiæ præſenti pro ſéque, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis ſtipulanti, & recipienti iudicem appellationum ſuper hominibus ſuis ad cauſam dicti Caſtri Aſperimontis, & ſuarum pertinentiarum, etiamſi quondam Dominus Iacobus Comes Montiſmajoris dum viueret Dominus dicti loci Aſperimontis in ipſa iuriſdictione Aſperimontis iudicem appellationum non habuerit imò etiam, & in quibuſcumque aliis iuriſdictionibus per ipſum Illuſtriſſimum Dominum noſtrum Ducem eidem Illuſtri Domino Reynerio vt ſuprà elargitis, & per ipſum Dominum Reynerium acquiſitis, ac in futurum acquirendis iudices appellationum dedit, donauit, largitus eſt, contulit, & conceſſit donando, & concedendo eidem omnimodam poteſtatem in dicto loco Aſperimontis, & aliis locis, ſemel, & pluries prout ſuæ fuerit voluntatis iudicem, & iudices appellationum conſtituendi, creandi, vt per aliam eiuſdem Domini noſtri litteram de teſtimonio præmiſſorum datam Gebennis die quindecima menſis Octobris anno Domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimo octauo per ipſum Illuſtriſſimum Dominum noſtrum Ducem à margine ſuperiori, & iam dictum Egregium Mareſcalli ſuum Secretarium à margine inferiori ſignatam, & ſigillo ſua Cancellariæ cera rubea vt decet ſigillatam, quaſquidem litteras per Magnificum Ducale Conſilium Camberiaci reſidens ipſis litteris per ipſum Conſilium ſibi parte dicti Illuſtris Domini Reynerij præſentatis priùs viſis ſe obtulit promptum

obſeruare,

obſeruare, vt per ipſius Conſilij litteram à tergo dicta littera pralibati Illuſtriſſimi Domini noſtri ſcriptam datam Camberiaci die ſecunda Nouembris anno Domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimo octauo per egregium Rauoyre ipſius Conſilij Secretarium ſignatam conſtat, quibus quidem omnibus, & ſingulis premiſſis ſic peractis finaliter in mei Franciſci Richardi de Albiaco Notarij publici ſubſcripti, & pralibati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis Secretarij ac teſtium ſubnominatorum preſentia propter infrà ſcripta peragenda perſonaliter exiſtens, & conſtitutus memoratus Illuſtriſſimus Princeps, & Dominus noſter metuendiſſimus Dominus Philibertus Dux Sabaudia, Chablaſij, & Auguſta, Sacri Romani Impery Princeps, Vicariúſque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Comes Gebenneſij, & Baugiaci, Baro Vaudi, & Foucigniaci, ac Nicia, Vercellarum, & Friburgi, &c. Dominus, qui quidem Illuſtriſſimus Dominus noſter Viſis omnibus vniuerſis & ſingulis litteris, & reſcriptionibus ſuperiùs ſeriatim narratis ac ipſarum tenore per totum intellectis, ipſiſque per eius Magnificum ſecum reſidens Conſilium vt dicitur de eius expreſſo precepto oculata fide viſitatis, & ipſius Conſilij ſuper ipſis omnibus matura deliberatione prahabita, vt omnia vniuerſa, & ſingula dicto fratri ſuo Baſtardo Domino Reynerio per ipſum, vt pra, & infrà narrantur collata ipſius conſilij vbi procerum, & iuriſperitorum adeſt copia authoritate, & conſilio amplè diſcuſſa, & ruminata in poſterùm ſecuriùs, & cautiùs geſta fuiſſe appareant cuilibetque ſecus obiiciendi omnis tollatur ſuſpicio attendens ad grata ſeruitia curialitates, obſequia, & beneplacita per prafatum Illuſtrem Dominum Reyneriam de Sabaudia eius fratrem Baſtardum ſibi ſinceriſſimè dilectum nunquam deleada memoria Illuſtriſſimo Prncipi, & Domino noſtro metuendiſſimo Domino Philippo Sabaudia, &c. Duci ipſius Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis moderni genitori ſibiqae multifariè multiſque modis provt negotia exegerunt votiuè, & corde fideli impenſa, immenſóſque labores circa ipſius Illuſtriſſimi Domini noſtri perſonam, honorem, & ſtatum reſque publicas ſibi commiſſa commodum, & vtilitatem dte, noctúque in preteritum hucuſque adhibitos, ſuſtentos, & impenſos quòd etiam votis perſiſtendo ſuis non parcendo perſonis, & facultatibus dietim impendere non deſiuit; à quorum omnium probatione ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter eundem Dominum Reynerium releuat, & releuatum eſſe vult per preſentes, qua quidem omnia magna ſunt remuneratione digna vt etiam ipſe Illuſtris Dominus Reynerius ſentiens ſe premiatum ad huiuſmodi ſeruitia impendenda, & preſtanda ſeruentior, & addictiſſimus reddatur, nolens itaque à ſuperiùs eidem Domino Reynerio collatis recedere, ſed illis acquieſcere, & aliis maioribus vt infrà ipſum Dominum Reynerium honoribus, preeminentiis, dignitatibus, & prarogatiuis condonare, non coactus, nec deceptus, nec ab aliquo, ſeu in aliquo circumuentus de dicti ſui Magnifici Conſilij ſecam ordinariè reſidentis conſilio, & deliberatione vt ſuprà ex ſua certa ſcientia motu proprio pro ſe, & ſuis haredibus & ſucceſſoribus vniuerſis, omnibus, vniuerſis, & ſingulis ſuperiùs narratis perſiſteado, & ab eiſdem in nullo demendo ipſa omnia, vaiuerſa, & ſingula ſuperiùs narrata, & in pradeſignatis litteris contenta, & deſcripta, ſub modis, conditionibus, formis, & reſeruationibus in illis deſcriptis, & contentis, laudat, approbat, ratificat, & confirmat, imò de nouo, & fortiùs quatenus opus eſt etiam ampliùs omnibus modo, via, iure, & forma quibus meliùs, tutiùs, & ſecuriùs fieri poteſt, ac de iure, interpretari, ſeu dici, quia etiam ſic eidem Illuſtriſſimo Domino noſtro ex ſua pradicta certa ſcientia, motu proprio, & dicti ſui Conſily deliberatione fieri placet infeudat, ac in feudum ligium Nobile, quod vim, conditionem, efficaciam, & naturam feudi, nobilis, ligij, paterni, auiti, & antiqui prorsùs ſapiat, & importet, dat, donat, tradit, cedit, deliberat, & concedit, túbque homagio, & fidelitate nobilibus, ligiis eidem Illuſtriſſimo Domino noſtro Duci, & ſuis pradictis feudis reddendis, & preſtandis memorato Illuſtri fratri ſuo Chariſſimo Domino Reynerio Baſtardo Sabaudia preſenti, & eam humillima gratiarum actione acceptanti, ſtipulanti, & recipienti, omnia vniuerſa, & ſingula in preſenti inſtrumento publico contenta, & deſcripta pro ſe, & ſuis liberis maſculis naturalibus, & legitimis, ac de legitimo matrimonio ex ſuo proprio corpore procreandis, & & ab eis de maſculo in maſculum naturaliter, & de legitimo matrimonio procreandis, & deſcendentibus dumtaxat, & quem quidem Illuſtrem Dominum Reynerium ſtipulantem vt ſuprà ad omnia ſibi in preſenti publico inſtrumento infeudata, donata, & largita Dominus noſter pro ſe, & ſuis pradictis etiam authoritate Imperiali, ac de ſua Ducalis poteſtatis plenitudine legitimat, legitimúmque, & capacem quocumque defectu natalium legitimo non obſtante reddit, defectum ipſum ſupplendo per preſentes, videlicet ea omnia vniuerſa, & ſingula inferiùs exarata, & primò pratactos Comitatum de Villartis, Caſtra ſcilicet & mandamenta eiuſdem loci de Villariis, Hauueti, & de Loyez, necnon reſſorta eidem Comitatui ſubiacentia, ac Caſtra, mandamenta, & reſſorta de Gordans, & Aſperimontis, ac quaſcumque Villas, loca, & domina eorundem Comitatus, Caſtrorúmque, mandamentorum & reſſortorum vnà cum meris, mixtis imperiis, iuriſdictionibus omnimodis, altis, mediis, & baſſis, illorúmque vſibus, & exercitiis, poteſtate etiam, & facultate in eiſdem, & quolibet eorum, Iudices, Caſtellanos, Clericos curiarum, familiares, ſeruientes, Miſſellerios, Chacipollerios, Bannerotos, & alios officiarios quoſcumque creandi, ponendi, & deponendi, eum itaque ipſorum Comitatus,

mandamentorum, dominiorum, reſſortorúmque eorundem hominibus, homagiis, fidelitatibus, nobilibus, ligiis, & ruralibus, feudis, emphiteoſibus, & directis, ac vtilibus dominiis, tallis, cenſis, redditibus, ſeruitiis, gardis, affragiis, guetis, miſſilleriis, ochesibus, penſionibus, gardis, angariis, parangariis, ſucceſſionibus, bannis, & aliis quibuſuis annualibus tributis, ſtagnis, pratis, vineis, domibus, molendinis, baptitoriis, & aliis artificiis, & . . . . . nemoribus, paſcuis montibus, exertis planis, praeminentiis, honoribus, prarogatiuis, dignitatibus, preyſiis, obuentionibus, & emolumentis, quibuſcumque, & quocumque nomine appellentur, ad dictos Comitatum de Villaritis, Caſtráque, mandamenta, reſſorta, & dominia eiuſdem ſcilicet de Villars, de Loyes, & Ameti eidem ſubiacentia, Caſtráque, mandamenta, & reſſorta de Gordans, & Aſperimontis pertinentibus, & ſpectantibus, qualitercumque nomen dignitatem, ac titulum Comitalem ſibi Domino Reynerio, & ſuis predictis imponendo, inferendo, & imprimendo, istà quod ab inde & deinceps perpesuò ipſe Dominus Reynerius, & ſui qui ſuprà Comites de Villariis, Dominíque de Gordans, & Aſperimontis, & pertinentiarum eorundem ab omnibus nominentur, & appellentur ac impunè gaudeant, & vtantur omnibus aliis praeminentiis honoribus prerogatiuis commoditatibus, & dignitatibus, quibus Illuſtres bone memoriæ Domini Comites de Villariis, Dominíque de Gordans, & Aſperimontis, ad cauſam ipſorum Comitatus, & Dominiorum dum viuebant vtebantur, & gaudebant, item inſeudauit eidem Domino Reynerio ſtipulanti vt ſuprà, & provt ſuprà facultatem, authoritatem, & poteſtatem quacumque prothocolla, inſtrumenta, notas, & imbrematuras quorumcumque Notariorum penes dictos Comitatum de Villariis, Caſtráque, & mandamenta de Gordans, & Aſperimontis, etium Sancti Iulini ſuprà Reyſſoſam per ipſum de nouo à Domino Varembonis acquiſiti, & Viriaci Magni, Dominiáque, & reſſorta eorundem, necnon quaſcumque alias terras, ſine Caſtra, aut Dominia per ipſum Dominum Reynerium in poſterum acquirendas, & acquirenda decedentium accipiendi, ſeu per eius officiarios accipi faciendi, illáque eis, vel quibus eidem Domino Reynerio, & ſuis placuerit Notariis tamen ſufficientibus, & idoneis conferendi, committendi, & alia circa hæc neceſſaria facendi, qua ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter etiam authoritate Imperiali facere poſſet, deceruens ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter pro ſe, & ſuis predictis eiſdem inſtrumentis, notis, & imbrematuris per ipſum Dominum Reynerium, & ſuos predictos vt ſuprà committendis, ſignandis, & leuandis tantam fidem fore adhibendam in iudicio, & extra quanta adhiberetur ſi authoritate ipſius Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis, & ſacri Romani Imperij commiſſa, leuata, & ſignata forent. Item inſuper inſeudauit idem Illuſtriſſimus Dominus noſter provt ſuprà præfato Illuſtri Domino Reynerio ſtipulanti, & recipienti provt ſuprà, ac in vim ſpeciulis priuilegij tradit, & concedit, videlicet licentiam, authoritatem, facultatem, & poteſtatem plenariam perpesuè in, & ſuper omnibus vniuerſis, & ſingulis ipſius Illuſtris Domini Reynerij, ad cauſam dicti Comitatus licet iam antiquiſſimi Comites hoc haberent priuilegium, & illo vserentur vt dicit ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter, hominibus, & iuriſdiciariis omnimodè, iuriſdictionis etiam mandamenti Aſperimontis licet ſortè Illuſtris Dominus Iacobus Comes Montiſmajoris quondam dicti Aſperimontis Dominus hoc priuilegium non haberet etiam hominibus ſuis, & iuriſdiciariis ſuis omnimoda iuriſdictionis ad cauſam Caſtrorum, mandamentorum, & reſſortorum de Gordans ſancti Iulini ſuprà Reyſſoſam, & Viriaci Magni exiſtentibus, ac aliis quibuſcumque hominibus, & iuriſdictariis omnimoda iuriſdictionis per ipſum Dominum Reynerium, & ſuos predictos vbilibet in tota ditione Sabaudia, acquirendis, ponendis, deputandis, ac conſtituendis, poſitúmque, & conſtitutum tenendi etiam amouendi iudicem vnum, & iudices plures appellationum tot quot ſibi Domino Reynerio, & ſuis predictis placuerit ad quem, & ad quos omnes, & ſingula cauſa nullitatum, appellationum, & pronocationum quaruncumque à ſententiis, ordinationibus, & mandatis iudicum ſuorum ordinariorum dictorum Comitatus, & Dominiorum præfactorum emittendarum, vel aliàs quomodolibet interponendarum immediatè, & non alibi deuolui, ac per ipſum iudicem, & iudices appellationum admitti, audiri, cognoſci, & definiri poſſint, & debeant abſque . . . . . de huiuſmodi nullitate appellationum, & pronocationum cauſis aliis iudicibus, vel officiariis, & tribunalibus Ducalibus quibuſcumque alienáve eorum ſe intromittere liceat quouis modo, & inſuper tribuens, volens, & concedens ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter pro ſe, & ſuis quibus ſuprà, ac in ſpeciale, & perpetuum priuilegium conſerens ſuprà dicto Illuſtri Domino Reynerio preſenti, recipienti, & ſtipulanti, pro ſe, & ſuis prædictis, quòd omnes, & ſingulæ cauſæ à ſententiis, ordinationibus, & mandatis predictorum ſuorum iudicis, & iudicum appellationum deputandorum, & conſtituendorum per viam nullitatis, ſeu appellationis, & procurationis, aut etiam rurſus querela emittenda, & interponenda à modò in perpetuum ad ipſum Illuſtriſſimum Dominum noſtrum, & eius ſucceſſores Sabaudiæ Duces, ſiue eius magnificum cum eo reſidens conſilium immediatè ebmiſſis aliis quibuſcumque tribunalibus eiuſdem Illuſtriſſimi Domini noſtri deuolui, admitti, audiri, cognoſci, decidi, & definiri debeant istà etiam, & taliter quòd Conſilio Camberiaci reſidenti aliíſve quibuſuis Iudicibus, & officiariis Ducalibus ſe de huiuſmodi cauſis intromittere non liceat qualitercumque, quinimò vult

ipſe

ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter, vt ſuprà, & concedit quod ipſe Illuſtris Dominus Reynerius, & ſui qui ſuprà, & eorum ſubditi memorati, & eorum ſucceſſores de cætero non poſſint vnquam quacumque cauſa criminali vel ciuili, corporali, vel pecuniaria, ſeu alia quacumque citari, conueniri, arreſtari, cogi, vel quomodolibet moleſtari realiter, vel perſonaliter coram aliquo officiario, ſeu Conſilio, Iudice, vel Magiſtratu Ordinario, vel delegato, aut commiſſario Ducalibus niſi tantummodò coram memorato Illuſtriſſimo Domino noſtro, & ſuis prædictis, ſeu coram Conſilio cum eadem dominatione Ducali ordinariè reſidente, cæterùm ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux pro ſe, & ſuis prædictis confert, dat, & conſtituit in feudum vt ſuprà, & in vim ſpecialis, & perpetui priuilegij præfato Illuſtri Domino Reynerio ſtipulanti, & recipienti prout ſuprà in, & ſuper omnibus Caſtellaniis, mandamentis, locis, & territoriis prædictis eiuſdem Domini Reynerij, & ſuorum prædictorum etiam acquirendis per eoſdem, ſuper quibus tamen habent, & habebunt merum, mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem cum vltimo ſupplicio, licentiam, facultatem, authoritatem, plenariam poteſtatem in perpetuum patibula, ſiue furcas quadratas ad quatuor columnas, etiam plottos, pilloria, & alia adiuſtitiam neceſſaria artificia erigi, conſtrui, & plantari, faciendi, habendi, tenendi, conſtructáque in perpetuum manu tenendi, & cum opus fuerit reficiendi ad hutuſmodi, meri, mixti imperij, & omnimoda iuriſdictionis executionem, & manutentionem oportuna, & vlteriùs volens, vt dicit ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux præfatum Illuſtrem Dominum Reynerium, & ſuos quos ſuprà gratia vberiori tractare, maioribus beneficijs, honoribus, præmiuentijs, commoditatibúſque proſequi ex ſua igitur certa ſcientia, & voluntate ſpontanea, & de dicti ſui conſilij matura, & præhabita deliberatione, vt ſuprà pro ſéque, & ſuis prædictis, vt etiam ipſe Dominus Reynerius, & ſui qui ſuprà ad eidem Illuſtriſſimo Domino noſtro Duci, & ſuis quibus ſuprà ſucceſſoribus Ducibus Sabaudiæ obſequendum, & ſeruiendum, & meritò reddantur promptiores, dat, donat, confert, & conſtituit in feudum fidelitatémque, & homagium ligium, & nobile prout ſuprà, ínque vim ſpecialis, & perpetui priuilegij memorato Illuſtri Domino Reynerio, præſenti, ſtipulanti, acceptanti, & recipienti pro ſe, & ſuis quibus ſuprà, quod quando totiénſque, quotieſcumque ex nunc, in futurum, & perpetuò eidem Domino noſtro, & ſuis ſucceſſoribus prædictis per ſuos ſubditos mediatos, & immediatos conſerentur, aut aliàs per ipſum Dominum noſtrum, & ſuos prædictos imponentur eiſdem ſubditis tallia, regalia, ſubſidia, munera, dona, auxilia, ac alia impoſitiones, & exactiones pecuniaria ab eiſdem ſubditis exigenda quocumque nomine nuncupentur etiam pro qualicumque cauſa, & occaſione quòd ipſe Dominus Reynerius, & ſui qui ſuprà, ſuíque & ſuorum prædictorum homines, & iuriſdiciarij mediati, & immediati, ſiue etiam ſuorum bannerctorum, & Eccleſiaſticorum merum, mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem habentium, ſibi Domino, & Dominis ſuis ſubmentionatis reſſortientium non poſſint, nec debeant qualitercúmque cogi, compelli, vel moleſtari ad contribuendum, & ſoluendum in, de, & pro talibus tallijs, regalijs, collectis, ſubſidijs, munueribus, donis, auxilijs, impoſitionibus, & exactionibus imponendis & concedendis vt ſuprà niſi ad inſtar, & ſimilitudinem aliorum Baronum, Bannerctorum, & nobilium patriæ Ducalis, merum, mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem habentium, ſuorúmque hominum, & iuridiciariorum prædictorum, quod eſt ad ſemiſſem horum quæ per homines, & iuriſdiciarios dominationis Ducalis conceduntur, & non vltrà videlicet pro omnibus hominibus, & iuriſdiciarijs dicti Comitatus de Villariis, ſiue mandamentorum de Villars, de Loyes, & Anueti mediatis, & immediatis, & ibidem reſſortientibus, incluſis hominibus bannerctorum, & Eccleſiaſticorum eidem Comitatui & mandamentis prædictis reſortientibus ad rationem ducentorum, & viginti focorum. Pro verò hominibus, & iuriſdiciarijs Caſtri, & mandamenti de Gordans ad rationem quatuor vigiuti focorum pro hominibus & iuriſdiciarijs Caſtri, mandamenti, & reſſorti ſancti Iuliani ſuper Reyſſoſam ad rationem quadraginta focorum pro hominibus, & iuriſdiciarijs ſui mandamenti, & reſſorti Aſperimontis ad rationem ſexaginta focorum, & pro hominibus, & iuriſdiciarijs ſuis, Caſtri, mandamenti, & reſſorti Viriaci Magni ad rationem centum, & ſexaginta focorum, ità quod ab eiſdem hominibus, & iuriſdiciarijs per præfatum Illuſtriſſimum Dominum noſtrum, & ſuos quos ſuprà, eorúmve officiarios pro tempore ad præmiſſa exigenda deputandis de eiſdem præmiſſis ex nunc in perpetuum nihil peti poſſit vltrà rationem, & moderationem prædictam, ſed per ipſum Illuſtrem Dominum Reynerium, & ſuos quos ſuprà cui pro ſe, & ſuis prædictis ſtipulanti, & recipienti reſiduum ipſarum talliarum, regaliarum, collectarum, donorum, auxiliorum, munerum, & impoſitionum ex nunc prout ex tunc, quotiens imponentur vt ſuprà ſingula ſingulis refereudo donauit ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux pro ſe, & ſuis, donátque largitur, & concedit, ac dictos homines, & iuriſdiciarios ſuos, & dictorum ſuorum Baronum, Bunneretorum, & Eccleſiaſticorum ſibi Domino Reynerio, & ſuis prædictis Dominis reſſortientibus ad numerum prædictum perpetuò eidem Domino Reynerio, & ſuis prædictis reduxit ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux pro ſe, & ſuis prædictis, moderátque, & reducit per præſentes, Quæ præmiſſa omnia vniuerſa, & ſingula memoratus Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux, pro

ſe, & ſuis prædictis ſic infeudauit & contulit, infeudátque, & confert prælibato Illuſtri Domino Reynerio ſtipulanti, & recipienti pro ſe, & ſuis prædictis ad illa habendum, tenendum, gaudendum, intrandum, & perpetuò per eundem Dominum Reynerium, & ſuos quos ſuprà poſsidendum, & quidquid ſibi, & ſuis prædictis deinceps perpetuò placuerit faciendum ſaluis tamen, & expreſsè per prælibatum Illuſtriſsimum Dominum noſtrum pro ſe, & ſuis prædictis reſeruatis, & retentis in, & ſuper præmiſsis infeudatis, collatis, & donatis primo iure feudi fidelitatis, homagij directi, feudi dominij, ſuperioritatiſque & reſſorti cum illorum ſolitis præeminentiis indifferenter prout, & quemadmodum ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter habet, & exercet ſuper feudis aliorum Comitum, Baronum, & Bannerettorum patriæ Sabaudiæ, & præſertim ſubſidiis vt ſuprà Arreyſonatis, & Canalcatis eùm locus affuerit. Item in omnem euentum, & caſum in quo contingeret in futurum ipſum Dominum Reynerium, aut ſuos prædictos ſine liberis maſculis, naturalibus, & legitimis, & de legitimo matrimonio procreandis ab humanis decedere quod præmiſſa omnia vniuerſa, & ſingula ſuprà infeudata, donata, & collata in quantum concernit Comitatum prædictum Caſtra ſcilicet de Villariis, Anneti, & de Loyet, ac Aſperimontis, & de Gordans dumtaxat prafato Illuſtriſsimo Domino noſtro Duci & ſuis prædictis ſucceſſoribus Sabaudiæ Ducibus ſint, remaneant, & reuertantur, ac eſſe, remanere, & ſpectare debeant ſinè difficultate quacumque, ità tamen, & taliter quod ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter, & ſui qui ſuprà teneantur, & debeant tíntque aſtricti filias eiuſdem Domini Reynerij, & ſuorum prædictorum, hæredum, & ſucceſſorum Comitum de Villariis, & aliorum prædictorum locorum, & dominiorum ſi quæ fuerint maritare, dotéſque ſibi competentet donare, & ſoluere ſecundum earundem ſtatum etiam ſi alunde haberent, quibus ſaluis, & mediantibus prælibatus Illuſtriſsimus Dominus noſter Dux de præmiſsis infeudatis, donatis, & collatis, ſe, & ſuos quos ſuprà dcueſtit, & de eiſdem prafatum Illuſtrem Dominum Reynerium ſtipulantem, & reciptentem vt ſuprà inueſtit traditione vnius enſis euaginati, & ponit, ſeu mittit in realem, & quaſi corporalem poſſeſsionem eorundem, & in vaſſallum ſuum túbque homagio, & fidelitate ligiis & nobilibus prædictis per dictum Dominum Reynerium, & ſuos quos ſuprà eidem Domino noſtro Duci, & ſuis prædictis præſtandis retinet, nihil alterius per præſentes ſuperiùs reſeruatis iuris, actionis, rationis, dreyturæ, partis, proprietatis vſus, Dominij, & reclamationis in eiſdem infeudatis, donatis, & collatis ipſe Illuſtriſsimus Dominus Dux ſibi ſuiſque prædictis retinens, ſed omnia vniuerſa, & ſingula iura ſua, omnéſque, vniuerſas, & ſingulas actiones, & rationes ſuas meras, mixtas, ciuiles, hypoteearias, prætorias, anomalas, & aliàs quaſcumque quæ, & quas ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter Dux in eiſdem infeudatis, donatis, & collatis habet, haberéque poteſt, & debet ac habere videtur ſibique competunt, & quouis modo competere poſſunt, & debent qualitercúmque in dictum Dominum Reynerium ſtipulantem vt ſuprà in locum ſuum ponent, & inducens ac verum Procuratorem, & Dominum vt in rem ſuam propriam facient, & conſtituens per præſentes, ità quod à modo in antea ipſe Dominus Reynerius, & ſui qui ſuprà præmiſsis infeudatis, donatis, & collatis turibúſque, actionibus, & rationibus ſibi vt ſuprà ceſsis, & remiſsis ſuperiùs reſeruatis, & retentis exceptis, vti, gaudere, experiri, tueri, & facere poſsint, & ſibi liceat, prout & quemadmodum prafatus Illuſtriſsimus Dominus noſter Dux eiſdem vti, gaudere, experiri, tueri, & facere potuiſſet, & debuiſſet ante huiuſmodi infeudationem, & collationem iuriúmque ceſsionem, & remiſsionem Conſtituens ſe prælibatus Illuſtriſsimus Dominus noſter Dux & ſuos prædictos præmiſſa per eum infeudata, donata, & collata, tenere, & poſsidere, vice, nomine, & ad opus prælibati Illuſtris Domini Reynerij, & ſuorum prædictorum donec, & quouſque poſſeſsionem eorundem per ſe, vel alium apprehenderit corporalem, & realem quam apprehendere, & apprehenſam retinere poſsit quandocumque ſua fuerit voluntatis quoniam ità faciendum eidem Domino Reynerio ſtipulanti, & recipienti vt ſuprà plenam ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter, dat, & confert licentiam, authoritatem, & poteſtatem nullius alterius perſonæ ſuperioris, vel magiſtratus licentia, ſeu authoritate ſuper hoc expectata, vel requiſita, mandans inſuper ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter Dux pro ſe, & ſuis prædictis, & tenore præſentium, præcipiens omnibus vniuerſis, & ſingulis fidelibus, vaſſallis, hominibus, & ſubditis locorum prædictorum, quatenus fidelitates, & homagia dicto Domino Reynerio, & ſuis prædictis ex nunc in antea, faciant, & præſtent annualiáque tributa ſoluant illáque cum feudit, emphyteoſibus, & directis dominiis quæ perinde tenent, ac homagiis, & fidelitatibus prædictis recognoſcant, ſpecificent, & declarent, & aliàs in iuriſdictione omnimoda, alta, media, & baſſa, meróque, mixto imperio, & illius exercitio pareant, obediant, reſpondeant, & intendant prout eidem Illuſtriſsimo Domino noſtro Duci, de, & ſuper præmiſsis omnibus ſuperiùs reſeruatis, & retentis exceptis, homagia, fidelitatéſque facere, & præſtare, ſoluere, recognoſcere, ſpecificare, declarare, parere, intendere, reſpondere, & obedire ante huiuſmodi infeudationem, & collationem tenebantur, & debebant, & his ſic factis ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter Dux prafatus pro ſe, & ſuis prædictis de præmiſsis omnibus ſuperiùs retentis, & reſeruatis exceptis, eoſdem fideles, vaſſallos, homines, & ſubditos ac alios ad cauſam ipſorum infeudatorum quomodolibet

aſtrictos

aſtrictos licet abſentes miniſterio mei dicti Notarij publici ſubſcripti, ſtipulantis, & recipientis more publica perſona, vice, nomine, & ad opus ipſorum omnium vaſſallorum, fidelium hominum, tarisdicturtorum ſubditorum, & aliorum ad cuiuſam prænfeudatorum, & collutorum quomodolibet aſtrictos, & quos quomodolibet concernere poteſt, & ſuorum hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque, ac omnium, & ſingulorum aliorum quorum intereſt, & intereſſe poterit in ſuturum ſoluit liberut, totaliter atque quittat, cum pacto expreſſo de vlteriùs aliquid non petendo de eiſdem ſiue querelando, promittens inſuper memoratus Illuſtriſſimus Princeps, & Dominus noſter Dominus Philibertus Dux Sabaudiæ pro ſe, & ſuis quibus ſuprà in verbo Principis etiam per iuramentum ſuum ad ſanctu Dei Euangelia per ipſum corporaliter tacta, in mei Notarij publici ſubſcripti manibus præſtitum, & ſub hypotheca expreſſa, & ſub obligatione omnium, & ſingulorum bonorum ſuorum mobilium, immobilium, præſentium, & futurorum quorumcumque huiuſmodi donationem, inſeudationem, & collationem ac omnia vniuerſa, & ſingula in præſenti inſtrumento publico contenta ratam, gratam, validam, ſtabilem atque firmum ratáque grata valida ſtabilia atque firma habere, tenere perpetuò, & inuiolabiliter obſeruare, & nunquam contrà facere, dicere, opponere, vel venire per ſe vel alium clàm, palam, tacitè, vel expreſſè, directè, vel indirectè quouis exquiſito colore nec alicui contrà venire volenti in aliquo conſentire, ſed imò eadem omnia vniuerſa, & ſingula ſuprà infeudata, tradita, & collata nunc in anteà, ſemper, & perpetuò dicto Illuſtri Domino Reynerio, & ſuis prædictis in pace, & ſine lite manutenere, defendere, debrigare, tueri, & legitimè gareutire in iudicio & extrà ab omnibus, & contrà omnes, qui aliquid in eiſdem aliquóve ipſorum peterent aut contrà dictum Dominum Reynerium, & ſuos quos ſuprà aliquam mouerent quæſtionem de iure, vel de facto dictúmque Dominum Reynerium, & ſuos prædictos facere in poſſeſsione ipſorum inſeudatorum, traditorum, & collatorum reddere potiores ſuis ipſius Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis, & ſuorum prædictorum ſumptibus, propriis laboribus, & expenſis, omnes euentus litis, & periculum euictionis totalis, & particularis in ſe ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter, & ſuos prædictos propterea penitus aſſumens ſéque, & ſuos prædictos teneri conſtituens dicto Domino Reynerio, & ſuis prædictis de omni euictione vniuerſali, & particulari faceréque, & præſtare, promittens vt ſuprà ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter pro ſe, & ſuis prædictis eidem Domino Reynerio ſtipulanti vt ſuprà quidquid in caſu, cauſa, & periculo euictionis totalis, & particularis, fieri debet, & præſtari ipſa euictione non expectata nullàque de euictione expectata nunciatione. Remittens ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter pro ſe, & ſuis prædictis dicto Illuſtri Domino Reynerio ſtipulanti, & recipienti, vt ſuprà omnem authoritatem denunciandi, ipſam euictionem ante litem conteſtatam & poſt taliter quod ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter ſuíque prædicti non poſſint dicere, opponere, vel allegare quod per Indicis imprudentiam, dolum, fraudem, malitiam, metum, vel violentiam præmiſſa, infeudata tradita, & collata ab ipſo Domino Reynerio, ſuiſque prædictis fuerint euicta, mandans autem ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter pro ſe, & ſuis prædictis, & tenore præſentium præcipiens Conſiliis ſuis tam ſecum ordinariè Camberiaci quam alibi reſidentibus, Iudicibuſque, Baillivis, Procuratoribus, Caſtellanis, & aliis ſuis officiariis quibuſcumque ipſorum locatenentibus ac Præſidenti, & magiſtris, & Auditoribus computorum ſuorum, & cuilibet eorundem omnium præfatorum quantùm ſuo ſubeſt officio quatenus inſeudutionem, traditionem, & collationem præmiſſas, omniáque vniuerſa, & ſingula in præſenti inſtrumento publico contenta eidem Illuſtri fratri ſuo Baſtardo, & ſuis prædictis ex nunc in antea ſemper, & perpetuò teneant, attendant, & inuiolabiliter obſeruent, ipſíque Præſidens, magiſtri, & Auditores computorum huiuſmodi infeudata, tradita, & collata de domanio ſuo Ducali detrahant, decorporent, ſeparent, & amoueant, & loco eorundem reſeruationes, & retentiones ſuperiùs factas cum huiuſmodi infeudatione, collatione, & donatione in eodem domanio annotent, & incorporent, & qua infeudata tradita, & collata ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter Dux pro ſe, & ſuis prædictis detrahit per præſentes, quibuſcumque excuſationibus, exceptionibus, litteris, legibus, ſtylis, conſtitutionibus regulis, ſtatutis, ordinationibus decretis dicta Camera Computorum etiam decretis tam per eum, quàm per Illuſtriſſimos ſuos Ducales prædeceſſores de non alienando Ducali patrimonio factis ac aliis omnibus præmiſſis quomodolibet contrariantibus non obſtantibus quibuſcumque quibus omnibus quoad hac ex ſua certa ſcientia, & de ſua poteſtatis plenitudine cuiuſcumque efficacia fuerint etiamſi tales eſſent de quibus mentio maior, & ſpecialis ſeu inſertio in præſenti inſtrumento publico fieri deberet derogauit ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter pro ſe, & ſuis prædictis, & derogatum præſentibus eſſe vult, mandans equidem, & tenore præſentium præcipiens ipſe Illuſtriſsimus Dominus noſter omnibus, vniuerſis, & ſingulis Notariis, & commiſſariis aliquas informationes, recognitiones, iura, documenta, & titulos terrarum ſuperiùs inſeudatarum quomodolibet habentibus Cluuariíſque Crotarum theſauri ſui, & cuilibet eorundem vt ſuo ſpectat officio, quatenus ipſi Notary, & commiſſarij eaſdem recognitiones, informationes, titulos, & iura dicta itaque Clauarius vt duplum in forma probante omnium iurium quæ in dicta ſua Ducali Crota exiſtunt eidem Illuſtri Domino Reynerio fratri ſuo

Baſtardo

Baſturdo tradant, & realiter expediant ſine difficultate quacumque. Supplicans luquam prælibatus Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux ſerenisſimo, & prepotentiſſimo ac Domino noſtro metuendiſſimo Romanorum Imperatori quatenus præmiſſa omnia quatenus expediat laudare dicto Domino Reynerio, & ſuis, & confirmare eiſdémque ſuam authoritatem præſter, & decretum interponere dignetur quibuſquidem præmiſſis infeudationibus, traditionibus, & collationibus, & aliis omnibus ſuprà ſcriptis, ſic vt ſuprà factis, & peractis, memoratus Illuſtris Dominus Reynerius Baſturdus Sabaudiæ in mei Notarij publici, & teſtium ſubſcriptorum præſentia propter ea quæ ſequuntur perſonaliter exiſtens, & conſtitutus qui ex eius certa ſcientia, & voluntate ſpontanea volens debitum ſuum ergà memoratum Illuſtriſſimum Dominum noſtrum Dominum Philibertum Sabaudiæ, &c. Ducem pri præmiſſa ſibi infeudatis, traditis, & collatis reddere vt tenetur pro ſe, & ſuis prædictis homagium ligium nobile, quod vim, conditionem, efficaciam, & naturam feudi ligij, nobilis, paterni, aviti, & antiqui ſapiat, & importet pro eiſdem præmiſſis, vt ſuprà infeudatus, traditis, & collatis memorato Illuſtriſſimo Principi, & Domino Domino noſtro Philiberto Sabaudiæ, &c. Duci præſenti, acceptanti, & recipienti pro ſe, & ſuis prædictis ſucceſſoribus Sabaudiæ Ducibus fecit præſtitit pollicitus eſt genibus flexis manibuſque iunctis, & inter manus præfati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis poſitis oris oſculo ipſius Illuſtriſſimi, Domini noſtri interueniente, in ſignum veri, perpetui, & indiſſolubilis fœderis cum aliis ſolemnitatibus oportunis, confitens propterea ipſe Illuſtris Dominus Reynerius pro ſe & ſuis quibus ſuprà ſe tenere velle, tenere, & debere tenere, teneréque ſe conſtituit à memorato Illuſtriſſimo Domino noſtro ſtipulante, & recipiente vt ſuprà in feudum ligium, nobile, quod vim conditionem, efficaciam, & naturam feudi ligij, nobilis paterni, aviti, & antiqui ſapiat, & importet, ſubque homagio & fidelitate nobilibus ligiis prædictis videlicet omnia vniuerſa & ſingula ſibi Domino Reynerio vt ſuprà infeudata, donata, collata, & conceſſa. Promittens hoc ideò idem Dominus Reynerius pro ſe, & ſuis, quibus ſuprà per iuramentum ſuum, ad ſancta Dei Euangelia per ipſum corporaliter tacta præſtitum, & ſub hypotheca, expreſſa obligatione, omniúmque, & ſingulorum bonorum ſuorum mobilium, immobilium, præſentium, & futurorum quorumcumque contrà præmiſſa de cætero non venire; quinimò eadem rata, grata, valida, & firma habere perpetuò, & tenere ſéque pro ſe, & ſuis prædictis eſſe bonum legalem, fidelem, & probum Comitem, nobilem, & vaſſallum pro præmiſſis memorati Illuſtriſſimi Domini noſtri, & ſuorum honorem, commodum, & vtilitatem procurare, & contrarium euitare propoſſe, ac eidem Illuſtriſſimo Domino noſtro, & ſuis prædictis pro præmiſſis ſibi infeudatis, donatis, & collatis vt ſuprà teneri, & eſſe aſtrictum adea omnia vniuerſa, & ſingula ad quæ cæteri Comites nobileſque ligij, vaſſalli, & fideles ſimilis conditionis ipſius Illuſtris Domini Reynerij Dominis ſuis de iure, & conſuetudine tenentur, & ſunt aſtricti, & etiam in omnibus quæ in capitulis nouæ, & veteris fidelitatis formæ latiùs continentur, quódque homagium, & fidelitatem nobilia præfata eidem Illuſtriſſimo Domino noſtro, & ſuis prædictis facere, reddere, polliceri, & præſtare, promiſitque omnia vniuerſa, & ſingula ſuprà infeudata tradita, & collata recognoſcere, ſpecificare, & declarare iterùm, & totiens quotiens eiuſdem Illuſtriſſimi Domini noſtri, & ſuorum prædictorum parte fuerint requiſiti. Renunciantes autem in hoc facto memorati Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux, & Dominus Reynerius pro ſe, & ſuis quibus ſuprà partes contrahentes ex ſuis certis ſcientiis, & ſub vi iuramentorum ſuorum prædictorum hic iteratu vice corporaliter tactis ſcripturis præſtitorum quibus ipſorum videlicet vt eum concernit, & concernere poteſt omni iuri, & cuilibet exceptioni doli mali, vis, metus, & in factum actioni, exceptioni dictarum infeudationis, collationis, conceſſionis, conſtitutionis, reſeruationis, deueſtituræ, inueſtituræ, mandati, promiſſionis, & obligationis non ſic vt ſuprà factarum; exceptioni rei aliter geſtæ quàm ſcriptæ, & è contrà exceptioníque cæterorum omnium aliorum præmiſſorum non ſic non rite, non rectè, & non ità legitimè actorum, dictorum ſiue geſtorum, conditionis ob cauſam, ſine cauſa, vel ex iniuſta cauſa, ſeu nulla, iuri quo deceptis in ſuis contractibus quomodolibet ſubuenitur, beneficio reſtitutionis in integrum ex quacumque cauſa legitimi per imprudentiam, ff. de eui&tionib. & illi generali clauſulæ prætoris, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur in integrum te reſtituam, beneficio minoris ætatis, & omni beneficio, & priuilegio in fauorem minorum introducto, iuri dicenti donationem nimis immenſam, aut propter ingratitudinem donatarij factam etiam quingentos aureos excedentem non valere, & omnibus cauſis ingratitudinis, iuri dicenti, quod ſi dolus dederit cauſam contractui, vel inciderit in contractum, quod contractus reſcindatur, aut ſit ipſo iure nullus, omni diſpenſationi, & relaxationi iuramenti, petitioni, oblationi libelli, copiæ præſentis inſtrumenti, & eius notæ exhibitioni, iuri dicenti confeſſionem factam extra iudicium non valere, illi decreto per ipſius Illuſtriſſimi Domini prædeceſſores edito de non alienando Ducali patrimonio quod decretum hic quantum ad derogationem præſentem pro expreſſo haberi voluit, & vult ac ſi de verbo ad verbum foret inſertum, & etiam regulis, conſtitutionibus, ſtylis, & ordinationibus Camera Computorum ſuper his factis, & omni alteri iuri Canonico, & Ciuili ſcripto, & non ſcripto, edito, & edendo municipali, &

conſuetudi

consuetudinario quibus mediantibus contra præmissa seu aliqua ipsorum dicere, facere, opponere, vel venire posses, aut in aliquo se tueri, & maximè iuri dicenti generalem renunciationem non valere nisi specialis præcedente; ità quod in, & sub hac suprà proximè scripta generali renunciatione, qualibet alia utilis, specialis, & necessaria, ad, & circa præmissa renunciatio subintelligatur, & sit inclusa, ac si de eadem ibidem fieret specialis & expressa mentio, mandans insuper, & præcipiens ipse Illustrissimus Dominus noster Dux ad maiorem omnium suprà scriptorum corroborationem Reuerendo in Christo Patri Domino Amedeo ex Marchionibus Romagnani Episcopo Montisregalis Cancellario Sabaudiæ quod præsens publicum infeudationis instrumentum magno sigillo equestri Cancellariæ Sabaudiæ, cera viridi muniat, & sigillet, prout in similibus contractibus, & infeudationibus fieri consueuit sine difficultate quacumque, de quibus præmissis omnibus, & singulis memorati Illustrissimus Dominus noster Dux, & Illustris Comes de Villariis petierunt, requisierunt, & præceperunt sibi fieri, & reddi per me Notarium publicum subscriptum duo publica instrumenta eiusdem substantiæ, & tenoris, vnum pro qualibet parte, & ad opus sui, & suorum prædictorum, quæ possint, & valeant fieri, dictari, corrigi, refici, & emendari semel, & pluries dictamine, & consilio peritorum vnius, & plurium, si fuerit necesse, postquàm in iudicio producta fuerint, vel ne, facti tamen substantia in aliquo non mutata. Acta, & gesta fuerunt hæc Gebennis in palatio Episcopali eiusdem ciuitatis, & in Camera existente retrò, & iuxta Cameram cubicularem prælibati Illustrissimi Domini nostri, præsentibus ibidem Magnificis, ac spectabilibus viris Ioanne Domino de Chales Gubernatore Bressiæ, & primo Cambellano, Anthonio de Gingino Domino Diuonæ magnifici Consilij residentis præcipuo præside, Laurentio de Gorreuodo Scutifero scutiferiæ, Claudio de Baleysone Cambellanus, & Ioanne Noyelli Thesaurario, & Financiarum Sabaudiæ Generali omnibus Consiliariis Ducalibus testibus ad præmissa vocatis, & rogatis.

ERECTION DV COMTE' DE VILLARS EN MARQVISAT.

Tirée de la Chambre des Comptes de Sauoye.

EMANVEL-PHILEBERT par la grace de Dieu Duc de Sauoye, Chablais, Aouſte, & Geneuois, Prince, & Vicaire perpetuel du ſainct Empire Romain, Marquis en Italie, Prince de Piemont, Comte de Geneue, Baugé, Romont, Nice, & Aſt, Baron de Vaud, Gex, & Foucigny, Seigneur de Breſſe, Vercel, & du Marquiſat de Ceue, &c. à tous ceux qui ces preſentes lettres verront, Salut. Eſtant le propre d'vn Prince de recognoiſtre les merites de ceux, qui par leurs vertus, & faits heroïques, outre la grandeur de leurs Anceſtres, ſe ſont non ſeulement illuſtrés; mais auſſi ont rendu celebres, & renommés les lieux de leur naiſſance, & deſquels ils ſe ſurnomment, & que noſtre tres-cher bien Amé, & feal Couſin Honorat de Sauoye Comte de Villars tel ſe ſeroit monſtré, que les effets en rendent public teſmoignage, & ſi honorable qu'aſſés digne loyer ne luy pourroit eſtre octroyé, à cette cauſe, & pour autres à ce nous mouuans, meſmes pour les grands, & aggreables ſeruices, qu'auons receu de noſtredit Couſin, & l'affinité de ſang auquel il nous attouche: Auons de noſtre mouuement, certaine ſcience, & authorité Souueraine erigé, & eleué, erigeons, & eleuons ledit Comté de Villars auec ſes dependances en titre, honneur, & preeminence de Marquiſat, & lequel Marquiſat en tant que beſoin ſeroit, auons de nouueau donné, & infeudé, donnons, & infeudons en fief droit, ancien, & paternel audit Meſſire Honorat, & à ſes enfans maſles, & maſles des maſles naturels, & legitimes procrées en loyal mariage, tellement toutefois que ledit titre de Marquiſat au deffaut des maſles dudit Honotat paruienne ſeulement à noſtre tres-chere, & bien Amée Couſine Henrye de Sauoye fille dudit Meſſire Honorat, & de ſes enfans maſles naturels, & legitimes, & des maſles d'iceux maſles, ſans s'eſtendre à autres filles que noſtredite Couſine laquelle par ſpeciale prerogatiue voulons eſtre à telle dignité audit cas de ſucceſſion appellée, à la forme de l'infeudation, declaration, & ampliation par nous auiourd'huy faite à noſtredit Couſin, & cependant à la charge que ledit Honorat Marquis de Villars nous fera hommage lige, & fidelité dudit Marquiſat, & aux noſtres, & preſtera autres deuoirs accouſtumés. Si donnons en mandement à nos treschers bien Amés, & feaux Conſeillers, les Gens tenans noſtre Senat, Chambre des Comptes en Sauoye, & à tous autres qu'il appartiendra que de nos preſentes lettres d'erection de Marquiſat, infeudation, declaration, & ampliation facent, laiſſent, ſo iffrent, & permettent ioüir, & vſer plainement, & paiſiblement noſdits Couſin, & Couſine ſa fille comme deſſus, ſans en ce leur eſtre fait, ou donné aucun trouble, deſtourbier ou empeſchement au contraire, mandons, & commandons à tous nos ſujets dudit Marquiſat de Villars, & autres qu'il appartiendra, que ledit Meſſire Honorat ayent deſormais à tenir, reputer, & nommer pour Marquis, & pour tel l'honnorer, & luy obeyr ainſi que de raiſon. Car tel eſt noſtre plaiſir en foy de quoy auons ſigné ces preſentes, & fait appoſer noſtre ſeel à icelles. Donné à Thurin le 13. iour de Iuin l'an de grace 1565. Signé E. PHILIBERT.

FRAGMENTS DE LA COVSTVME DE VILLARS TOVCHANT LES ESTANGS.

NOVERINT vniuerſi, quòd anno, & die ſubſcriptis tenendo Curiam Nobilis Caſtellani de Villariis, & in baneo ipſius Curiæ comparuit Claudius Ruyuett Notarius, qui cupiens declarationem habere ad formam conſuetudinis hactenùs in Comitatu de Villariis, patriáque Breſſia obſeruata, ſcilicet quantùm vna quaque calceata ſtagnorum exiſtentium in ipſo Comitatu, & patria de retro habere debeat de remansâ, pro manutentione talium calceatarum, vbi intererunt Ioannes Iuhannardi Parrochia Petroſæ, Anthonius Calier Parroehiæ Planteaci, Petrus de Coſta, de ſancto Paulo de Varax, Stephanus Matthæi de Fenonieres, etiam Parrochiæ Planteaci, Anthonius de Montrouſart, & Claudius Michalis Parrochiæ Suligniaci, Anthonius Gonini Duplat, vnus de piſcatoribus ſtagnorum Illuſtris Domini, Domini Comitis, & Anthonius Verna de Amberiaco Magiſter Calceatarum, ad præſens reparans calceatam ſtagni noui præfati Illuſtris Domini noſtri Comitis, omnes veteres, & ætatem quinquaginta annorum excedentes, arte piſcatura vtentes, ſaltem ipſi Ioannes Iuhannardi, Anthonius de Montrouſart, Claudius Michalis, & Anthonius Gonini, qui omnes eorum medijs iuramentis per ipſas præſentes coram nobili Petro Caſtellani, Caſtellano huius loci de Villariis, & manibus mei Curialis ſubſignati de, & ſuper prædicta conſuetudine petita interrogati atteſtati fuerùnt, & atteſtantur, ſcilicet ipſi Iuhannardi, Anthonius de Montrouſart, Claudius Michalis, Stephanus Matthæi, & Anthonius Gonini Duplat vnanimiter, quod ex prætenſa conſuetudine, qua hactenus vti viderunt à ſenioribus, ſe, & ità ab illis dici audierunt qui habebant notitiam ipſius prætenſæ conſuetudinis, quod niſi calceata quæ facta fuerunt hactenus, ſint plenè confectæ, in itineribus publicis, provt ſæpiſſimè viſum eſt, & illa tales calceatæ immediatè fuerint iuncta prædio alicuius tertij omnino diuiſo, à talibus calceatis, vt ſcilicet per foſſale ſæpe, aut ſimiles conclauſuras, quibus clauduntur prædia, aut Bonna, & limites interſint diuiſionem demonſtrantes, aut per reſeruationem expreſſam quam aliqui multotiens faciunt, in dando de aliquibus ſuis prædijs fundatoribus calceatarum; & ſtagnorum per publicum inſtrumentum quod eadem conſuetudine vnaquæque calceata pro ipſius manutentione habet ſuam de retro remanſam, de eadem quantitate, & qualitate, quanta eſt altitudo ipſius talu calceatæ, altitudinem tamen capiendo in omnibus ſuis locis, quia non tantùm in ſpatulis, quantùm in profundo, & matrice talium calceatarum habere poſſint, neque debent, quia in aliquibus in altiori loco calceatæ eſſe poteſt de octo, nouem, decem, & duodecim pedibus, & in ſpatulis, & minoribus locis de quatuor, quinque, & plus, & minùs, ſecundùm qualitates locorum, ſecundùm quas qualitates ſingulis, ſingula relatis, & reſpectiuè ipſa calceatæ debent habere eorum remanſam, provt ab antiquo, & à ſenioribus ſe audiuiſſe dixerunt, & ſic vti viderunt, alij vero ſcilicet Anthonius Calier, Petrus de Coſta, & Anthonius Verna ſimiliter atteſtantur, quod ex ipſa conſuetudine, quamuis aliqui voluerunt opinari ipſas calceatas habere debere eorum remanſam ſecundum qualitatem, & quantitatem altitudinis, tamen quod ſanior opinio, atque communis opinio fuit, & eſt præſentialiter omnium magiſtrorum, in arte prædicta expertorum, vnamquámque calceatam habere debere de remanſa, de retro, vnum tactum bercæ, qui tactus ſolet æſtimari, provt, & fit præſentialiter de largitudine, ſiue longitudine ſeptem pedum, cum dimidio, vel circa, & eadem conſuetudine vtitur ipſe Verna, & vti vidit partter, & viderunt alij vti; & in tempore vſi ſunt, exceptis exceptionibus ſuprà ſcriptis, hæc dicentes non amore, dono, pretio, neque ſubornatione, ſed pro ſola veritate ſuſtinenda, de quibus ipſe Ruyucti ad opus omnium quorum intereſt, & intereſſe poterit, in futurum, pètiit ſibi fieri cartam à me Curiali, & Notario ſubſignato, & quia tam ex mei Tabellionatus Officio incumbentia, quàm de ſpeciali præcepto verbali dicti Nobilis Caſtellani, eidem, modo, & forma prædicta conceſſi fiendum, hodie ſeptimo Iuny anno Domini milleſimo quingenteſimo ſecundo.

NOS Anthonius Iuuanon Ducalis Sabaudiæ Secretarius, Locumtenens ſpectabilis Domini Claudij Guioti vtriuſque iuris Doctoris, Iudicis ordinary totius Comitatus de Villariis, & terræ de Gordanis pro Illuſtriſſima Domina noſtra, Domina Margarita Auſtriæ, & Burgundiæ Ducisſa, Vidua Sabaudiæ, Comitiſſa Baugiaci, de Villariis, Patriarúmque Breſſiæ, Vaudi, Faucigniaci, & de Gordanis Domina, vniuerſis ſerie præſentium, fieri volumus manifeſtum, quod anno, & die ſubſcriptis comparuit Villarij iudicialiter coram nobis, Nobilis Claudius Geoffrey,

Dominus

Dominus du Tremblay, & Caſtellanus de Sandrens, qui coram nobis, & teſtibus ſubnominatis petiit, & requiſiit per Egregios, & honorabiles viros ſubnominatos, & cognominatos de vſibus, & conſuetudinibus atteſtari, & relationem, & declarationem haberi, & præſertim ſuper his punctis, & paſsibus ſolita conſuetudinis ſtagnorum ſequentibus. Primò quod dum, & quando ſuerunt, à quinquaginta annis (citrà pluri ſaluo) conſtructa duo ſtagna contigua vnum deſuper, & aliud de ſubtus, ſtagnum verò de ſuprà primò fuit conſtructum, & ſtagnum de ſubtus poſtremò confectum, an, vel ne Dominus vtilis, & proprietarius ſtagni de ſubtus poſt longum tempus ſcilicet quinquaginta annorum, poſt conſtructionem eiuſdem ſtagni inferioris poſsit, & ſibi licitum ſit elongare, & altiare calceatam ſui ſtagni inferioris, & an poſsit propter altiationem, & elongationem calceatæ ipſius ſtagni inferioris comprehendere maiorem compreyſiam prædiorum, ſicuti pratorum, terrarum, nemorum, & aliorum conſimilium, abſque alia recompenſa facienda Dominis vtilibus & proprietariis rerum, & prædiorum, qua vltrà, & præter ſolitam compreyſiam aquæ dicti ſtagni, comprehendi conſueuerat, tempore conſtructionis calceatæ eiuſdem ſtagni inferioris, aut ſaltem à dictis quinquaginta annis citrà. Item, & an talis Dominus vtilis, & proprietarius dicti ſtagni inferioris poſsit poſt conſtructionem antiquam eiuſdem ſtagni, eius priuata authoritate, elongare, & altiare ſuam calceatam ad eius placitum, & prædia circumcirca dictum ſtagnum per aquam ipſius ſubmergere, ſeu comprehendere. Item ſi propter talem elongationem, & altiationem talis calceatæ facta, à conſtructione ſtagni inferioris citrà, aqua dicti ſtagni inferioris reuerberèt, ſeu regurgitet contrà calceatam ſtagni ſuperioris, adeò, quod diruat, ſeu corrodat calceatam ſtagni ſuperioris à parte ſtagni inferioris, ſi, vel ne talis Dominus ſtagni inferioris teneatur ad reparationem, & manutentionem calceatæ prædicti ſtagni ſuperioris, ratione tamen regurgitationis aquæ ipſius ſtagni inferioris. Item, & an, vel ne ex prædicta conſuetudine Domini vtiles, & proprietarij ſtagnorum teneantur, & debeant eorum ſtagna vacuare de triennio in triennium, ſcilicet aquam manutenere duobus annis continuis durantibus, & inde, in alio anno ſecuturo, in vno anno eorum ſtagna, aqua vacuare, vno anno durante, & aliquibus granis ſeminare, aut ſaltem illa vacua relinquere. Item, & an tales Domini poſsint esbiare ſuorum ſtagnorum, in quacumque parte, calceatarum ſuorum ſtagnorum, facere ſeu esbiare, & illas claudere. Item, & quales recompenſationes teneatur facere Dominus vtilis, & proprietarius alicuius ſtagni propter ampliorem, & nouam compreyſiam aliquarum poſſeſsionum, circumcirca aliqua ſtagna exiſtentium, propter nouam elongationem, & altiationem calceatarum ſtagnorum poſt ipſorum conſtructionem factarum, & ſi, & quibus debeant ipſi Domini vtiles, & proprietarij talium poſſeſsionum ad arbitrium Domini vtilis eorundem ſtagnorum, ſeu ab eodem accipere talem recompenſam qualem voluerit ipſe Dominus vtilis ſtagnorum prædictorum. Super quibus omnibus & ſingulis fuerunt egregij, & honorabiles viri Odetus Coreti Caſtellanus de Villariis, Matthæus Gumoti, Burgenſis eiuſdem loci, Stephanus Vincent, Philippus Tectonis Parrochiæ de Sandrans, Claudius Ioannardi Parrochiæ Petroſæ, probi, & experti in arte, vſúque, & conſuetudine ſtagnorum, coram nobis præſentes, & ad hoc vocati, & requiſiti, qui ad poſtulationem, & requiſitionem præfati nobilis Claudy Geoffrey eorum mediis iuramentis in manibus noſtris manualiter tactis præſtitis, atteſtati fuerunt, & atteſtantur de prænominatis, declarauerúntque, & declarant, & retulerunt, ſecundùm vſus & conſuetudines ſtagnorum, tam in Comitatu de Villariis, quàm in mandamento de Sandrens exiſtentes, modo, & forma ſequenti, ſingula ſingulis referendo, tum coniunctim, quàm diuiſim, Et primò quoad primum articulum quæſitum, dicunt, & atteſtantur quod quando aliquis Dominus vtilis, & proprietarius cuiuſuis ſtagni contigui alteri ſtagno ſuperiori, volens reparare calceatam ſui ſtagni, non poteſt, neque debet elongare calceatam ſui ſtagni, vltrà, & præter ipſius calceatæ ſolitam longitudinem, & altitudinem hactenus, ſeu tempore conſtructionis eiuſdem ſtagni facta ne maior compreyſia fiat per aquas ipſius ſtagni, in, & ſuper prædiis, & poſſeſsionibus circumcirca ipſum ſtagnum exiſtentibus, & non poteſt ipſe Dominus vtilis talis ſtagni calceatam elongare volens per aquam dicti ſtagni ſubmergere, neque comprehendi facere prædia, & poſſeſsiones circumcirca ipſum ſtagnum exiſtentes vltrà, & præter ſolitam compreyſiam, & ſi, & quamuis ipſe talis Dominus vtilis, & proprietarius talis ſtagni elongauerit calceatam alicuius ſtagni, vltrà, & præter vetuſtam, longitudinem, & talis elongatio ſit in præiudicium Dominorum vtilium, prædiorum, & poſſeſsionum ipſi ſtagno adiacentium, tenetur recompenſare propter ſubmerſionem, maiorémque compreyſiam talium prædiorum, & poſſeſsionum recompenſare, ſeu recompenſam facere talibus Dominis vtilibus talium poſſeſsionum de pluri compreyſia, tribus modis videlicet, in dando ipſis Domiais talium poſſeſsionum, partem in eualagio ipſius ſtagni pro quota ipſum concernente ratione amplioris compreyſiæ, aut in pecuniis ſecundum verum valorem prædij ſeu poſſeſsionis ſubmerſæ, ſeu ſubmergendæ ad eſtimationem proborũ, aut in conſimilibus prædiis, & poſſeſsionibus æquipollentibus in vero valore poſſeſsionum ſubmerſarum, ſeu ſubmergendarum, & hoc ad arbitrium, & voluntatem, ac electionem Dominorum vtilium talium

poſſeſſionum ſubmerſarum, ſeu ſubmergendarum. Ad ſecundum articulum ipſi probi atteſtati fuerunt, & declarauerunt quod Domini vtiles, & proprietarij ſtagnorum contiguorum aliis ſtagnis ſuperioribus non poſſunt neque debent ſecundùm vſus, & conſuetudines ſtagnorum, ſimiliter elongare calceatas ſuorum ſtagnorum inferiorum vltrà, & prater eorum vetuſtatem, ſeu antiquiſſimas longitudines factas de tempore conſtructionis ipſorum ſtagnorum, ſeu calceatarum eorundem, in prætudicium ſtagnorum ſuperiorum: verùm ſi ipſi tales Domini vtiles ſtagnorum inferiorum in ſe præſumpſerint elongare calceatam ſuorum ſtagnorum inferiorum istà quod aqua in ipſis proueniens regurgitet, ſeu reuerberet contrà calceatas ſtagnorum ſuperiorum, tenentur ipſi Domini ſtagnorum inferiorum, ad reparationem, & deinde ad manutentionem calceatarum ſtagnorum ſuperiorum ſecundùm diſruptiones per aquas ipſorum ſtagnorum inferiorum in ipſis calceatis ſtagnorum ſuperiorum factas, occaſione dicta regurgitationis, & ſecundùm damnum in eiſdem calceatis illatum ſuis ipſorum Dominorum ſtagnorum inferiorum ſumptibus, & expenſis ſine quacumque contradictione. Ad tertium articulum dicti probi atteſtati fuerunt, & declarauerunt, quod Domini vtiles omnium ſtagnorum debent, & conſueuerunt ſecundùm vſus, & conſuetudines pradictas tenere eorum ſtagna, aqua repleta duobus annis durantibus, & ipſis duobus annis continuis elapſis in anno inde ſecuturo, aquas ipſorum ſtagnorum labi permittere, & ipſas defluere facere, ſeu ipſa, aqua vacuare, & dicta eorum ſtagna per annum continuum, vel circa vacua aqua tenere, ad ſeminandum auenas, & alia blada, ſecundùm voluntatem ipſorum Dominorum, abſque eo, & prater id, quod aqua alicuius ſtagni inferioris ſubmergere neque regurgitare in fundo aliorum ſtagnorum ſuperiorum poſſit, niſi tamen hoc fieret caſu fortuito per inundationem aquarum. Ad quartum verò articulum dicti probi declaraucrunt, quod Domini vtiles ſtagnorum, ſecundùm dictas conſuetudines ipſorum poſſunt esbiare, ſeu esbias ſtagnorum ſuorum facere in quacumque parte calceatarum ſuorum ſtagnorum, vt commodiùs ipſis videbitur, & eis fuerit oportunum, & illas esbias inde claudere, ad eorum libitum, & voluntatem, niſi tamen eſſent pacta in contrarium facientia, & illis modo, & forma, quibus ſuprà, declaratum, & atteſtatum fuit ſecundùm vſus, & conſuetudines pradictas, vti viderunt retroactis temporibus, & vſi ſunt, pérque ſuos anteceſſores, & ſeniores habentes, & tenentes ſtagna, vti viderunt modo ſimili pradeclarata, & præmiſſa obſeruari tàm in Comitatu de Villariis, quàm Parrochia de Saudrens, & in pluribus aliis locis in quibus, quàm plurima, & diuerſa ſtagna conſiſtunt, & hoc palàm, & publicè, notoriéque, & manifeſtè videntibus, ſcientibus, qui videre & ſcire voluerunt abſque aliquali contradictione, de quibus præmiſſis omnibus, & ſingulis dictus nobilis Claudius Geoffrey Dominus du Tremblay, coram nobis petiit ad opus, quorum intereſt, & intereſſe poterit, literas teſtimoniales per nos ſibi concedi, quas in præmiſſorum teſtimonium duximus ſibi largiendas, & concedendas, & quas conceſſimus, & largimur per præſentes, ſignatiſque manualibus ſcriba noſtri ſubſignati in præmiſſorum teſtimonium debito roboratas. Datas indicialiter Villarij, die viceſima ſeptima menſis May, anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo quarto, præſentibus Egregiis Humberto Gacheti Notario de Villariis, Stephano Chirellis, Diſcreto Humberto Iuuanon Clerico, & Franciſco Ogardi teſtibus,

Per Dominum Locumtenentem,

MATTHÆI.

ERECTION DES VICOMTÉS DE BEREINS & Banains en Comtés.

LOVYS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre, à tous preſens & à venir, Salut. La Magnanimité, & generoſité des Roys nos predeceſſeurs ayant eſté touſiours telle, qu'elle n'a iamais eſté ſans honneurs, graces, ou recompenſes pour les actions militaires, qui ont eſté renduës pour leur ſeruice & du public, & d'autant que nous ne deſirons pas moins, que noſdits Predeceſſeurs Roys, faire cognoiſtre a tout le monde que de toutes les parties de la Iuſtice, que nous deſirons ſoignenſement, il n'y en a pas vne que nous cheriſſions tant que celle qui diſtribuë les recompenſes : Sçauoir faiſons qu'ayans en conſideration les recommandables ſeruices que noſtre cher, & bien Amé Pierre de Corſant Vicomte de Bereins & Banains, Mareſchal de nos Camps & Armées, & ſes Predeceſſeurs ont rendus à cette Couronne, notamment la fidelité contiouelle en laquelle il a ſeruí le feu Roy noſtre tres-honoré Seigneur & pere (que Dieu abſolue) & nous depuis noſtre aduenement a icelle, tant dedans que hors le Royaume, ſoit par ſieges, combats, batailles, defences de places, qu'autres actions de guerre, où il a fait paroiſtre des effects ſignalez de ſa valeur & conduite, aux charges de Capitaine d'Infanterie dans nos vieux Regiments, Lieutenant Colonel en celuy d'Auuergne, Aide de Camp, Gouuernemens de places, & Mareſchal de Bataille, qui furent les cauſes legitimes, qui nous meurent à eriger leſdites terres de Bereins & Banains en Vicomtés par nos lettres

tes patentes en forme de Charte, du mois de Mars mil ſix cents quarante quatre, & depuis ledit ſieur Vicomte, ayant accreu & engmenté l'eſtendoë & reuenu deſdites Vicomtés, & continué à nous tendre des preuues de ſa fidelité & des effects de ſon experience; notamment en la charge de Mareſchal de nos Camps & Armées, dans lequel employ il nous continuë tous les iours ſes ſeruices: & encores bien informés de ſa naiſſance & bonnes mœurs; il eſt d'autant plus digne de nos graces & faueurs, & d'eſtre gratifié du titre d'honneur à ce conuenable. Pour ces cauſes & autres bonnes conſidetetions à ce nous mouuans, eſtans deuëment informés, que leſdites Vicomtés de Bereins & Banains ſizes en noſtre pays de Breſſe, conſiſtent en beaux domaines & reuenus, qu'elles ſont en toute Iuſtice haute, moyenne, & baſſe, & mouuantes de nous à cauſe de noſtre Comté de Breſſe, & que d'icelles ſont tenus diuers fiefs Nobles, y eyant pluſieurs autres beaux droits ſuffiſans pour entretenir vn titre encore plus honnotable. Auons de l'aduis de la Reyne Regente noſtre treshonotée Dame & Mere, de nos graces ſpeciales, plaine puiſſance, & authorité Royale, ſur le tres humble ſupplication qu'il nous en à faite, creé, erigé, & eſleué; creons, erigeons, & eſleuons par ces preſentes ſignées de noſtre main, leſdites Vicomtés de Bereins & Banains auec leurs circonſtances & dependances en nom, titre, dignité, & qualité de Comté, & à icelle de Bereins comme nous euons deſ-je feit par noſdites lettres de Vicomté, vni & incotporé, vniſſons & incorporons les tertes de Bioley & Arbigneux, & leurs dependances contigues appattenantes audit ſieur de Corſant, mouuantes auſſi de nous à cauſe de noſtredite Comté: Voulons & nous plaiſt que ledit ſieur de Corſant, ſes hoirs, ſucceſſeurs, & ayans cauſe, ioüiſſent d'icelles auec tous les honneurs, droirs, ptetogatiues, priuileges, preeminences, tant en temps de paix que de guerre, en iugement que dehors, armoiries, eſcuſſons, enſeignes, & en tontes aſſemblées de Nobleſſe, tout ainſi qu'en ioüiſſent & ont accouſtumé de ioüir & vſer les antres Comtes de noſtre Royaume: à la charge de nous faire pteſter par luy, ſes ſucceſſeuts & ayans ceuſe, les foy & hommages à nous deus & acconſtumés pour leſdits Conmtés de Bereins & Banains, tant que la ligne maſculine durera; laquelle defaillant & icelles Comtés tombans par ſucceſſion ez mains des filles, ladite qualité & dignité ſera & demeurera eſteinte, ſupprimée, & abolie, & laquelle dez à preſent nous eſteignons, ſupprimons, & aboliſſons, pour leſdits Comtés retournet en leur premrere nature, & eſtte tenus, poſſedés, & demeuret eux filles à qui elles appartiendront, comme leurs ptopres hetitages eſcheus & aduenus par ſucceſſion de leurs ptedeceſſeurs, nonobſtant l'Edit du mois de Iuillet mil cinq cents ſoixante ſix, auquel nous auons en faueur dudit ſieut de Corſant derogé, & derogeons par ces preſentes pout ceſte fois ſeulement & ſans le tirer en conſequence à l'adnenir, pour ce qu'autrement ledit ſieur de Corſant n'euſt voulu eccepter noſtre preſente grace, & dignité. Voulons & nous plaiſt que tous les vaſſaux de quelque condition, & qualité qu'ils ſoient, tenans noblement où en roture de la mouuance deſdites Comtés, faſſent & baillent d'otes en euant leurs hommages, reprtiſes de fiefs, aduens, denombremeur & declatation audit ſieur de Corſant, ſes ſucceſſeurs, & eyans cauſe à touſiours andit nom & titre de Comte, & en dreſſent, & deliurent les actes & recognoiſſances, ſous le meſme nom, & qoalité. Comme auſſi qne les Baillifs, Lieutenans, Officiers, Ptocuteurs d'Offices, Sergens & Officiers des Bailliages & Iuſtices deſdites Comtés & ſes dependances, enſemble les hommes, ſujets & vaſſaux d'icelles en toutes cauſes ciniles & criminelles, tant en demandant que defendant, nomment, & qualifient, faſſent nommer & qualifier leurs fieges & iuriſdictions, du nom & tiure de Comté, en toutes leurs expeditinns tant verbales que par eſcrit, ſans que neantmoins les appellations qui ſeront ioteriettés, puiſſent reſſortir ny eſtre releuées ailleurs, ny en autre forme, & maniere, que comme elles auoient accouſtumé de l'eſtre du paſsé, ſans augmentation de droit, ny changement de reſſort, & iuriſdiction, & ſans qu'ils ſoient tenus à d'autres dtoits ny pteſtation d'autres deuoirs qu'ils eſtoient auparauant, & ſans auſſi rien innoner aux dtoits de Iuſtice, fiefs, & hommages eppartenans à autres qu'à nous, oy contreuenir aux cas Royaux, dont la iuriſdiction depend de nos fieges Pteſidiaux, qui demeurent dans leur entier: Et eſtant deüement aduertis que leſdits Comtés de Bereins & Banains, ſont en pays fertile, & hien commode pout le debit de toutes ſortes de viures, & conuenables aux Marchands des lieux circonuoiſins, & eſtrangers; il ſeroit bien expedient y auoir ſoites & matchés, ne voulans rien obmettre, de ce qui pourra decoter leſdites Comtés. Auons d'abondant creé, erigé, continué, & maintenu de nos meſmes grace, & puiſſance, & authorité que deſſus, continuons, & maintenons par ces preſentes auſdits Comtés de Beteins & Banains, l'eſtabliſſement de trois ſoites l'an, & vn marché par chacune ſemaine, pour eſtre tenuës en la meſme ſorte que nous luy auons permis par nos lettres patentes de Vicomté du mois de Mars, mil ſix cents qnarante quatte, ſçauoir la premiere le deuxieſme Inin iour de ſainct Pierre Martyr; la ſeconde le ptemier iour d'Aouſt, iour ſainct Pierre aux liens, & la troiſieſme le dix-huictieſme Ianniet iour de la Chaire ſainct Pietre, & ledit matché au iour de Mecredy de chacune ſepmeine, pour leſdites trois ſoires & matché eſtre audit lieu & anſdirs inurs d'otes en auant, perpetuellement & à touſiours entretenuës, gardées, & obſeruées. Et voulons & nous plaiſt, que tous Marchands frequentans icelles puiſſent aller andit lieu, achepter, vendre, trafiquer, & changer mutes ſortes de marchandiſes à eux propres & conuenables, ſans qu'auſdites ſoires, & marchés l'on puiſſe pretendre aucunes franchiſes, ny que la preſente creation puiſſe preiudicier à nos droits, ny iceux diminuer; pourueu que à quatte lieües à la tonde dudit lieu de Banains il o'y ayt auſdits iours, autres ſoires & marebés. Si donnons en mandement à nos Amés & feeux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, & de nos Comptes, Aydes, & Finances à Dijon, Pteſidens, & Treſoriers de France, & Generaux de nos Finances au Bureau eſtably audit lieu, Bailly de Breſſe où ſon Lieutenant, & autres nos Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendta, que ces preſentes ils ayent à faire enregiſtret & du contenu en icelles faire ioüir, & vſer ledit ſieut de Corſant, ſeſdits hoirs, ſucceſſeurs, & ayans cauſe plainement, paiſiblement, & perpetuellement, ceſſant, & faiſant ceſſer tous troubles, & empeſchemés contraires ſi faits eſtoiét, le mettent, & faſent mettre incontinant & ſans delay, en pleine & entiere deliurance au premier eſtar & deu; luy permettant faire eriet, & publier leſdites ſnires & marchés, aux lieux circonuoiſins, & par tout ailleurs qu'il appartiendra, & de faite conſtruire & edifier audit lieu de Banains, bancs, & eſtaux neceſſeires pour loger les Marchands en ſeureté de leur marchandiſes. Car tel eſt noſtre plaiſir, nonobſtant tous Edits, Ordonnances, Arreſts, couſtumes, reſtrictions, & mandemens à ce contraites; anſquelles & à toutes derogatoires nous auons derogé &

derogeons. Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable, nous auons fait mettre noſtre ſeel à ceſdites preſentes, ſauf en autre choſe noſtre droit & l'autruy en toutes. Donné à Compiegne au mois de Iuin, l'an de grace mil ſix cents quarante neuf, & de noſtre regne le ſeptieſme. Signé LOVYS. Et ſur le reply par le Roy la Reyne Regente ſa Mere preſente. PHELIPEAVX.

Cette piece n'eſt pas en ſon ordre, & deuoit eſtre miſe fol. 63. apres l'Erection deſdites Terres de Bereins & de Banains en Vicomtés.

FIN DES PREVVES DE BRESSE.

PREVVES DE BVGEY.

LEGENDE DE SAINCT BARNARD, FONDATEVR DE L'ABBAYE D'AMBRONAY.

Tirée des Archiues de ladite Egliſe, & des Breuiaires des Egliſes de Dye, de S. Anthoine de Viennois, & de Romans en Dauſiné.

BEATVS Barnardus Patronus Romanenſium, qui filius boni odoris interpretatur, in Lagdanenſi Diœceſi ex Illuſtri valde proſapia oriundus fuit; hic in ætate primæua liberalibus ſtudiis eruditus innocentis vitæ primitias in Eccleſia Contuberniam delibauit; mortuis verò fratribus eius parentes, vt ipſum hæredem haberent à ſcholis extractum militiæ exercitiis in Caſtris Caroli deputarunt, quod vtrum ex animo fecerit, aut Patris neceſſitate cogente, ſubſequens declarauit euentus, nam cùm Pater eius deceſſiſſet, protinus ipſe qui ſub militari habita religioſam gerebat animam cæpit perquirere qualiter patrimoniam ad ſe deuolutum alimonia pauperum poſſet perpetuò conuertere, non amore filiorum retractus: Conſiderata igitur tatuſdam loci aptitudine, cui vocabulum erat Ambroniacus, acquiſiuit ab Abbate Luxouienſi permutatione hæreditatis paterna vbi renouatu quædam Eccleſia in honore Dei Genitricis olim conſtructu, ſed à Paganis poſtmodùm euerſa in ipſo loco Abbatiam conſtruxit, Abbate, & Monachis collocatis ibidem, quam bonis ampliſſimis ſublimauit; interea à tantis ieiuniis, tantis vigiliis, tantis orationibus ſe ipſum exercebat vt ſub militaribus armis ad modum Martini Monachorum perfectionem aſſequutus videretur, in coniugio enim tanquam ſine coniuge cælebi viuebat, & inter filios tanquam ſuæ filius, Dei non quæ mandi erant cogitabat circa pauperes opulentus, circa Orphanos Pater, circa viduas maritus, oppreſſorum ſublenator, mœrentium conſolator, non ſibi, ſed omnibus vigilans, fideliter promiſſa complebat multo lubentiùs quàm acceperat tribuebat, inter diſcordes, cauſas diſcordiæ bonigne dirimebat, in iudiciis abſque perſonarum acceptione cauſas ius ſuum tribuebat nulli auxilium petenti denegabat, in ſuſcipiendis hoſpitibus eam gerebat ſollicitudinem, vt gemeret illa die, quando manibus propriis peregrinis non miniſtraſſet, Eccleſiarum verò frequentans limina penè totam noctem in oratione ducebat, præterea miranda grauitas, loquendi modeſtia, corripiendi conſtantia, doctrinæ prudentia, agendi cautela ſic ipſum perfectum fecerant, vt ſolus militaris habitus & Curia conuerſatio, & Regia familiaritas, & rerum domeſticarum ordinatio eum virum vltrum uſtimularet. Denique relicta cum ſua nobili Prole, coniuge, familia, & omnibus aliis derelictis in eo quod ipſe fecerat Monaſterio ſub Abbatis diſciplina ſe tradidit mancipandum, vbi tantam ieiuniorum continuationem, ciborum abſtinentiam, veſtium aſperitatem, orationum inſtantiam, vigiliarum pernoctationem, ſilentij taciturnitatem, lachrymarum inundationem, cæterarumque virtutum perfectionem attigit vt poſſibilitatem humanæ naturæ tranſilire videretur, & licet omnia bona collegij ex eius beneficio defluxiſſent, tanquam tamen ſeruus inutilis victitabat, his itaque moribus ornatus Deo, & hominibus acceptus omniam intimo venerabatur affectu, vnde factum eſt vt Abbate mortuo voce omnium eligeretur, & inuitus in Abbatem conſecraretur, ſub quo quantùm ille Monachorum Chorus creuerit, quantùm illa Eccleſia facultatibus dilatata, ornamentis decorata, Religione ſublimata, fama exaltata conſcenderit pluribus antiquorum monimentis continetur. Inſuper ipſe humilis inceſſu, ſuauis aſpectu, alloquio mitis, vultu placabilis, ſic diuina gerebat vt humana deſereret; prior ſiquidem diuinis laudibus aſſurgebat, primus ſurgendi tempora notabat, nonnunquam totam noctem orando, vel legendo tranſigebat, inter agenda mens à contemplatione, lingua ab oratione, manus à miſeri-

cordia

cordia nequaquam ceſſabat, receptorum hoſpitio peregrinorum omnium veſpere pedes abluebat; interea diſcurrente fama Viri Dei inſtante Electione Viennenſi, puer quidam duodenus in medio eorum qui conuenerant exiſtens acclamauit dicens, Barnardum Ambroniacenſem Abbatem à Deo Electum in Eccleſia Viennenſi Paſtorem, quod cùm eſſet ab omnibus approbatum in prædictum Paſtorem vnanimiter eſt Electus, ſed cùm vllis precibus, vel modis aliis ad hoc miniſterium ſuſcipiendum induci potuiſſet, Magno Francorum Regi Carolo cui iam cum militia potiretur familiaris extiterat, ſuas Electoreſ direxerunt epiſtolas, vt ipſum ad ſuſceptionem prædicti regiminis compelleret, qui gauiſus honore viri, cùm nec precibus, nec modis aliis flectere potuiſſet eundem, direxit legatos ad Romanam Curiam vt authoritate Apoſtolica compelleretur ad ſuſceptionem regiminis ſuprà dicti, quod tum factum fuiſſet per legatum à Paſchali Papa ſuper hoc tranſmiſſum ad hoc authoritate Apoſtolica compellentem eundem inobedientiæ culpam præcauere volens, licet inuitus, & dolens obediuit. Factus itaque Pontifex Vienneaſis omnium curas in ſe ſaſcipere ſatagit, mœrentium conſolator, pauperum refocillator, peregrinorum ſuſceptor, rectè viuens, rectè docens, rectè infirmitatem attendens, aſſiduus autem ieiuniis, pernoctationibus, quotidianis laboribus, aut in oratione, vel in pauperum recreatione, ſeu in cæteris miſericordiæ operibus ſic carnem macerabat, vt hærente ſolu cute oſſibus magis examinis quàm viuus videretur, in miſſarum verò celebratione, quod omni die faciebat, tanta lachrymarum inundantia ſe offerebat, vt priùs ſe ipſum mulcans Domino extra ſe factus, circumſtantes nec audire, nec videre cognoſceretur, ſi quis autem ei ſua crimina confiteretur ipſe grauiùs affligebatur, quàm qui eadem commiſiſſet. Factum eſt autem in diebus illis, vt cùm oratio confeſſionis Catholicæ fidei in Niceno Concilio promulgata, & Eccleſiis Galliarum directa vulgaretur, Religioſus Princeps cognita Beati Pontificis eloquentia, Romam eum mitteret diſceptatorem apud Romanum Pontificem, cur cùm fides Catholica Spiritum ſanctum à Patre, & Filio habeat, illud tantorum Patrum Concilium, à Patre procedentem & non filio conſcripſerit, in qua diſputatione, quòd Spiritu ſancto repletus fuerit ipſa luculentiſſima diſputationis conſcripta oratio indicat, quam poſteris qui præſentes fuerunt memoria mandauerunt, facta igitur cognitione per ipſum, Romanus Pontifex Conſilio, & petitione viri Sancti conſtituit quatenus ad confirmationem fidei Catholicæ, hæc confeſſa fidei oratio in omnibus ſolemnitatibus poſt Euangelium recitaretur; tandem vir ſanctus tumultibus, & occupationibus à contemplationis quiete ſolitus prapeditus cæpit inquirere, ſic vbi locum remotiorem poſſet conſtruere in quo tumultus deſerens Deo vacaret liberiùs; factum eſt autem vt quædam Nobilis mulier carens hæredibus per munus ipſius Beato Petro, & Eccleſiæ Romanæ partem ſui matrimonij legaret ad conſtruendum ibi Monaſterium, quod factum eſt per diligentiam eius, in loco cui Romanis nomen impoſuit, conſtructo autem ibidem Eccleſia in honore Beati Petri, & Monachis cum Abbate Collocatis ibidem in ipſo loco ſepeliri deſiderans, trium Martyrum reliquias, quas fidei ſuæ primitias Vienna habuerat primàm tranſtulit reuerenter, ſcilicet Seuerini, Exuperij, & Felicciani, tanta autem donatione Principum ob eius gratiam data, ſubitò illi Eccleſiæ, vt magna Monachorum multitudini ſufficeret neceſſaria miniſtrare, hunc autem locum ad inhabitandum eligens hic quieſcebat à tumultibus, hic riuos lachrymarum fundebat, hic orationis votu offerebat, ſic ſe ieiuniis affligebat, appropinquante autem termino vitæ ſibi per multa viſionum indicia reuelatu ingraueſcente corporis moleſtia, conuocato Clero, & Populo in Eccleſia Viennenſi luculento, ac ſpirituli ſermone, omnes exhortatus, exitum ſuũ ſub ſpecie peregrinæ profeſtionis vocatione indicauit, verebatur enim ne ſi manifeſtus vitæ finem inſtare nuntiaret, locum in quo ſepeliri elegerat impediretur habere, diſpoſita itaque domo Romanis, tanquàm exinde tranſiturus aduenit vbi cum triduum feciſſet, quo toto triduo nunquam ab oratione ſurrexerat nec etiam nocte, tùm quartam noctem continuare vellet, circumfuſus nimia claritate, diuinitùs emiſſa voce audiuit (veni quia expectaris) gauiſus igitur cùm proſtratus illo quo ſemper iacère conſueuerat cilicio rogaretur, quatenùs longam inediam, vel modico cibo releuaret, Panis (inquit) ille iùm iàm fratres mei ſumendus eſt, ſine quo nec in mundo nec in cœlis viatur, cuius ſapor reficit Angelos, Apoſtolos paſcit, Sanctos recreat, quo quiſquis veſcitur nunquam in æternum moritur; Sacramentum itaque huiuſmodi panis mihi apportate, vt eo accepto viatico viam vniuerſæ carnis aggrediar in patriam profecturus, his dictis Pſalmodium primus incepit, ſicque in diuinis laudibus pernoctantibus tanta claritate illa cellula perfunditur, vt ij qui præſentes aderant terra velut in extaſi proſternerentur. Expletis autem Matutinarum horis, ecce repente ſuauiſſimus odor cum claritate ſuperuenit, illuceſcente verò die, Beatus ille Spiritu carne ſolutus liber cum illa claritate ad Dominum migrauit, odor verò remanſit, quouſque corpus fuit traditum ſepulturæ, tranſiit autem die Dominica vita ſua anno ſexcentiſimo quarto, Epiſcopatus verò trigeſimo ſecundo, nam decem, & octo annorum ſcholis abſtrahitur, ſeptem annis coniugium ſuſtinuit, quatuor annis ſub Abbate Monaſticam vitam duxit, tribus verò annis Abbas præfuit ſepultus eſt autem decimo Kalendas Februarij in Baſilica ſancti Petri Apoſtoli, quam ipſe Romanis inſtituit.

LETTRES DE PROTECTION ACCORDE'ES A LA CHARTREVSE D'ARVIERES, PAR THOMAS Comte de Sauoye.

Tirées des Archiues de ladite Chartreuſe.

EGO Thomas Comes Sabaudiæ, & Marchio in Italia. Omnibus præſentem cartam inſpecturis notum facio, me pro remedio animæ noſtræ & parentum noſtrorum, in mea cuſtodia domum Aruerix ſuſcepiſſe, cùm enim prædicta domus Prædeceſſorum noſtrorum eleemoſynus ſit fundata, iuſtum eſt eam tanquàm res proprias me defenſare. Mando igitur, & diſtrictè præcipio Caſtellanis, & Præpoſitis meis per fidelitatem quâ mihi tenentur quatenus ſuprà nominatam domum, & res, & poſſeſſiones ipſius defendant, & à ſe ipſis, & ab omnibus aliis illæſas cuſtodiant, & indemnes, & de damnis iis illatis ſatisfieri, vel res per violentiam ablatas reſtitui faciant ſine mora. ſciant quippè omnes quicumque eos iniuriati fuerint iram meam, & banni noſtri periculum ſe procul dubio incurriſſe, & quia eorundem ſummarios per Combam frequenter tranſitum facere oportet, præcipio præcipuè Caſtellanis de Roſillon, & ſancti Ragniberti, vt curent omnipò ne quis res eorum attingere audeat, vel ſummarios impedire, ſi qui enim eos ſuper aliqua re impetere voluerint, parati ſint coram nobis in omnibus iuri ſtare.

LETTRES DE SAVVEGARDE A LA MESME CHARTREVSE, DE LOVYS SEIGNEVR DE BEAVIEV, & de Valromey.

Tirées des Archiues de ladite Chartreuſe.

LVDOVICVS Dominus Bellyoci, vniuerſis ad quos præſentes littera peruenerint, ſalutem, & dilectionem. Quoniam certum eſt Anteceſſores noſtros pro ſalute animarum ſuarum domum Aruerix Chartuſienſis ordinis cunctis diebus vitæ ſuæ dilexiſſe fortiter, & defendiſſe, tanquàm illam quæ ab ipſis fundata exiſtit, & dicta domus, & res ipſius domus ſunt in terra, & iuriſdictione noſtra, ac diſtrictu, nos prædictorum anteceſſorum laudabilem conſuetudinem ſequentes propenſiori charitatis effectu volumus eandem domum, & res ipſius pro remedio animæ noſtræ ſeruentiùs diligere, defendere, ac manutere, monemus omnes amicos noſtros, & firmiter præcipimus cunctis Baillius, & hominibus noſtris quatenus prædictam domum, & omnia ad eandem pertinentia tanquam noſtra propria abſque vlla contradictione à ſe, & ab alienis ab omni iniuria pro viribus defendant, & illæſam conſeruent in eius rei teſtimonium præſentibus litteris ſigillum noſtrum duximus apponendum.

EXTRAIT DV CARTVLAIRE DE LA CHARTREVSE D'ARVIERES.

Hæc ſunt Nomina benefactorum noſtrorum.

AMEDEVS Comes Sabaudiæ qui obtulit locum iſtum Deo, & Beatæ Mariæ, & Ordini Chartuſienſi.

Humbertus Dominus de Bellojoco qui prædictam domum confirmauit, & grangiam de Faollet acquiſiuit.

Guichardus filius eius qui cellam vnam fecit.

Amedeus Comes Sabaudiæ qui nobis dimiſit mille ſolidos, & Praalliam ab hominibus de Saſiriaco liberatam nobis tradidit perpetuo iure poſſidendam.

Stephanus Decanus Lugdunenſis, qui vnam cellam fecit.

Artoldus Decanus de Saſiriaco, qui refectorium conſtruxit.

Petrus Seneſcallus Lugdunenſis, qui fecit Capitulum, & Grangiam de Rauoria contulit.

Magiſter Pontius fecit hoſpitium Religioſorum domus inferioris cum cella Prioris.

Aymo, & Hugo de Varennes ædificauerunt Eccleſiam.

Aymo de Rinoria fecit dormitorium fratrum.

Petrus de Chimilieu, & duo fratres eius ædificauerunt coquinam.

Alij Benefactores huiuſce domus ſunt.

Henricus Rex Angliæ.
Pontius Epiſcopus Matiſconenſis.
Ardutius Epiſcopus Gebennenſis.
Antelmus Epiſcopus Patracenſis.
Bernardus, & Gulielmus Epiſcopi Bellicenſes.
Petrus Epiſcopus Glandacenſis.
Perrinus de Luyriaco.
Antelmus de Balma
Artaldus de ſancto Romano.
Hugo Palatinus.

INFEVDATION DE LA IVSTICE DE LA BALME EN VALROMEY.

Tirée de la Chambre des Comptes de Daufiné.

LVDOVICVS de Sabaudia Dominus Vaudi, vniuerſis, & ſingulis præſentibus, & futuris, rei geſtæ notitiam cum ſalute. Illos inter alios inducimur proſequi gratioſis fauoribus, & apud eos in gratijs nos libentiùs exhibemus largiores, quos dignis cognoſcimus meritis commendatos. Conſiderantes igitur ſinceram deuotionem fidelitatémque, quas erga noſtros prædeceſſores, & nos, dilectum fidelem noſtrum Dominum Gulielmum de Balma militem; tam longis temporibus percipimus habere per effectum ad noſtra, noſtrorúmque ſeruitia, ne dam res, & bona ſed perſonam continuis laboribus exponendo, dignum cenſemus apud eum noſtræ munificentiæ dexteram liberaliùs apponere, vt quantò plus noſtræ largitatis gratiam ſentiet communicatam, tantò plus erga nos, & noſtros fidelitate concreſcat, & ad noſtra, noſtrorúmque ſeruitia citiùs annuat, quapropter pro nobis, noſtríſque ſucceſſoribus, & hæredibus quibuſcumque damus, & concedimus eidem Domino Gulielmo, pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus, & hæredibus vniuerſis ſtipulanti, in feudum ligium, nobile, antiquum, & paternum, & ſub eodem homagio ligio ad quod nobis pro feudis aliis tenetur, merum, mixtum imperium, & iuriſdictionem omnimodam, altam, & baſſam, cum furcarum erectione, inquiſitione, proceſſu, cognitione, deciſione cauſarum ciuilium, & criminalium, condemnatione, executione, punimento pecuniario & corporali, cum plenaria poteſtate iudices habendi, ponendi, & tenendi, pœnas, & mulctas imponendi, & alia omnibus, & ſingulis quæ ad merum, mixtum imperium, & iuriſdictionem omnimodam, & ſeignoriam altam, & baſſam, & eorum, & cuiuſlibet ipſorum exercitium pertinere noſcantur, in omnes, & ſingulos homines vtriuſque ſexus dicti Domini Gulielmi quos nunc habet in tota Caſtellania noſtra Caſtrinoui, & poſteritatem ipſorum vbicumque committant, offendant, vel delinquât in tota Caſtellania Caſtrinoui prædicta, villis noſtris franchis, quæ nunc ſunt, vel fuerint in poſterum ſaltis ſemper, & exceptis, & committendi prædictos homines infrà franchefias villarum francharum prædictarum in futurum, quorum punimentum, tam corporale, quàm pecuniarium nobis, & noſtris ſucceſſoribus perpetuò reſeruamus. Item damus, & concedimus eidem vt ſuprà ſimilem iuriſdictionem, merum, & mixtum imperium cum ipſorum pleno exercitio in omnes, & ſingulos homines vtriuſque ſexus, quos acquiret in futurum dum in humanis vixerit, vel ad ipſum peruenient modo quouis in tota Parrochia Viriaci parui, & pertinentijs eiuſdem, ac poſteritas omnium, & ſingulorum hominum acquirent, & quæ ſibi peruenient vt ſuprà, voleates, & concedentes dicto militi recipienti vt ſuprà, quod ipſe per ſe, ſuos iudices, familiares, & nuntios, merum, mixtum imperium, & iuriſdictionem omnimodam cum omnibus, & ſingulis ad ea pertinentibus, & quilibet ipſorum deinceps perpetuò poſſit, & ſibi liceat exercere iuxta noſtram conceſſionem ſuprà ſcriptam, quam, & omnia ſuprà, & infrà ſcripta bona fide promittimus per ſtipulationem ſolemnem, & ſub obligatione bonorum noſtrorum, præſentium, & futurorum quorumcumque dicto militi ſtipulanti ſicut ſuprà. rata, grata, & firma habere perpetuò, & tenere, & non contra quomodolibet per nos, vel per alium in iudicio, vel extra facere, vel venire, vel volenti conſentire, vel auxilium præbere, conſilium, vel fauorem. Mandantes igitur tenore præſentium, Baillivo, Iudici, Bugeſij, & Varromeſij, Caſtellanóque Caſtrinoui, & aliis noſtris officiarijs quibuſcumque præſentibus, & futuris, ſeu locatenentibus eorundem, quatenus noſtram donationem in feudum, & conceſſionem præſentem, & omnia, & ſingula ſuprà dicta firmiter, & inuiolabiliter attendant, & obſeruent, & in nullo contrà quomodolibet faciant, vel attentent, dictámque iuriſdictionem merum, mixtum imperium, & omnia, & ſingula quæ ad ea pertinent, & quælibet ipſorum per ipſum militem, & eius familiares pacificè, & quietè permittant, & faciant exercere ſine impedimento, vel turbatione quacumque iuxta noſtræ præſentis conteſſionis ſeriem, & tenorem, in quorum omnium robur, & teſtimonium præſentes litteras noſtri magni ſigilli munimine fecimus roborari. Datum Camberiaci die vltima menſis Aprilis anno Domini 1342.

ERECTION

ERECTION DE LA SEIGNEVRIE DE LA BASTIE SVS CERDON, EN BARONNIE.

Monſieur le Baron de la Baſtie à l'Original.

MANVEL-PHILIBERT par la grace de Dieu Due de Sauoye, Chablais, Aouſte, & Geneuois, Prince, & Vicaire perpetuel du ſainct Empire Romain, Marquis en Italie, Psince de Piemont, Comte de Geneue, de Baugé, Romont, Nice, & Aſt, Baroo de Vaud, Gex, & Foucigny, Seigneut de Breſſe, de Vetcel, & du Marquiſat de Seue, &c. à tous preſeos, & à venit, Salut. Comme ce ſoit œuure loüable, & digne de grands Princes, fauoriſer, promouuoir éleuer, & exalter en honneurs, & dignités, ceux qui par leurs vertus l'ont merité: & tant plus ceux qui y correſpondent par leurs geneteuſes actions, & qoi ont exposé, & expoſent leurs biens, & vies pour noſtre ſeruice, à ce qu'eux, & léurs ſucceſſeurs reſplendiſſent en honneurs, & decorations, dont il ſoit à iamais perpetuelle memoire, & exemple à tous autres de faire le ſemblable à leur imitation: ce qu'auons touſiours obſeroé, & voulu faire enuers ceux qui s'en ſont rendus dignes par leurs notables, & remarquables ſeruices, comme a fait noſtre tres-chet bien aymé, & feal Anthoine du Breul Eſcuyer, Gentil-homme Ordinaire de noſtre Chambre, Seigneut de la Baſtie, Cbenauel, l'Iſle, le Bartioz, Chauagna, & Langes en noſtre pays de Beugey, & du Chaſtelard en noſtre pays de Breſſe. Sçauoit faiſons que bien records des bons, & notables ſeruices que ledit du Breul nous à fait par pluſieurs années, tant au fait des guerres eſtant nous lors aux Pays hss que autrement, en pluſieurs manieres, fait, & continuë chaſcun iour, auec vne gtaode demonſtraiion de la ſinguliere affection, & deuotion qu'il a au hien de noſtre ſeruice, ce que voulans tecoonoiſtre non ſeulement enuers lui; mais auſſi enuers ſa poſterité, par aceroiſſement & decoration de ſoo nom, & Seigneurie, ayans eſté deüement certifiés, que ſon Chaſteau, & Seigneurie de la Baſtie, ſitué en noſtredit pays de Bugey eſt noble & de bonne valeur, & reuenu, auec laquelle ſi leſdits lieux de Chenauel, l'Iſle, le Bartioz, Chauagna, & Langes eſtoyent ioiots, & vnis, ils ſeroyent de tres ſuffiſaor reuenu pour entretenir l'Eſtat de Baron. Pour ces cauſes, & autres honnes conſiderations à ee nous mouuans, ayans eſgard aux moyens que ledit du Breul a de magnifiquement entretenir, & honnorablement ſouſtenir le rang de Baron, inclinans liberalement à ſa tres-bumble requeſte, auons de noſtre certaine ſeience, propre mouuement, plaine puiſſance, & authorité Souueraioe, vny, & incorpoté, vniſſons, & ineorporons leſdits lieux de Chenauel, l'Iſle, le Bartioz, Chauagoa, & Laoges à ladite Seigneutie de la Baſtie, laquelle auons creée, & erigée, creons, eleuons, & erigeons par ces preſenies en titre, nom, & preeminence de Baroonie, pour ledit du Breul, ſes hoirs, ſucceſſeurs, & ayans cauſe, en ioüit, & vſet plainement, paiſiblemens, & perpetuellement, ſous le nom, titre, qualité, & appellation de Baron de la Baſtie-du Breul. Voulons que luy, & les ſiens ſuſdits ſoyent tenus, cenſés, teputés, & appellés Barons de la Baſtie-du Breul, ioüiſſent, & vſent dudit ritte, & d'icelle Baronoie, auec pareils, & reis dtoits de Nobleſſe, authorités, priuileges, prerogatiues, & preemioence tant en faits, & actes de guerte, aſſemblées des Nobles qu'autrement, comme font, ioüiſſeot, & vſent, & ont accoouſtumé ioüir, & vſer les autres Barons de nos pays, & Eſtats, laquelle Baronnie de la Baſtie ſuſdite du Breul, ayans erigée auec ſes appartenances, & dependances ſus vnies, auons d'ahondant de noſtredire certaine ſcience pour les cauſes, & conſiderations ſuſdites infeudé, & infeudons par ceſdites preſentes pour nous, & les noſtres à perpetuité audit Baton de la Baſtie-du Breul, lequel, & ſes ſucceſſeurs tiendroot, & teconnoiſtront de nous ladite Baronnie de la Baſtie du Breul auec ſes appartenances, & dependances en titre de Barons, à cauſe de noſtre Duché de Sauoye, & partant voulons, que tous les vaſſaux, & autres tenans quelque choſe noblement, & rotutierement de ladite Baronoie de la Baſtie-du Breul, & ſes dependanees ſus vnies quand feront à l'adueoit leurs hommages, & bailletont leurs adueus, denombremens, & declarations comme ils eſtoyent tenus, & accouſtumés les bailler cy-deuant, les facent, & baillent audit du Breul, & à ſes ſucceſſeurs au nom de Barons dudit lieu de la Baſtie du Breul, & enſemble tous leurs actes, & reconnoiſſances les teputans, tenans, & honnorants, & appellans Baroos d'iceluy lieu: Voulons en outre, & nous plaiſt que pour l'exercice de la Iuſtice, & iuriſdictioo de ladite Baronnie de la Baſtie-du Breul, ſes appartenances, & dependances ſuſdites, ledit du Breul, & ſes ſucceſſeurs Batons, puiſſent otdonnet, mettre, inſtituer, & eſtablir tous officiers, & offices, comme à ce peut, & doit appartenir; ainſi qu'il a eſté cy deuant accouſtumé, & eſt prattiqué par les autres Baroos de nos pays, & Eſtats. Si donnons en mandement par ces preſeotes à nos tres-chers, & bien Amés, & feaux Conſeillers les Gens tenaos nos Senat, & Chambre des Compteseo Sauoye, & à tous nos autres Officiers, & Iuſticiers qu'il appartiendra, que ces preſentes ils facent lire, publier, & tegiſtrer, garder, & obſeruer de poiot en polot, & de tout leur conſeno ioüir, & vſer ledit Baton de la Baſtie-du Breul, & ſes ſucceſſeurs ſans aueun empeſchement. Car tel eſt noſtre vouloir, nonobſtant tous edits, ſtatuts, loix, ordonnances, teglemens anciens, & modernes, & autres choſes à ce contraires, que voulons eſtre tenuës pour exprimées & inſerées de mot à mot dans ceſdites preſentes, enſemble les clauſes y contenuës, à toutes leſquelles de noſtredite certaine ſcience, & plaine puiſſance auons derogé, & derogeons, & à la derogatoire de la derogatoire. En teſmoin de quoy auons à ceſdites preſentes ſignées de noſtre main, fait mettre noſtre grand ſeel à Cheual. Donné à Thurin le 20. Decembre 1570. Signé PHILIBART.

PERMISSION POVR FONDER LE CONVENT DE SAINCT FRANÇOIS DE LA VILLE de Belley.

Extraite du Bullaire de Felix V. qui eſt en la Bibliotheque de Geneue, communiqué par Monſieur Godeffroy Conſeiller d'Eſtat de la Republique de Geneue.

CLEMENTISSIME Pater Cardinei ſanctæ matris Eccleſiæ ſaat quatuor Ordines Mendicantium, per quos verbi Dom nicipræ icatio cunctis demonſtratur, vita, mores, deuotio, & ſanctitas exemplificantur & demùm fides Catholica totum in illis ſuſtentameneum inuenitur, eorum precibus, viuis, & defunctis, venia, ſaluſque à Domino tribuitur. Cùm igitur Clementiſſimo Pater, nedum ciuitates, ſed etiam oppidana loca veſtra ditionis inſignita eſſe inueniantur Conuentibus huiuſmodi vno, vel pluribus, dempta, & excluſa ciuitate veſtra Bellicenſi, quæ licet in loco fertili ſitaata ſit, & vndecamque abundanti, tamen inibi nullus dictorum Ordinum Conaentus erectus exiſtit, quanquam Pij recordy Illuſtres Prædeceſſores Clementiæ veſtra denotione ſingulari Conuentum vnum alterius ordinum prædictorum ibidem exactis temporibus erigere, & dotare diſpoſuerunt, provt antiquorum recenſent teſtimonia, quod morte præuenti adimplere non potaerant. Eapropter cùm Clementia veſtra benigniter ſemper verſetur per quæ Diuinæ Majeſtati omnimodo obſequia poſſint impendi, cultus Diuinus adnaugeri, fides exaltari, & generaliter ad totius Diuini cultus augmentum, horúmque operibus ſemper intenta eſſe conſueuit Clementia veſtra. Igitur ad eandem recurrentes Illuſtriſſimus Princeps Dominus Ludouicus Dux Sabaudiæ, necnon Ciues, Génſque, & populi prædictæ ciuitatis, & totius Diœceſis Bellicenſis, de conſenſa eorum Præſulis prece ſupplici exorantes vt Conuentum vnum Ordinis Obſeruantiæ Regularis Fratrum Minorum cum clauſtro, Campanili, cimbalis, & cæteris ipſi Conaentui neceſſariis & oportunis in ciuitate, prædicta authoritate Apoſtolica, qua fungimini in hac parte erigere, & conſtrui ordinare placeat, ipſíque Conuentui præficere, & præfici iubere venerabilem virum fratrem Baſilium de Bononia ipſius Obſeruantiæ profeſſorem, magnúmque verbi Dominici Prædicatorem, cuius prædicatione fructuoſum audientes conſequantur effectum, qui ex prædicatione ipſius fratris Baſily à malo diuertunt, & ad bona ſe conuertunt, errantes ad viam rectam reducantur, malis verò eſt ipſa prædicatio terror, & virga furoris formidantibus de iudicio diuinæ vltionis, cam non obſtantibus & cæteris altis oportunis, & hoc à Clemeutia veſtra reportato, ipſi Ciues, Gens, & populi de bonis à Deo ſibi collatis, ad erectionem, conſtructionem, & totalem fundationem Conuentus huiuſmodi manus ſic porrigent adiutrices, quod ibi perenniter Deo, per fratres dicti Ordinis famulabitur, & opera caritatis exercebantur, omnídque bona inde ſubſequentur medio Clementia veſtra ſubſecutura, ex quibus, & tanti meriti particeps coram Deo, & hominibus efficiemini, indéque gloriam conſequemini ſempiternam. Conceſſum, vt petitur in præſentia Clementiſſimi Domini noſtri Legati, & committatur Domino Epiſcopo Bellicenſi, & Priori Petra Caſtri & vocatis vocandis procedatur vt petitur & locus aſſignetur extrà Ciuitatem. Datum Gebennis anno Domini M. CCCC. L. die vero prima Decembris. A. de Roncroyt pro Abbate ſancti Mauritij.

POVLIER

POVLIER DE L'EVESCHÉ DE BELLEY.

In Diocœsi Bellicensi Abbatiæ duæ.

Sancti Sulpitij. Et de Bons Monialium. } *Ordinis Cisterciensis.*

Prioratus octo.

Conziaci. Insmontis. } *Ordinis Cluniacensis.*

Sancti Geneſij. Sancti Benigni, alias ſancti Beron. De Spina. De Tenna vnitus Cartuſiæ Petræ-Caſtri. } *Ordinis ſancti Benedicti à parte Sabaudiæ.*

De Corbelino. De Ordinato, ſeu Ordonnax. } *Ordinis ſancti Ruffi.*

Monaſteria duo.

Cartuſianorum Petræ-Caſtri.
Carmelitarum Pontis Belli vicini, à parte Sabaudiæ.

ECCLESIÆ PARROCHIALES IN BEVGESIO.

Archipresbyteratus primus.

Eccleſiæ Parrochiales.	Sub vocabulo.	Patroni.
Bellicij	*S. Laurentij.*	*Vnita.* } *Capitulum Bellicenſe.*
De Brens	*S. Michaëlis.*	
De Arbigniaco	*S. Stephani.*	*Vnita.* } *R. D. Epiſcopus.*
De Pezieu	*B. Mariæ.*	
De Magniaco	*S. Petri.*	*Vnita.* } *R. D. Epiſcopus.*
De Billiaco	*S. Mauritij.*	
De ſancto Campo . . .	*S. Martini.*	*Vnita.* } *Archipreſbyter Bellicenſium.*
De Chaſtonod	*S. Mauritij.*	
D'Andert	*S. Symphoriani.*	*Vnita.* } *Dignitas Archipreſbyteratus Eccleſiæ Bellicẽſis.*
De Condon	*S. Theoduli.*	
De Chazey	*S. Verani.* . . .	} *Sacriſta Eccleſiæ Cathedralis Bellicenſis.*
De Bons	*S. Mauritij.*	*Vnita.* } *R. D. Epiſcopus.*
De Creſtieu	*B. Mariæ.*	
De Cuſieu	*Sancti Eugẽdi, & ſũt duo Curati.*	} *Decanus Bellic.*
De Maſſignieu	*S. Martini.*	*Vnita.* } *Cap. Bellicenſe.*
D'Eſtrieu	*S. Petri.*	
De Nattage	*S. Vincentij.*	*Vnita.* } *Cap. Bellicenſe, Prior de Ordinato.*
De Parues	*S. Petri.*	
De Chemillieu	*S. Andreæ.*	

Archipresbyteratus ſecundus.

De Conziaco . . .	*S. Sebaſtiani. S. Baudilli, ſeu Bauderij vulgò S. Boy.*	*Vnita.* } *Prior de Conziaco.*
Couſſomieu	*S. Apollinaris.* . . .	} *R. D. Epiſcopus.*
De Peyrieu	*S. Martini.* . . .	} *Prior Conziaci.*
De Preymeſel . . .	*B. Mariæ.*	} *Prior Conziaci.*
De Ambleone	*S. Deſiderij.* . . .	

S.Germani Parrochiarum.			*R. D. Episcopus.*
De Gilignieu.	*S.Syluestri.*		*Prior S.Benedicti.*
De Breguier.	*S.Ioann.Bapt.*		*Idem.*
D'Eziea.	*S.Mauritij.*		*Idem.*
S.Blasij Petra-Castri.		*Vnita.*	*R. D. Episcopus.*
De Balma.	*S.Mauritij.*		

Archipresbyteratus tertius.

De Contreuoz.	*S.Romani.*	*Vnita.*	*R. D. Episcopus.*
De Pugieu.	*B.Mariæ.*		
De Viriaco Magno.	*S.Romani.*	*Vnita.*	*R. D. Episcopus.*
	De S. Steph. viriaci Magni.		
De Rossilione.	*S.Petri.*	*Vnita.*	*R. D. Episcopus.*
De la Bourbenche.	*B.Mariæ.*		
De Ordonnato, vulgò Ordonnas.	*S.Anthonij.*		*Prior de Inimonte.*
De Inimonte, vulgò Inimont.	*S.Petri.*		
Darmis.	*S Eugeniæ.*		*Abbas S.Salpitij.*
De Primiliaco.	*S.Magdalenæ.*	*Vnita.*	
De Teyselieu.	*B.Mariæ.*		
D'Euoges.	*S. Martini, & S.Theoduli.*		*Abbas S.Ragniberti.*
D'Arandas.	*S.Petri.*		*Abbas S.Ragniberti.*
De Longacomba.	*S.Petri.*	*Vnita.*	*R. D. Episcopus.*
Dottiaz.	*S.Andreæ.*		
D'Argy.	*S.Mauritij.*	*Vnita.*	*Abbas S.Ragniberti.*
De Tenay.	*S.Andreæ.*		
De la Couz.	*S.Stephani.*		*Idem.*

IN SABAVDIA.

Archipresbyteratus quartus.

De Tenna.	*B.Mariæ.*		*Prior de Tenna.*
De Chenelu.	*S.Ioann.Bapt.*		*R. D. Episcopus.*
Dontex.	*S.Petri.*		*Prior de Burgeto.*
De Lucey.	*S.Stephani.*	*Vnita.*	*Prior Tenna.*
De S.Desiderio, vulgò S.Didier.			
De Billiennaz.	*S.Petri.*	*Vnita.*	*R. D. Episcopus.*
De Iongieu.	*S.Mauritij.*		
De Meyriea.	*B.Mariæ.*	*Vnita.*	*R. P. Episcopus.*
De Vertemex.	*S.Anthonij.*		
De sancto Paulo.	*Eiusdem Sancti.*	*Vnita.*	
De Treuoy.	*S.Sebastiani.*		
De Leysieu.	*S.Nicetij.*		*R. D. Episcopus.*
De S. Petro d'Aluey.	*Eiusdem Sancti.*		*R. D. Episcopus.*
De Treize.	*S.Mauritij.*	*Vnita.*	*R. D. Episcopus.*
De Villars.	*S.Martini.*		
De Interfessa, vulgò Entrefesse.	*S.Hugonis.*		*Prior Petra-Castri.*

Archipresbyteratus quintus.

De Verel.	*S.Ioann.Bapt.*		*R. D. Episcopus.*
De Dullin.	*S.Ioann.Bapt.*	*Vnita.*	*Cap. seu Sacrista Ecclesiæ Cathedralis Bellicensis.*
D'Ain.	*S.Laurentij.*		
D'Aiguebelleste.	*S.Andreæ.*		*Capit. Bellicense.*
De Lespin.	*SS.Trinitatis.*	*Vnita.*	*Cap. S.Theuderij, vulgò S.Chef.*
De S.Albano.	*N.*		

De

De Noaleiſe.	S.Ioann.Bapt.	Vnita.	R. D. Epiſcopus.
De Marcieu.	S.Martini.		
De Onctno.	S.Mauritij.	Vnita.	Et Archidiaconatui Bellicēſi annexa.
D'Attignas.	S.Vrſi.		
De la Boche.	B.Maria.		R. D. Epiſcopus.
De S.Benigno, vulgò S.Beron.			Prior eiuſdem loci.
De ſancto Franco.			Idem.
De Nances.	SS.Petr.& Blaſij.		R. D. Epiſcopus.

Archipresbyteratus ſextus.

De S. Maria.			R. D. Epiſcopus.
De Rapeforti, aliàs Rochefort.	Sancti Blaſij.		R. D. Epiſcopus.
De Belmont.	B.Maria.	Vnita.	Prior Petræ Caſtri.
De Tramoney.	S.Martini.		
De Gerbais.	S.Georgij.		R. D. Epiſcopus.
De S.Geneſio.	Eiuſdem Sancti.		Prior eiuſdem loci.
De Champaigneu.	B.Maria.		Cantor Eccleſiæ Cathedral. Bellic.
De Grezin.	Aſſumptionis B.Mariæ vnita Theſaurariæ Eccleſiæ Bellicenſ.		
De S.Mauritio.			
De Bredoria.	S.Petri.		Prior S.Benigni.
D'Aariſieu.	S.Laurentij.		R. D. Epiſcopus.

IN DELPHINATV.

Archipresbyteratus ſeptimus.

De S.Simphoriano.	Eiuſdem Sancti.	Vnita.	Prior Corbelini.
De S.Andrea de Aadino.			
De Aagaſta, vulgò Aoaſte.	Sancti Clari.		R. D. Epiſcopus.
De Corbelino.	B.Maria.		Prior eiuſdem loci.
De Granieu.	S.Blaſij.		Abbatiſſa S.Petri Lugdunenſ.
De S.Deſiderio.			Eadem Abbatiſſa.
De Ciers.	S.Petri.		Cap.S.Theuderij.
De Baain.	S. Iuliani.		Cap.Bellicenſe.
De Bochage.	S. Iuliani.		Cap.S.Theuderij.
De Veirin.	S.Ioannis.		Abbatiſſa S.Petri Lugdunenſ.
De Tuillin.	S.Ioannis antè Port.Lat.		Cap.S.Theuderij.

Archipresbyteratus octauus.

De S.Andrea Paludis.			R. D. Epiſcopus.
De Ponte Belli vicini.	B. M. & S.Clem.	Vnita.	Prior eiuſdem loci.
De S.Domecino.	Eiuſdem Sancti.		
De Fittilisco.	S.Petri.		R.P. Epiſcopus.
De Chimillin.	S.Laurentij.		Prior S.Geneſij.
De Romaigneu.	S.Chryſtophori.		Prior de Corbelino.
De S.Albino.			Prior S.Benigni.
De S.Ioanne D'Auellane.		Vnita.	Prior Pontis Belli vicini.
De Vaulſerre.	S. Martini.		
De Preſſin.	S.Euſebij.		Idem.
D'Anaux.	S.Hilarij.		Idem.

INFEVDATION DE LA SEIGNEVRIE DE BILLIA.

Monſieur de Bourgeois en a l'Original.

IN nomine Domini. Amen. Anno natiuitatis eiuſdem milleſimo treceteſimo, ſeptuageſimo tertio, indictione vndecima, die ſeptima menſis Ianuary. In Caſtro Ripollarum in Camera qua iacet ibidem Dominus noſter Comes infrà ſcriptus præſentibus viris potentibus Domino Gulielmo de Grandiſſono, Domino de ſancta Cruce, Girardo d'Eſtrés legum Doctore Cancellario Sabaudiæ, Bartholomeo de Chignino militibus, & Anthonio Barberi de Chambertaco Notario teſtibus ad infrà ſcripta vocatis ſpecialiter, & rogatis: Per hoc inſtrumentum publicum ſiat omnibus manifeſtum, quod conſtitutis perſonaliter in præſentia dictorum teſtium, & mei Notary infrà ſcripti Illuſtri, & magnifico Principe Domino noſtro Domino Amedeo Comite Sabaudiæ ex vna parte, & Amblardo Gerbaſij ciue Bellicenſi ex altera: Idem Dominus Comes ſollicita meditatione conſiderans grata, & laudabilia ſeruitia ſibi impenſa fideliter retroactis temporibus, per prænominatum Amblardum, & quæ ſibi, & ſuis ſperat impendi proceſſu temporis per eundem, cupiens vt aſſerit eidem Amblardo fauoris ſui, & gratiæ liberale teſtimonium relinquere, & apud eum quantùm eſt, & poſſibile eſt iuxta merita reſpondere, vt apud eundem Dominum Comitem atque ſuos in obſequendo fideliter feruentiùs inardeſcat, ſcienter, & ſponte de iure, & facto ſuis, in hac parte, vt aſſerit ſufficienter inſtructus pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis dat, donat, cedit, & concedit in feudum ligium, nobile, antiquum, & paternum, & quod habeat naturam feudi nobilis, antiqui, & paterni, & titulo, & ex cauſa donationis in feudum, cedit, tradit, mandat penitùs, atque tranſfert ture proprio in perpetuum ſub fidelitate, & homagio, prænominato Amblardo præſenti, ſtipulanti, & recipienti, ſuo, ſuorumque ſucceſſorum, & hæredum vtriuſque ſexus, nominibus quibuſcumque, eidem tanquam bene merito; vel cui dare, vendere, permutare, vel aliter alienare voluerit in teſtamento, vel extra, necnon pro ſepſem millibus florenis auri boni ponderis ad rationem quinque Francorum pro ſex florenis boni ponderis, quos idem Dominus Comes habuiſſe, & recepiſſe confitetur introgiorum nomine ſubſcriptorum manu Anthonij Barberij, de Chamberiaco Notarij, ſe tenens de ipſis plenariè pro contento, quittando ipſum Amblardum atque ſuos penitus de eiſdem; pactum ſolemne ſibi facieus quidquam vlteriùs non petendo pro eis, videlicet Caſtrum ſuum Billiaci, cum villis, villagiis, territorio, Caſtellania, mandamento, mero, mixto imperio, iuriſdictione omnimoda, alta, media, & baſſa, eorúmque, & ipſorum quolibet pleno exercitio, furchis, & inſtrumentis aliis quibuſcumque neceſſariis ad eandem, & quolibet eorundem hominibus, homagiis, fidelitatibus, Dominorum Aymonis Coci, Amedei de Caſtellione, Henrici de Copponay pro ſe, vel eius vxore militibus, liberorum Domini Petri de Caſtellione, & Amedei de Caſtellione Condomini de Dorchia, & aliis omnibus nobilibus, ignobilibus, franchis, ligiis, taillabilibus, cenſitis, redditibus, ſeruitiis, cenſis, vſagiis, tallis, feudis, retrofeudo, emphiteuſibus, vtilibus, & directis dominiis, pedagiis, gabellis, leydis, coruatis, ſeruitutibus, angariis, parangariis, furnis, molendinis, baptitoriis, aquis, aquarum decurſibus, fluminibus, portubus, pontonagiis, venationibus, piſcationibus, terris cultis, & incultis, pratis, vineis, nemoribus, ſyluis, & aliis omnibus, & ſingulis pertinentiis, appenditiis, & turibus vniuerſis Caſtri, Caſtellaniæ, territorij, & mandamenti prædictorum, & cuilibet eorundem, & quæ ſibi Domino Comiti pertinent, & pertinere noſcuntur in eis, & quolibet prædictorum quouis titulo, ſiue cauſa, ſine retentione quacumque præterquam feudum directum, Dominium, ſuperioritatem, & reſſortum in eis, & quolibet eorundem, de quibus taliter datis, & conceſſis in feudum dictus Dominus Comes, pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis Dominum Amblardum præſentem, & recipientem vt ſuprà, per vnius baculi traditionem quem deferebat in manu in feudum, ſub homagio, & fidelitate prædictis ſolemniter inueſtiuit ad habendum, tenendum, poſſidendum, ſruendum, exercendum, & quidquid ſibi, & ſuis placuerit perpetuo faciendum, ſaluis ſemper, & expreſsè reſeruatis dicto Domino Comiti, atque ſuis feudo directo, turibus feudi, ſuperioritate, reſſorto, homagio, & fidelitate prædictis, qua inueſtitura ſic facta, & recepta, ibidem in continenti dictus Amblardus ſciens, & ſponteneus, non vi, dolo, vel metu inductus, vel circumuentus, vt aſſerit, fecit, præſtitit, & recognouit fidelitatem & homagium cum debito iuramento dicto Domino Comite præſenti, & recipiente vt ſupra pro ſuis quibuſcumque, manibus eiuſdem Amblardi inter manus dicti Domini Comitis poſitis, & interuenientibus oſculo fidelitatis, & aliis ſolemnitatibus oportunis. Promitteus idem Amblardus, per iuramentum ſuum corporaliter ad Euangelia Dei ſancta præſtitum, ſub ſuorum obligatione bonorum mobilium, immobilium, præſentium, & futurorum quorumcumque fidelem eſſe perpetuò dicto Domino Comiti, ſtatum,

ſtatum, honorem, & commodum ipſius, & ſuorum vbique totis viribus conſeruare, ei ſeruire fideliter, & ligiè contrà omnes, & alia omnia, & ſingula facere, & præſtare fideliter erga ipſum, & ſuos, quæ fidelis vaſſallus, & homo ligius Domino ſuo ligio facere tenetur, & debet, & quæ in forma, & capitulis fidelitatis nouæ, & veteris ſunt contenta, feudúmque prædictum, partes ipſius, & ſingula iura eiuſdem quando fuerit ſuper hoc requiſitus declarare, recognoſcere, & ſpecificare in manibus mei Notarij infrà ſcripti vel alterius eiuſdem Domini Comitis commiſſary mandati, nihil iuris, actionis, proprietatis, Dominij, reclamationis, querelæ, vel dreyturæ in præmiſſis infeudatis, vel ipſorum aliquo penitùs retinendo prater ſuperiùs reſeruata, ſed in ipſum Amblardum ſtipulantem, & recipientem vt ſuprà transiferens, & tranſportans ex cauſa infeudationis præſentis, omnia iura ſua omnéſque ſuas actiones, perſonales, reales, meras, mixtas, Ciuiles, prætorias, vtiles, directas, & alias quaſcumque ſibi competentes, & competentia, & quæ ſibi competere poſſunt, & debent in omnibus, & ſingulis infeudatis, & aduerſus quaſcumque perſonas, & res, ſaluis ſemper directo dominio Domino Comiti atque ſuis ſucceſſoribus in poſterum, itavt à modo in antea dictus Amblardus, & ſui perpetuò ſucceſſores eiſdem iuribus, & actionibus in iudicio, & extrà vti, agere, & experiri valeant, quibus, & quemadmodum dictus Dominus Comes ante infeudationem præſentem, vti, agere, & experiri valebat, ſaluis ſemper dicto Domino Comiti ſuperiùs reſeruatis, conſtituens ſe dictus Dominus Comes omnia, & ſingula prædicta in feudum conceſſa precario nomine dicti Amblardi poſsidere, donec ipſorum poſſeſsionem corporalem, vel quaſi fuerit apprehenſus, quam apprehendendi, & retinendi authoritatem, & licentiam omnimodam ſibi contulit, atque dedit, nullius alterius authoritate, vel licentia ſuper hoc expectata, ſeu poſtulata, quaſquidem donationem, & conceſsionem in feudum, necnon omnia, & ſingula ſuprà, & infrà ſcripta dictus Dominus Comes pro ſe, & ſuis heredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque promiſit, pepigit, & conuenit dicto Amblardo recipienti vt ſuprà per iuramentum corporaliter ad Dei Euangelia ſancta præſtitum, ſub ſuorum obligatione bonorum mobilium, immobilium, præſentium, & futurorum quorumcumque rata, grata, firma, valida, & irreuocabilia habere perpetuò, tenere, attendere, & inuiolabiliter obſeruare nunquam contrà per ſe, vel per alium facto, conſenſu, auxilio, vel fauore, facere, vel venire, nec contra venire volenti in aliquo conſentire, aut præbere conſilium, auxilium, vel fauorem, neque impedimentum aliquod in eis apponere, vel apponi facere quoquomodo, ſed prædicta omnia, & ſingula in feudum conceſſa (provt ſuprà) eidem Amblardo, atque ſuis perpetuò ſucceſſoribus manutenere, garentire, & defendere ab omnibus, & contra omnes in iudicio, & extra ſuis propriis ſumptibus, & expenſis, ſéque opponere defenſorem legitimum, & in ſe ſuſcipere omnes lites, & quæſtiones, ſi quis dictum Amblardum, aut ſuos perpetuò ſucceſſores in prædictis datis, & conceſsis, vel aliquo eorundem inquietaret, moleſtaret, vel aliter perturbaret, aut cauſam, vel occaſionem moueret ſuper eis, vel aliquibus ipſorum ſibíque, & ſuis de euictione teneri, & erga ipſum Amblardum, & ſuos facere, & præſtare in cauſa, & caſu euictionis vniuerſalis, & particularis, quod debet fieri, & præſtari, litem, ſeu lites huiuſmodi viriliter proſequi, vſque ad finem earum iudicibus, & audientiis quibuſcumque reficere, & reſeruare dicto Amblardo recipienti, vt ſuprà omnia damna, grauamina, intereſſe miſsionis, & expenſas, quæ, quod, & quas dictus Amblardus, vel ab eo cauſam habens, & habiturus in poſterum faceret, incurreret, vel ſuſtineret quoquomodo pro prædictis non obſeruatis, & impletis vt ſuprà. Mandant, & præcipient ſuprà dictus Dominus Comes tenore præſentis inſtrumenti, Magiſtris, & receptoribus computorum ſuorum, Baillino, Iudici, Procuratori Bellicenſi, Bugeſij, & Noualeſia, vniuerſíſque, & ſingulis hominibus, vaſſallis, feudatariis, emphyteutis, nobilibus, ignobilibus, & ſpecialiter dicti Dominis Aymoni Coci, Amedeo de Caſtellione, Henrico de Copponay militibus, liberis Domini Perreti de Caſtellione, & Amedeo de Caſtellione eondomino de Dorchia, franchis, taillabilibus, cenſitis & aliis eius ſubditis quibuſcumque Caſtri, & Caſtellania prædictorum, & quæ ſibi debent, & in antiquo tenentur præmiſſorum occaſione, vel cauſa, provt ad eum pertineat quomodolibet, quatenus prædicta omnia, & ſingula firmiter attendant, & obſeruent, nihil in contrarium faciant, vel attentare præſumant, ſed prædicta omnia in feudum conceſſa vt ſuprà, & eorum ſingula dicto Amblardo, & ſuis manuteneant, & defendant per ipsúmque Amblardum, emolumenta, redditus, & obuentiones Caſtri & Caſtellunia prædictorum, exigi, leuari, & percipi, & eis vti, & gaudere pacificè faciant, & permittant abſque impedimento quocumque: de noſtris computis infeudata prædicta, & ipſorum ſingula provt de ipſis fuit hactenus, omnino detrahant, & deducant, & in omnibus, & ſingulis fidelitatibus, homagiis, redditibus, ſeruitiis, tallis, curuatis, iuriſdictionibus meri, & mixti imperij, actionibus, & omnibus aliis, & ſingulis ad quæ eidem Domino Comiti ante præſentem infeudationē tenebātur, prædictorū infeudatione, vel aliquorū ex ipſis occaſione, vel cauſa ſoluant, reſpondeant, ſatisfaciant, & recognoſcant, pareāt, & obediāt prænominato Amblardo provt,

& quemadmodum eidem Domino Comiti ante præſentem contractum ſoluere, ſatisfacere, recognoſcere, reſpondere, parere, & obedire tenebantur, de quibus eidem Amblardo taliter recognito, dictos homines, feudatarios emphyteutas, & alios ſuprà dictos, & ſingulos ipſorum uliquu tenentes, & debentes de feudis prædictis, vel aliquibus ipſorum hæredéſque, & ſucceſſores ipſorum, ac bona eorundem ex nunc, prout ex tunc dictus Dominus Comes ſoluit penitus atque quitcat cum pacto ſolemni, & valido, de quibúſque pro eis vel ipſorum aliquo non petendo. Renuncians ipſe Dominus Comes in hoc facto, ex ſua certa ſcientia, & non per errorem per ſuum prædictum iuramentum omni actioni, exceptioni doli mali, metus, dictarum inueſtitura, promiſſionis, obligationis, dictorúmque florenorum non habitorum, & non receptorum, & omnibus aliis, iuri Canonico, & ciuili, quo contra prædicta vel ipſorum aliquu poſſet facere, vel venire, & iuri dicenti generalem renuntiationem non valere niſi præceſſerit ſpecialis, de quibus dicta partes, & vtraque ipſarum vnum, & plura inſtrumenta publica tenoris eiuſdem fieri voluerunt ad opus ipſius Amblards, & ſuorum ſucceſſorum per me Notarium infrà ſcriptum ſigillo maiori dicti Domini Comitis ad requiſitionem ipſarum partium vel alterius ipſarum roboranda.

TRANSACTION ENTRE LE SIRE DE VILLARS, ET ANTHOINE DE CRANGEAG SEIGNEVR DE CHASEY, pour les limites des terres de Loyes, & de Chaſey.

Extraite de la Chambre des Comptes de Daufiné.

NOTVM ſit vniuerſis, & ſingulis præſentibus, & futuris, quod cùm lis, quæſtio, & debatum verterentur, maioréſque verti ſperarentur inter excelſum, & potentem Baronem Dominum Humbertum de Thoire, de Loyes, & de Villars, & nobilem Anthonium de Crangeac militem Dominum Chaſeti parte ex altera, de & ſuper limitibus, & bonis Caſtrorum, & iuriſdictionum dictorum Dominorum de Loyes, & de Chuſey, & pluribus aliis debatis, & quæſtionibus inter Caſtellanos, & Officiarios locorum prædictorum, quorum occaſione multa requeſta, miſiones, pignorationes, gagiamenta, damnáque illata, & alia inſequuta fuerint, hinc inde à parte contra partem, liſque penderet indeciſa eorum ſpectabili Conſilio à Domino noſtro Comite Sabaudia ſtatuto Camberiaci ſuper quibus præfati Domini de Thoire, & de Chaſey, volentes de præmiſſis ad bonam pacem, & veram concordiam deuenire, ſe ſubmiſerunt in potentes viros Dominos Dominum Odonem de Rubeomonte militem electum pro parte dicti Domini de Thoire & nobilem virum Dominum Ioannem Dominum de Corgenon militem etiam electum à parte Domini de Chaſey prout prædicta omnia, & ſingula dicti Domini de Rubeomonte, & Corgenonis aſſerunt, & confitentur, coram Notario, & teſtibus infrà ſcriptis fore vera. Hinc eſt quod ſuprà dicti Domini Odo de Rubeomonte, & Dominus Corgenonis volentes prædicta debata ad bonam pacem deducere, & finem debitum ſuper dictis debatis imponere, ad locu debatorum prædictorum ſe perſonaliter cum pluribus aliis ſecum ſtantibus tranſtulerunt, & viſo loco ipſorum debatorum priùs authoritate data ab vtraque parte contrahentium decidendi eorum debata in tantùm quantùm eorundem quemlibet contingit volenter ad pronuntiatum eorundem Dominorum de Rubeomonte, & Corgenonis, & arbitrium remanere, tanquam ſi eſſet eorum lis eorum competenti iudice deciſa, ipſóque loco diligenter viſitato, habita priùs deliberatione, cum pluribus fide dignis viſiſque nonnullis informationibus ſuper eorum debatis, & quæſtionibus factis ab vtraque parte de, & ſuper præmiſſis debatis, & quæſtionibus pronunciauerunt, & ordinauerunt in præſentia noſtra, & teſtium ſubſcriptorum prout tenor ſequitur qua eſt talis. In primis, quòd bona pax, verus amor, ſimiliſque concordia ſit, & remaneat de catero inter dictos Dominos de Loyes, & de Chaſey eorúmque ſucceſſores & officiarios homines, & ſubditos ex nunc in antea occaſione prædictorum. Item quod limites, & termini & bonnæ diuidentes iuriſdictiones Caſtrorum prædictorum de Loyes, & de Chaſey ſuper quibus debata, & differentia extiterane, quia ante hanc ordinationem limites, & termini affixi tempore lapſo dictas iuriſdictiones diuidentes non legitimè apparebant, quo caſu eorum lis fuit orta, præterea ſint, & eſſe debeant ex nunc & in antea perpetuò iſti qui ſequuntur, & primò à parte ſolis ortus citrà Indis fluuium accipiendum, à quodam termino lapideo exiſtente, & affixo in loco vocato de Raſurno antiquo domus de Chaſſania propè & iuxta Indis fluuium tendendo contra Caſtrum Seruetæ, & ad furcas iuriſdictionis dicti loci Seruetæ & inde tendendo inferiùs vſque ad quendam locum vulgariter appellatũ Chambroyard, & ab ipſo loco ſemper tendendo contrà Caſtrũ Chaſeti per magnam

ieet

iter publicum tendens de Caſtro Galliardi ad ipſum locum Chaſeti, vſque ad tres lapides affixos hodie in Campis, & inde ab ipſis lapidibus ſemper deſcendendo inferiùs vſque ad quendam locum appellatum le Boyſſet, & ab ipſo loco tendendo ſemper inferiùs à parte Occidentali vſque ad curſum aquæ dicti fluminis Indis, & exinde ſemper inferiùs tendendo per curſum aquæ dicti fluminis Indus vſque ad quendam lapidem appellatum Pierre Roſſe exiſtentem in dicto flumine Indus. Item dixerunt, & ordinauerunt prædicti Domini quod omnia ſeruitia vtilia, & directa Dominia, cenſus, redditus, homines homagia, tam ex parte de Loyes, quàm de Chaſey, & alia iura quæcumque dictis Dominis quibus ſuprà nominibus infrà dictos limites, tam in proprietate, quàm in poſſeſſione, & pertinentiis valentia pertinere quoquomodo ipſis Dominis dictis nominibus, & ſuis in perpetuum ſalua, & ſeruata remaneant, non obſtante ſuprà dicta ordinatione, reſeruata, & ad hoc excluſa tantùm & in perpetuum. Item pronunciauerunt dicti Domini de Rubeomonte, & Corgenonis quod dicti Domini de Villars, & de Chaſey, ipſorum officiary, homines & ſubditi ſint quitti, & immunes remaneant vni erga alios de, & ſuper omnibus, & ſingulis gagiamentis, pignoribus, damnis, miſtionibus, & intereſſe quocumque hinc inde occaſione prædictorum ſeu aliàs, à parte contrà partem, & eiuſdem officiarios, homines, & ſubditos quolitercumque factis, & impenſis, ità quod vna pars, ſeu officiary, homines, & ſubditi ulteri parti, nec alia alij prædictorum occaſione emendet quomodocumque, nullâque damna petere poſſit deinceps quoquomodo, quam pronunciationem, & ordinationem, præfati Domini de Loyes, & de Chaſey, & omnia ſuperiùs deſcripta, & de verbo ad verbum per me Petrum Piſcatoris eiſdem lecta, & declarata coram Notario ſubſignatis mecum ſtipulantibus, & teſtibus infrà ſcriptis laudanerunt, approbauernnt, & confirmauerunt, promiſerúntque dicti Domini per iuramenta ad Sancta Dei Euangelia corporaliter præſtita omnia, & ſingula ruta habere, & contra non venire, nec velle in futurum venire. Pronunciatum, & datum Chaſeti ante fores Caſtri prædicti Domini Chaſeti anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſecundo die decima ſexta menſis Iulij, præſentibus ibidem Nobilibus Viris, Iounne Mareſcalli Domino Meximiaci, Percuallo de Moyria, Gulielmo de Chiel, & Guidone de Foreſta militibus. Signé Piſcatoris.

LIMITATION DES TERRES DE CHASTEAVNEVF; ET DE LOMPNES.

Tirée de la Chambre des Comptes de Sauoye.

NOS Philippus Comes Sabaudiæ, & Ludouicus Dominus Bellijoci, notum facimus vniuerſis præſentes litteras inſpecturis; quod cùm diſcordia, ſeu quæſtio verteretur inter nos, & gentes noſtras, ad inuicem, ſuper limitatione, ſeu diuiſione mandamentorum, ſeu miſtidictione Caſtrorum Lompnarum, Viriaci, & Caſtrinoui. Nos cupientes hinc, & inde ad inuicem, prædictam diſcordiam decidi, & ſopiri, poſuimus amicabiles compoſitores, nos dictus Comes pro parte noſtra Dominum Hugonem Tſardi militem, & ego dictus Dominus Bellijoci Dominum Girardum de Lauges militem pro parte noſtra, ad limitandum, & diuidendum fideliter mandamentum Caſtri de Lompnes, mandamentum Viriaci, & etium Caſtrinoui, qui milites facta diligenti inquiſitione, per probos, & antiquos homines dictorum mandamentorum hinc, & inde, & diligenti deliberatione ſuper habita, mandamenta Caſtri de Lompnes, quod eſt noſtri Comitatus prædicti Viriaci, & Caſtrinoui, quæ ſunt ipſius Domini Bellijoci limitauerunt, & diuiſerunt, per terminos infrà ſcriptos, ità quòd à dicto terminis verſus Lompnes, ſit, & remaneat mandamentum Lompnarum, & ab aliis partibus ſint, & remaneant mandamenta Viriaci, & Caſtrinoui. Primus autem terminus eſt ſolum de Proſa, & protenditur directè ad Goletum de Doures, & indè per viam veterem, vſque ad introitum de Maſtieres, & indè per Syrtem directè vſque ad Molare de Duigracos, & indè directè vſque ad fontem prati de Cunillias exceptis omnibus pratis quæ ſunt vltra dictum fontem de Cunillias, vſque ad pratum quod dicitur Crotpans, vſque ad puſſum de la Sauge. Et eſt ſciendum quod Dominia noſtra, videlicet noſtri Comitis, & Domini Bellijoci, quæ habemus à muro veteri de Meyrtuco, vſque ad fontem de medio Priuni, & inde vſque ad petram Gringerbiam, & à petra de Veyriaco, vſque ad crucem ſancti Mauritij: non intendimus per hanc limitationem eſſe limitata, nec declarata, ſed remanent in eodem ſtatu, in quo erant ante confectionem præſentium litterarum: Nolumus etiam nos prædicti Comes, & Dominus Bellijoci ex prædictis limitutione, & diuiſione alicui perſonæ in vſu, proprietute, & poſſeſtione ſua aliquod præiudicium generari, ſed cuilibet alij ius ſuum ſaluum remanere, & illeſum, & per nos etiam eis conſeruare, in cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda. Datum apud Bellicium, die Subbuthi, in octaua omnium Sanctorum, anno Domini 1281.

ESCHANGE ENTRE CHARLES-EMANVEL DVC DE SAVOYE, ET RENE'E DE SAVOYE MARQVISE de Baugé des terres de Riuoles, & Chaſteauneuf.

Tirée de la Chambre des Comptes de Sauoye.

AV nom de noſtre Seigneur, & Redempteur IESVS-CHRIST. Amen. L'an de la natiuité d'iceluy mil cinq cens huictante deux en la diaieſme indiction, & le premier iour du mois de May, fait à Thurin dans le Palais de l'Archeueſché, & dans la Chambre de ſon Alteſſe, en preſence d'Illuſtre Seigneur Meſſire Dom Amé de Sauoye Donné de Sauoye, Marquis de S. Rambert, & de S. Germain d'Amberieu, grand Prieur de Sauoye de la religion, & milice des SS. Maurice, & Lazare, Capitaines de Cheuaux legers, & Cheualier de l'Ordre de Monſeigneur, Meſſire Federic de Ferrieres, Marquis de Romagnan, Seigneur de Caſaualon, grand Maiſtre de Sauoye, auſſi Cheualier de l'Ordre, de Meſſire Balraſar de la Rauoire, Seigneur de la Croix, Cheualier Barou de Chatanſonay Conſeiller d'Eſtat, Iean-François Berliet ſieur de Chiloup, Conſeiller d'Eſtat, & Preſident en la Chambre des Comptes de Sauoye, & de Meſſi e Iean Baptiſte Benedetti, Philoſophe, & Mathematicien de ſon Alteſſe, teſmoins connos, à ce requis, & appellés. A tous ſoit notoire, & manifeſte, comme ainſi ſoit, que tres-haut, tres puiſſant, & ſereniſſime Prince Monſeigneur Charles Emanuël par la grace de Dieu Duc de Sauoye, Prince de Piemont, & noſtre Souuerain Seigneur, auroit fait recherchet Illuſtre Dame, Dame Renée de Sauoye Marquiſe de Baugé, de luy ceder, & remettre, le Comté, Chaſteau, & iuriſdiction de Riuoles, par la particuliere affection qu'il porte audit Riuoles pour eſtre le lieu de ſon heureuſe naiſſance, à quoy acquieſçant tres-volontiers ladite Dame Marquiſe, pour le deſir qu'elle à toujours eu de complaire en tout, & par tout à ſon Alteſſe, auroit eſté en premier lieu conuenu, & arreſté entre leſdites parties, que ſadite Alteſſe bailleroit à ladite Dame Marquiſe en recompenſe du reuenu dudit Riuoles, ſix cens eſcus d'or de reuenu annuel, en ſemblable iuriſdiction, authorité, prerogatiue, & preeminence que ledit Riuoles, & en outre pour le Chaſteau autres trois cens eſcus d or, de reuenu annuel, & quatre mille eſcus ſemblables pour vne fois, ſur quoy auroyent eſté paſſés diuers contracts, l'vn de l'vnziéme de Mars de l'année prochainement paſſée mil cinq cens huictante vn, & l'autre du dixiéme de May de ladite année, teçeus par moy Notaire, & Secretaire de ſon Alteſſe ſoubſigné, deſquels neantmoins leſdites parties, pour quelques bonnes cauſes, & conſiderations ſe ſoyent departies reſpectiuement, meſmes ladite Dame Marquiſe, pour toujours ſe conformer, & condeſcendre aux commodités, & volontés de ſon Alteſſe, & obeyr à ſes commandemens comme ſa tres humble ſujette, & ſeruante, & ſeroyent venués, à nouueau traitté, accord, & autre permutation, & eſchange comme s'enſuit. Pource eſt-il, que pardeuant moy Notaire, & Secretaire de ſon Alteſſe ſoubſigné, & les Seigneurs teſmoins ſuſnommés Perſonnellement eſtably tres-haut, tres-puiſſant, & ſereniſſime Prince mondit Seigneur Charles Emanuël par la grace de Dieu Duc de Sauoye, Prince de Piemont noſtre Souuerain Seigneur d'vne part, & Illuſtre Dame Renée de Sauoye Marquiſe de Baugé d'autre, leſquels bien informés des ſuſdits contracts d'eſchange, & permutation par iceux paſsés cy deſſus deſignés, & reçeus par moy comme deſſus eſt dit, & de tout ce qui s'en eſt enſuiuy pour eux, & les leurs, hoirs, & ſucceſſeurs quelconques, ont renoncé auſdits contracts de permutation, & eſchange, voulans, & declairans par certes, qu'ils demeurent nuls, & de nul effet, car ainſi entre eux à eſté conuenu, & accordé, & par nouuelle permutation, nouuelle conuention, & accord perſonnellement eſtablie ladite Dame Marquiſe de Baugé, laquelle pour elle, & ſes hoirs ſucceſſeurs quelconques, à cedé, quitté, & remis, ainſi que par ce preſent elle cede, quitte, & remet à tres haut, tres-puiſſant, & ſereniſſime Prince, Monſeigneur Charles-Emanuël par la grace de Dieu Due de Sauoye, Prince de Piemont noſtre Souuerain Seigneur, preſent, ſtipulant, & aeceptant, & moy dit Notaire, & Secretaire, pour luy, ſes hoirs, & ſucceſſeurs quelconques, ledit Chaſteau, terre, Seigneurie, & iuriſdiction de Riuoles, fonds, fruits, reuenus, dependances, & appartenances quelconques d'iceluy, & generalement tout ce qui compete, & appartient à ladite Dame du Comté de Riuoles, ſans rien ſe retenir, en la meilleure forme, que ceſſion, quittance, & remiſſion ſe peut, & doit faire, & mondit Seigneur, & Prince Souuerain en contreſchange, & pour recompenſe de ladite quitration, remiſſion, & ceſſion dudit Chaſteau de Riuoles, cede, quitte, & remet comme deſſus, à ladite Illuſtre Dame, Dame Renée de Sauoye Marquiſe de Baugé, preſente, & acceptante pour elle, & ſes hoirs, maſles, femelles, & ſucceſſeurs quelconques, ou qui auront d'elle, ou d'eux cauſe, de maniere que les femelles vne, ou pluſieurs excluſes puiſſent ſucceder perpetuellement, à ſçauoir les Chaſteaux, terres, Seigneuries, & iuriſdictions de Chaſteauneuf, & de Virieu le Grand ſituées en Valtomey, fiefs, hommages, main-mortes, cens, ſernis, prés, terres, vignes, foreſts, moulins, tuileres, cours d'eaux, peſches, chaſſes, & autres biens, & droits quelconques dependans deſdites terres, & Seigneuries, & la grand vigne ſize à Treyſſerne, auec ſon preſſoir, tinage, & dependance, tout ainſi que à preſent en iouyt le fermier qui l'à aſcensé de Meſſieurs de la Chambre des Comptes de Sauoye, dependante du Chaſteau du Bourget, ſelon ſes vrays confins, ancienne, & mixte impere & omnimode iuriſdictiõ. Sçauoir ledit Chaſteauneuf pour deux mille trois cens vint florins. Virien le Grand pour douze cens florins, & ladite vigne ſize à Treyſſerue pour huit cens florins monnoye noſtre de Sauoye de reueno annuel, & pour le ſurplus deſdits neuf cens eſcus de reuenu, faiſant l'entiere recompenſe dudit Riuoles, la maiſon, vigne, & terres de la Caſſine de Madame de Raconis dite Emanuëlle aſſiſe aupres du Pau, auec ſes vignes, terres, prés, bois, & toutes ſes appartenances & dependances en la meſme maniere, & ſous les meſmes confins, comme les tient, & poſſede de preſent ladite Dame de Raconis, & comme la tenoit, & poſſeduit ſadite Alteſſe, auparauant qu'elle la donnat à feüe Madame la Comteſſe de Pancalier, & de S. Triuiet, mere de ladite Dame de Raconis, & ainſi comme la tenoit, & poſſedoit ladite Dame Comteſſe de Pancalier, & de S. Triuiet, & quatre mille eſcus d'or d'Italie faiſant partie

du

dixerint, vel ſi aliquod ſalcimentum ſecerint in ſeptem ſolidos Viennenſes Domino teneantur, & Burgenſi ademẽdam. Similiter ſub eadem francheſia & continetur, quod Dominus de Thoire, & de Villars Dominus Montisregulis, antequàm Burgenſes dictæ Villæ teneantur promittere eſidelitatem: primò tenetur ipſe Dominus pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus ipſis Burgenſibus iurare ſuper ſancta Dei Euangelia cum decem Militibus ſe prædictam francheſiam, & libertatem confirmare, cuſtodire, & tenere, ſicut in præſenti ſcripto continetur, & firmiter, ac inuiolabiliter obſeruare. Item Dominus de Thoire, & de Villars, Caſtellanus, vel præpoſitus ipſius, ſeu aliquis pro eo, vel nomine ipſius, non poteſt capere, vel capi facere, nec ſayſire, ſeu ſayſiri facere per ſe, vel per alium aliqua bona mobilia vel immobilia alicuius Burgenſis defuncti pro aliquo maleficio, vel delicto, ſeu qualibet alia occaſione, vel cauſa niſi ſuper eiſdem idem Burgenſis in vita ſua conuentus fuerit, vel conuictus, & quod tale fuerit delictum, ſeu maleficium, vel alia occaſio, quod perſona Burgenſis prædicti, & res eius ſecundum tenorem priuilegiorum præſertim debeant ad manus Domini deuenire. Si verò ſayſina aliqua facta fuerit, per Caſtellanum, vel præpoſitum, vel per alium nomine Domini de Thoire, & de Villars, ad inſtantiam alicuius ſuper aliquibus rebus, quàm citò partes concordauerint ſuper illa ſayſina ſic facta, ex tunc in ante præpoſitus deſayſire teneatur ſine dono, & mercede res ſayſinatas ad inſtantiam ipſius eas ſayſiri fecerit, recepto tamen iuramento ſuo, & Domini. Si quod habet ex prædicta ſayſina. Si aliquis latro captus fuerit in terra de Thoire, & de Villars, & furatus fuerit res alicuius Burgenſis Montisregalis, & confeſſus fuerit quòd res ipſius Burgenſis furatus eſt, reddantur eidem Burgenſi ſi extant, ſi non extunt, de bonis ipſius latronis ſi habeat aliqua bona, furtum reſtituatur. Si quis Burgenſis obierit, & teſtamentum fecerit, & executores ordinauerit, & habeat filios, vel filias, dicti filij, vel filiæ maritentur de conſilio executorum & parentum Burgenſis defuncti, & ſi deceſſerit inteſtatus: filij vel filiæ debent maritari ad conſilium quatuor Burgenſium de villa ſautoris conſilij, & parentum, & amicorum Burgenſis defuncti mandato, vel conſenſu Domini de Thoire, & de Villars ſuper hoc minimè requiſito. Si Burgenſis filiam ſuam maritauerit de dote ſua debet eſſe contenta, & nihil poteſt nec debet petere in hæreditate paterna, vel materna niſi eidem relictum fuerit, vel niſi eidem aduentauerit eſcheuta: alius liberis dumtaxat vno vel pluribus exiſtentibus Burgenſis prædicti. Si Miles, vel quilibet extraneus debeat debitum alicui Burgenſi Montisregalis, præpoſitus, vel alius de familia Domini debet tre cum creditore, vel ſine creditore ſine aliqua contradictione, & ſine dono, & mercede ad gagiandum debitorem, & eum gagiare. Si Burgenſis vxorem ſuam percuſſerit ſeu vulnerauerit Dominus non debet inde recipere clamorem, nec emendam petere, vel leuare niſi ipſa ex illa verberatura moriatur, ſi quis Burgenſis petram, baculum, vel aliud ſimile eiecerit, vel leuauerit, & ille contrà quem prædicta facta ſunt percuſſus fuerit, ſi clamor inde fiat tenetur Domino in ſeptem ſolidis Viennenſibus pro emenda, & ipſi contrà quem prædicta facta ſunt iniuriam ad dictum duorum Burgenſium emendare, ſi verò clamor inde non fiat, Burgenſi, Domino, vel Baillius ſuis in aliquo non tenetur. Si Burgenſis Montisregalis aliquem percuſſerit in die fori, vel in die nundinarum eiuſdem Villæ, nihil plus ex illa iniuria debet, quod deberet ſine foro, & nundinis prædictis. Cum aliqua domus, terra, pratum, vinea, nemus, ſeu qualibet alia pignora, mobilia, vel immobilia vendita per forum Villæ Montisregalis ſubhaſtata fuerint, Baillui, vel eorum familia per ſe, vel per alios emere ea non poſſunt, nec debent, ſcu aliqua de prædictis pignoribus retinere, nec habere, nec facere retinere. Burgenſi bonæ famæ, & laudabilis opinionis per ſcriptæ ſuæ, & ſiue ſcriptus uſque ad centum ſolidos Viennenſes debet fides adhiberi per iuramentum ipſius. Si Burgenſis Montisregalis facit teſtumentum in ſcriptis vel ſine ſcriptis, & facit hæredem, retinet pro anima ſua aliquam ſummam pecuniæ, ſeu aliqua immobilia, Dominus exinde aliquas laudes, vel venditiones, non debet habere, vel percipere, niſi teſtator præceperit ea vendere, vel aliqua de eis, & de re vendita habebit Dominus laudes, & venditiones. Si quis Burgenſis pro debito, quod ſibi debetur ſayſierit aliquam rem, domum, agrum, vineam, pratum, vel aliud mobile, vel immobile authoritate Domini, primus ſayſitor debet primò ſolui integrè de debito ſuo, niſi priùs ipſa res eſſet alicui alteri obligata & de reſiduo alij ſayſitores, & occaſione ipſius ſayſinæ Dominus, vel Baillius eius nihil poteſt petere à ſayſitore, vel ab eo contrà quem facta eſt ſayſina. Burgenſes Montisregalis poſſunt alter alterum gagiare per fora, & nundinas dictæ Villæ pro debitis ſuis cum aliquo familiari Domini, & in hoc nihil poteſt petere Dominus, vel Baillius eius. Si aliquis Burgenſis Montisregalis aliquod pignus, mobile, vel immobile, vendiderit, vel vendi fecerit in foro, vel nundinis dictæ Villæ & ille contrà quem, vel propter quem, vel alter pro eo infrà quadraginta dies non appellauerit de venditione pignore facta contrà ipſum, ſeu quicquam rationis contrà ipſum, ſeu quicquam rationis contrà dictam venditionem dixerit, deinceps nullatenus audiatur ſuper prædictis. Item Caſtellanus, vel præpoſitus, vel aliquis de familia Domini non frangunt, nec capiant, nec donent panem piſtorum, vel piſtoriſſarum propter paruitudinem panis, vel aliquam aliam ingratitudinem, niſi de conſilio trium Burgenſium, qui cùm præpoſito videant, & iudicent quid de pane illa ſit agendum. Si Miles, vel quilibet alius aliquem Burgenſem Montisregalis ſuper aliquo repoſſeſſio-

nem quam tenet ab eo ad ſeruitium impediat, vel perturbet, & Burgenſis offerat ſe daturum idem impedienti idoneam cautionem de ſtando iuri, & ille nolit deſiſtere à perturbatione ipſius, per Dominum de Villars debet illud impedimentum, & perturbatio impediri. Burgenſis Montisregalis non debet trahere in cauſam aliquem Burgenſem eiuſdem Villæ extrà curiam Montisregalis nec in ipſa curia ſtare iuri niſi ſit cauſa matrimonialis. Itè aliquis qui non eſt in ætate diſcretionis in clamore, vel emenda Domino, vel eius Baillivo non tenetur. Qui de nocte extrà horam inuenerit aliquem in domo ſua ſine igne, & habet illum ſuſpectum, poteſt capere ipſum per ſemet, & ſine auctoritate Domini, & mandato, & ſi ſe defendat, contrà Dominum eius domus, & ipſe Dominus, vel aliquis de familia ſua vulneraverit ipſum in captendo eundem, Domino, vel eius Baillivo propter hoc in aliquo non tenetur, & ipſum captum reddere debet Caſtellano, vel præpoſito. Aliquis Burgenſis non tenetur aliquem de familia ſua pro aliquo furto ſibi facto, capere, nec retinere, licet eum in furto inuenerit, & in hoc Domino, vel Baillivo eius in aliquo non tenetur, Dominus de Villars, & de Thoire non poteſt, nec debet inquirere ſuper rebus immobilibus Burgenſis Montisregalis, niſi de voluntate Burgenſis contrà quem inquiſitio debet fieri. Si quis Burgenſis Montisregalis commiſerit aliquod delictum pro quo debeat condemnari & res ipſius ad manus Domini deuolui, creditores ipſius primo debent ſolui de debitis ſuis quæ debeat eiſdem ante delictum perpetratum de rebus immobilibus ipſius delinquentis, & ſi non habet immobiles de rebus mobilibus ſolui debeat, in aliis autem minutis clamoribus habet Dominus tres ſolidos Viennenſes, & non plus. Agricolæ autem Montisregalis ſunt Burgenſes Villæ, & in eadem franchefia ſunt, quæ, & alij Burgenſes, & eodem gaudent priuilegio, quo, & alij, exceptis cenſit, & ſeruitiis, quæ debent Domino de Thoire, & de Villars, vel alicui alij ratione terrarum ſuarum, & non tenentur in coruatis aliquibus niſi proprio Domino de Thoire, & de Villars, & pro proprio ſuo hoſpitio, & nulli alij, & etiam ipſi Domino non tenentur in coruatis, niſi in talibus quales conſueuerint eidem facere à decem annis vſque ad feſtum Paſchæ, currente anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſeptimo. Omnes autem conſuetudines approbatas, & obtentas in franchefia Villæ, & extrà, quæ in præſenti ſcripto, & extrà minimè narrantur approbamus, & etiam confirmamus, iubentes, & expreſsè præcipientes quod quicumque pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris in terra de Thoire, & de Villars iudex ſeu cognitor cauſarum curiæ noſtræ pro tempore fuerit, Caſtellanus, ſeu præpoſitus Villæ Montisregalis vniuerſa, & ſingula ſuprà dicta dictis Burgenſibus dictæ Villæ Montisregalis, firmiter obſeruent, & quod ipſe iudex, ſiue Baillivi, nihil petant à partibus coram ipſis litigantibus pro habendo conſilio ſuper cauſis eorundem. Banna autem Villæ Montisregalis à parte Orientali durant vſque ad Pontem Petræ, à parte Occidentali vſque ad fontes ſuper curtile Ioannis dicti Ronchette, à parte Meridionali vſque ad motas, à parte Septentrionali vſque ad pratum ſuprà molendinum vetus, hæc autem omnia, & ſingula quæ ſuperius dicta ſunt promittimus Nos prædictus Humbertus Dominus de Thoire, & de Villars dictis Burgenſibus, & ſucceſſoribus eorum pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris ſub præſtito iuramento coram decem militibus, firmiter, inuiolabiliter, & in perpetuum cuſtodire, & contra ea, vel aliquid ex eis, quæ ſuperiùs dicta ſunt per nos, vel per alium facto, vel verbo, conſenſu, vel auxilio in iure, vel extra aliquatenus de cætero non facere nec venire, nec alicui contra venienti in aliquo non conſentire, in quorum omnium teſtimonium præſens priuilegium prædictis Burgenſibus tradimus, & concedimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum Id. Aprilis anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſeptimo.

Les franchiſes d'Aſpremont, de Brion, & de ſainct Germain d'Amberieu contiennent la pluſpart des choſes mentionnées en celles-cy, & pour les franchiſes de la Ville de Poncin elles ſont pareilles à celles-cy en tout, & par tout, c'eſt pourquoy nous les auons retranchées auſſi bien que les autres.

ERECTION DE LA SEIGNEVRIE DE MONTREAL EN COMTÉ.

Tirée de la Chambre des Comptes de Sauoye.

EMANVEL-PHILIBERT par la grace de Dieu Duc de Sauoye, &c. A tous preſens, & à venir, ſalut. Comme la principale recompenſe que puiſſent, & doiuent eſperer de leur Prince, les bons & loyaux vaſſaux de noble ſang; & de cœur genereux eſt le teſmoignage honnorable qu'il rend d'en eſtre ſatisfaict, auſſi l'vn de ſes premiers ſoins doit eſtre de non ſeulement les aduantager par aucuns bienfaits mais auſſi de les decorer de quelque titre, dignité, & preeminence, par leſquels eux ſoyent deuement reconnus de leurs ſeruices, & les autres par tels exemples animez, & encouragez

gez à les imiter tant plus viuement. Ce que nous voulans mettre en execution à l'endroit de noſtre treſcher, Bien-aymé ; & feal Conſeiller d'Eſtat ; & Preſident en noſtre Senat de Sauoyé ; & Chambre des Comptes, tant de ça que de là les Monts Auditeur general de Camp Meſſire Lonys Oddinet Baron de Montfort, Comte de Conſiens, & en ayans eſté par pluſieurs fois ; & dés long-temps bien ; & deüement informés, tant par teſmoins de bonne, & grande qualité, & autres dignes de foy comme auſſi par anciens titres eſtans en nos Archiues ; notamment par le teſtament de feu de tres-heureuſe memoire, Amé I. Duc de Sauoye noſtre tres-honnoré Seigneur, & predeceſſeur, & autres des ſeroices notables à eux faits par le Pere dudit Baron de Montfort, & autres ſiens predeceſſeurs, tant du coſté paternel, que maternel deſquels non ſeulement il n'a degeneré, mais procedant de bien en mieux s'eſt dés dix ans en ça qu'il eſt à noſtre ſeruice continuellement employé en iceluy, ſoit prés, & à la ſuite de noſtre perſonne tiere nos eſtats ; & aux voyages qua nous auons fait hors d'iceux en France, Alemagne, ou Italie, ſoit à l'exercice de ſes offices ſuſdits, & autres charges extraordinaires que nous luy auons données, pour enſemblement auec nos autres miniſtres procurer la reſtitution de cette noſtre ville de Thurin, & autres pluſieurs, qui nous eſtoient encor detenuës, aux fins dequoy, & pour autres nos affaires tres-importans, il auroit fait preſque infinis voyages ; non ſans grand trauail, & par fois hazard de ſa perſonne, & nonobſtant les guerres, & troubles qui lors eſtoyent en aucunes des Prouinces ; ou il conuenoit d'aller, auroit vſé de telle diligence, & ſe ſeroit comporté tant à noſtre eôtentement, comme les fruits qui en ſont prouenus le peuuêt demonſtrer: Sçauoir faiſons, que nous voulans de plus en plus reconnoiſtre ſa vertu, & merite, & par meſme moyen faire qu'auec plus de dignité il puiſſe adminiſtrer les charges, en quoy nous l'employerons par cy apres, & eſtans bien infotmez, que la terre, iuriſdition, & mandement de Montreal dont nous luy auons vendu la mieux valuë dés le 25. Auril de l'année 1566. & icelle à luy infeudé pour luy, & les ſiens, & ayans de luy cauſe ; eſt d'aſſez bonne eſtenduë ; & dans laquelle il y a vne ville dudit nom de Montreal, de laquelle ſe meuuent pluſieurs beaux fiefs, ayans auſſi eſgard, que ledit Baron de Montfort a de ſon ancien patrimoine vn aſſes bon reuenu : duquel ; & des bien-faicts qu'il a receu de nous outre ceux qu'il eſt pour receuoir il peut honnorablement s'entretenir, & ſupporter les frais requis pour ſouſtenir l'eſtat, & tang de Comte. Pour ces cauſes, & autres bonnes conſiderations à ce nous mouuans. Eu ſur ce l'aduis de noſtre Conſeil d'Eſtat, auons de noſtre propre mouuement pure liberalité, certaine ſcience, plaine poiſſance, & authorité Souueraine, icelle terre, Seigneurie, & iuriſdiction auec ſes appartenances, & dependances, erigé, creé, & eleué, & par ces preſentes erigeons, creons, & eleuons, en titre, dignité, nom, & preeminence de Comté, pour par ledit Baron de Montfort, ſes hoits ſucceſſeurs, & ayans cauſe en ioüir, & vſer, ſous le nom, & titre de Comté, ſuiuant l'infeudation, que nous luy en auons des-ja faite par ladite vente, & preualuë plainement, paiſiblement, & perpetuellement. Voulons que luy, & les ſiens ſuſdits, & ayans de luy cauſe ſoyent tenus, diis, cenſés, reputez, & appellez Comtes d'icelle Comté de Montreal, en iooyſent, & vſent en pareils, & tels droicts de Nobleſſe, authorité, priuileges, prerogatioes, & preeminences, tant en fait de guerre, aſſemblées de Nobles, & Seigneurs, & armoiries qu'autrement, comme en ioüiſſent, & vſent, & ont accouſtumé ioüir, & vſer les autres Comtes de nos pays, & eſtats : auſſi que tous les vaſſaux, & autres tenans quelque choſe noblement, & totutierement, de ladite terre, iuriſdiction, & mandement de Montreal quand feront à l'aduenir leurs hommages, bailleront leurs quatners, aduens, denombremens, & declarations audit Sieur de Montreal, ſes Succeſſeurs, & ayans cauſe, tels qu'ils eſtoient tenus, & accouſtumez les bailler cy-deuant, les lent faiſent ; & baillent au nom, & titre de Comte ; & ſemblablement leurs reconnoiſſances, & tous autres actes : les reputans, tenans, honnotans, & nommans Comtes dudit Comté de Montreal, lequel auec ſes appartenances, & dependances ledit Baron de Montfort, ſes Succeſſeurs, & ayans cauſe, tiendront, & reconnoiſtront de nous en titre de Comté. Voulons auſſi, & nous plaiſt que pour l'exercice de la iuſtice, & iuriſdiction dudit Comté, iceluy Baron de Montfort, & ſes Succeſſeurs Comtes, puiſſent ordonner, inſtituer, & eſtablir vn Iuge d'appeaux, par deuant lequel ſoyent decidées, & introduites toutes les appellations qui ſeront emiſes, & interjettées de ſon Iuge ordinaire, lequel & tous officiers, & offices à ce appartenans, puiſſe ledit Baron de Montfort, & ſes Succeſſeurs audit Comté ordonner, inſtituer, & eſtablir vn Iuge d'appeaux pour adminiſtrer iuſtice audit Comté, ainſi qu'il a eſté cy deuant accouſtumé, & a eſté, & eſt ordinairement practiqué par les autres Comtes de noſdits Eſtats, & pays de là les Monts, & generalement ioüiſſent, & vſent dudit Comté comme deſſus eſt dit. Enſemble de tous les droits, actes prerogatiues, honneurs, & preeminences appartenantes, & qui en dependent, & dabondant auons permis, & permettons audit Seignent de Montfort, & aux ſiens, de pouuoir pour luy, & les ſiens ſoſdits ſubinfeuder la iuriſdiction ſur vne, oo pluſieurs des Parroiſſes, ou villages dudit Comté à tels, ou telles de nos vaſſaux, & ſojets toutefois originaires que bon luy ſemblera, auec la connoiſſance des cauſes qoi ſeront meües par deuant les Iuges, ou autres officiers deputez par ceux de noſdits vaſſaux, & ſujets, a qui ſera faite telle ſubinfeudation, par laquelle pourra ledit Baron de Montfort ſe reſeruer, & à ſes officiers la connoiſſance de la premiere inſtance ſur les hommes, & fiefs, qo'il aura riete ladite ou leſdites Parroiſſes, ou villages, & à ſon Iuge d'appeaux la connoiſſance en ſeconde inſtance de toutes leſdites cauſes decidées en premiere inſtance par ledit premier Iuge, & d'appoſer autres conditions telles que bon luy ſemblera, pourueu qoe par icelle ne ſoit derogé au droit de ſouueraineté, fiefs, hommages, & connoiſſance en dernier reſort, à nous, & à noſtre Senat de Sauoye reſeruez. En outre voulans en toutes choſes traitter, bien, & fauorablement, ledit de Montfort, comme iournellement nous connoiſſons, que bien, fidellement, & à noſtre gré il s'employe à noſtre ſeruice. Nous luy auons accordé voulons, & nous plaiſt, que pour l'exercice de la iuſtice, & iuriſdiction de ſa Baronnie de Montfort il poiſſe outre le Iuge, & autres officiers ordinaires qu'il a riere icelle conſtituer, & deputer vn Iuge d'Appeaux par deuant lequel ſoient introduites, & decidées, toutes les appellations, qui ſeront emiſes de ſondit Iuge ordinaire lequel Ioge d'Appeaux, Greffier en icelle iudicature, & tous autres officiers, & offices à ce appartenans, poiſſe ledit Baron de Montfort eſtablir & conſtituer en ſa dite Baronnie comme les Comtes de noſtre dict Pays de Sauoye & autres de là les Monts ſont en leurs Comtez. Voulans que pour ce regard ladite Baronnie aye les meſmes preeminences que les Comtes de noſtre dit Pays de Sauoye & d'icelles ioüiſſent tant ledit Baron, qu'autres ſiens Succeſſeurs, ou ayans de luy cauſe en ladite

Baronnie,

Baronnie, riere laquelle pourra ſemblablement ledit Baron de Montfort ſubinfeuder la Iuriſdition ſur vne, ou pluſieurs Parroiſſes de ladite Baronnie ; ou bien ſur les hommes, & fiefs & à tel, ou à tels de nos vaſſaux mutefois ſujets ordinaires que bon luy ſemblera, auec la coonniſsance en premiere inſtance des cauſes, qui ſeront meües par deuant les Iuges & autres officiers deputez, par ceux de noſdits vaſsaux ou ſujets à qoi ſera faite telle ſubiofeudation, par laquelle pourra ledit Baron de Montfort reſeruer à ſes officiers ordinaires la coonoiſſance en premiere inſtance, ſur les hommes, & fiefs, que luy, ou autres par luy nommez auront ladite, ou leſdites Parroiſſes, ainſi ſubinfeudées, & à ſoo Iuge d'Appeaux la connoiſſance eo ſeconde inſtance de toutes les cauſes decidées en la premiere par deuant leſdits Iuges des autres a qui il aura ſubinfeudé, & luy permettons d'appoſer aux ſubinfeudatioos, autres conditions telles que bon luy ſemblera, pourueu que par icelles ne ſoit derogé au droit de Souueraineté, foy, hommage, & connoiſſance en dernier reſſort à nous, & à noſtre Senat de Sauoye reſeruez touſ par le premier contract de vente, & infeudation de la iuriſdiction de Montfort ; & erection en titre de Baronnie en datte du 10. Mars 1563. comme par nos patentes, & declarations du . . . . . leſquelles pont l'abſence, ou autres occuparions dudit de Montfort pour noſtre ſeruice dont nous ſommes aſſez informez, & par ce le releuons de preuue, o'ayans peu eſtre preſentées ny verifiées dans l'an apres la coofection d icelles nous voulons eſtre à preſent. Nonobſtant le laps de temps dont auſſi nous auons releué ledit de Montfort. Si donnoons en mandement par ces meſmes preſentes à nos treschers bien amés, & feaux Conſeillers nos Gens tenans noſtre Senat, & Chambre des Comptes audit Pays de Sauoye & autres nos Iuges, iuſticiers, & officiers, leurs Lieuteoans, & chaſcun d'eux ſi comme appartiendra que nos preſentes lettres d'erection de Comté, & autres Chefs en icelle contenus, ils verifient, fothetiner, gardent, & obſeroent, faſſent verifier, intheriocr, garder, & obſeruer, & d'icelles, & de tout leur contenu ledit Baron de Montfort, ſes Succeſſeurs, & ayans cauſe ioüir, & vſer plainement, & paiſiblement, ſans qu'il leur ſoit fait, ou donné aucun trouble, deſtourbier oo empeſchement ao contraire. Car tel eſt noſtre vouloir nonobſtant quelconques choſes à ce contraires. Eo teſmoio dequoy auons ſigné Ces preſentes de noſtre main, & icelles fait ſceller de noſtre ſeel accouſtumé. Donné au Bourget lés Chambery le 22. Iuillet 1570. Signé Emanuel-Philibert. Et plus bas Caluze.

INFEVDATION DE LA SEIGNEVRIE DE MORNAY.

Monſieur de Vologna en a l'Original.

LVDOVICVS Dux Sabaudiæ, Chablaſij, & Auguſtæ, Sacri Romani Imperij Princeps, Vicariúſque perpetuus, Marchio in Italia, Comes Pedemontium, & Baugiaci, Valentinenſíſque, & Dienſis. Vniuerſis modernis, & poſteris ſerie præſentium fiat manifeſtum; quod cum fidelis dilectus Miles Dominus Hugoninus Alamandi filius defuncti Egregij Militis Domini Petri Alamandi, Dominus Caſtri Arbenci in terra Montanea, in tractatu infeudationis, & ante illam per ſanctiſſimum Dominum noſtrum Dominum Felicem V. in Romanum Pontificem electum Genitorem meum metuendiſſimum, velut Ducem Sabaudiæ, de loco, Villa, Caſtellania, mandamento, & cæteris ſolitis pertinentiis vniuerſis Arbenci ſibi facta, eidem ſanctiſſimo Domino Genitori meo in excambium tradiderit pariter, & remiſerit Caſtrum, Villam, Caſtellaniam; & mandamentum Morneaci eum ſuis ſolitis pertinentiis ad hoc præcipuè, vt ſub manu ipſius Domini Genitoris mei, qui plura de pertinentiis ipſius Caſtri de Mornay hactenus diſtracta, & diuerſimodè alienata potiùs redimi valerent, & reintegrari etiam conditione illa expreſsè adiecta, quod quotieſcumque ipſe Dominus Hugoninus prædicta, Caſtrum, Villam, Caſtellaniam, & mandamentum Morneaci, quæ de ſua Matris proprio matrimonio exiſtebant ſibi poſtularet reſtitui, quod ipſe Sanctiſſimus Dominus Genitor meus, vel ſus ad huiuſmodi liberam remiſſionem fiendam tenerentur cum omnibus de illius Caſtri pertinentiis prouentibus, & emolumentis, receptis etiam, cum omnibus, quæ de pertinentiis ipſius Caſtri de Mornay redimerentur, ſimilibus pretiis quibus per ipſum Dominum Genitorem meum reempta veraciter reperirentur, conſtantibus litteris ſuper hoc per dilectum fidelem Secretarium noſtrum Franciſcum Fabri ad Cantellum ſub anno milleſimo quatercenteſimo trigeſimo ſexto, & die in eiſdem literis deſcripta receptis, regiſtratiſque, ſed non confectis, gradatim autem ipſe Dominus Genitor meus ipſum locum, & pertinentias Arbenci eidem Domino Hugonino validè, & non fictè tacito huiuſmodi excambio de nouo infeudauerit, ſub introgio trium millium ducatorum conſtantibus aliis litteris ſuis patentibus per eundem Secretarium receptis, confectis, & expeditis ſub eodem anno, & die viceſima prima Septembris, quarum vigore litterarum ipſe Dominus Hugoninus poſſeſsionem ipſius loci, & pertinentiarum Arbenci aſſequutus fuit, & adhuc tenet corporalem, nihilominùs ſemper, & hucvſque huiuſmodi Caſtro cum pertinentiis de Mornay, ſub nomine ipſius Domini Genitoris mei remanente, ad hoc præcipuè, vt ſub illius manu alienata, & diſtracta de pertinentiis eiuſdem potiùs, & faciliùs redimerentur, provt ſucceſsiuè ipſe Dominus Genitor meus redemit à dilecto fideli noſtro Petro Mercerij certos redditus, pretio octies viginti decem nouem florenorum cum dimidio parui ponderis conſtante publico inſtrumento per dilectum fidelem noſtrum

noſtrum Gulielmum de Rupetula Notarium publicum Commiſſarium, & receptorem extentarum ipſius loci deputatum die decima ſexta menſis Ianuarij anno M. CCCC. XXXIX. receptoi cum autem ipſe Dominus Hugoninus, & Reuerendiſſimus in Chriſto Pater amicus noſter ſpecialiſſimus Dominus Ludouicus Alamandi Cardinalis Arelatenſis eius patruus nobis ſuppliciter requiſierint vt huiuſmodi Caſtrum, & pertinentias Morneaci, cum omnibus preyſiis, & emolumentis eiuſdem perceptis eidem Domino Hugonino reddere, & reempta eodem pretio remittere ſecundùm conditionem ſuprà adiectam dignaremur, ecce quòd nos attendentes laudabilia ſeruitia, per ipſum Dominum Hugoninum eiuſque predeceſſores, & ſignanter per dictum Domianm Cardinalem Arelatenſem eius patruum prefato ſanctiſſimo Domino Genitori meo, & nobis multipliciter impenſa, & qua iugiter impendere non deſinit, volentes preterea eidem Domino Hugonino, ſui, & ſuorum predictorum exigentia meritorum pro meritis reſpondere, & bonam fidem agnoſcere, etiam contemplatione prefati Domini Cardinalis eius Patrui, qui apud nos ſedulò ſuper hoc interceſſit, idcircò matura Conſilij noſtri deliberatione prahabita, ex noſtra quoque certa ſcientia, & voluntate ſpontanea pro nobis, ac noſtris haredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis, etiam de iuſſa, & expreſſo mandato prefati ſanctiſſimi Domini noſtri Papa ſic fieri iubentis citrà ſemper quamcumque derogationem predictã per nos facta infeudationis dicto Domino Hugonino, & ſuis de dicto loco Arbeaci & eius pertinentiis ſub introgio trium millium ducatorum, cui per hac elidere non intendimus, predicta Caſtrum, Caſtellaniam, & mandamentum Morneaci cùm ſuis ſolitis iuriſdictione, hominibus, homagiis, fidelitatibus, nobilibus, & ignobilibus, feudis, retrofeudis, directis, & vtilibus Dominiis, canonibus, ſeruitiis, cenſis, redditibus, tallis, ſucceſſionibus, gardis, coruatis, angariis, parangariis, rachetis, & facultatibus rehabendi, caterſque pertinentiis vniuerſis, videlicet prout, & quemadmodum illa omnia idem Dominus Hugoninus, & ſui predeceſſores hactenùs tenebant, & exercebant, & ad eos ſpectabant tempore dicta facta permutationis, & ad nos quoquomodo prout nunc pertineant & ſpectent vigore eiuſdem tradimus, cedimus, & totaliter remittimus per preſentes memorato Domino Hugonino preſenti, ac pro ſe, ſuiſque haredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque cum gratiarum actione ſtipulanti, & recipienti ſub eodem homagio nobili, & ligio ſuperioritateque, & reſſorto, ad quæ ipſo Dominus Hugoninus, & ſui ibidem Predeceſſores erga nos, & magnificos Dominos de Villars, a quibus in hac parte eanſam habemus, propterea erant, & reperiebantur obnoxij, & aſtricti, preterea affectantes ipſum Dominum Hugoninum ſuorum huiuſmodi exigentia meritorum vbertori gratia pertractare, vt quantò noſtra munificentia preſidio ſe nouerit fiuceriùs pertractatũ, tantò fidelitatis obſequio erga nos ſe iugiter exhibeat promptiorem, eidem Domino Hugonino preſenti, ac pro ſe, & ſuis predictis vt ſuprà ſtipulanti cedimus, transferimus, & perpetuò remittimus omnes redditus cenſus, & ſeruitia annualia, videlicet tàm bladi, pecuniæ, quàm alterius cuiuſcumque ſpeciei, vnà cum omni iure, & dominio directo rerum, & poſſeſſionum ſuper quibus illa ſeruitia debeneur, qua ipſe ſanctiſſimus Dominus Genitor meus vt premittitur redemit, in, & de pertinentiis dicti Caſtri, & loci Morneaci à prefato Petro Mercerij, necnon quidquid iuris actionis, rationis, partis, proprietatis, querela, demanda aſſignationis, obligationis, aut alterius reclamationis ipſe Dominus noſter ad cauſam dicti Petri Mercerij habebat, haberéque poterat, & debebat, ac ſibi quomodolibet competere poſſent tàm apud Mornay, Nyruel, Nat, Santona, Entria, Perrignia quàm apud Vers, & alibi tàm in redditibus, & ſeruitiis, quàm aliis qua fuerunt, & proceſſerunt à predictis Dominus de Moruay prout de eiuſmodi reemptione conſtat publico inſtrumento per dictum Gulielmum de Rupetula vt pra narratur accepto, vnà etiam cum omnibus preyſiis, obuentionibus, & cæteris annuis valoribus, qua per Caſtellanos in ſuprà ſcripto loco de Mornuy per ipſum Dominum Genitorem meum, & nos à dicta permutatione citrà appoſitos quomodolibet recepta fuerunt, & vlteriùs omnes compoſitiones, & extentarum emolumenta dicto durante tempore ibidem facta, & tractata per dictum Gulielmum de Rupetula Commiſſarium extentarum per nos ibidem conſtitutum, nihil penitùs in illis retinendo niſi dumtaxat ſubſidia, qua pro ipſo Domino noſtro, & pro nobis impoſita fuerunt, & promiſſa per ipſum ſanctiſſimum Dominum noſtrum Genitorem meum vt ſuprà à dicto Petro Mercerij reempta eidem Domino Hugonino, & ſuis predictis remiſimus, tàm ſui ac ſuorum prauarratorum exigentia meritorum, quàm etiam pro, & mediantibus, ducẽtis florenis auri parui ponderis per eum in manibus ipſius ſanctiſſimi Domini Genitoris mei realiter ſolutis, deueſtientes nos Dux prefatus de predictis per nos vt ſuprà remiſſis, & predictum D. Hugoniaum vt ſuprà ſtipulantem per traditionem vnius Dagua inueſtientes iure tamen feudi, fidelitatis, homagij, directi, feudi, dominij, ſuperioritatiſque, & reſſorti in premiſſis ſemper ſaluis, cedentes, & remittentes eidem D. Hugonino, & ſuis, in vim, & augmentum huiuſmodi, feudi, omnia reachata, facultates reemendi, caterdque iura, actiones, & rationes qua, & quas habere poteramus in eiſdem ratione excambij predicti, ità quòd illarum vigore redimere poſſit experiríque, & proſequi etiam cauſas tàm inchoatas proſequi, & finire, prout nos poteramus ante remiſſionem preſentem, quoniam ipſum, & ſuos in illis loco noſtro ſubrogamus promittentes propterea pro nobis, & noſtris predictis bona fide in verbo principis predicta omnia, & ſingula rata, grata, & firma habere, & nũquàm cõtrà facere, dicere, vel venire, clam vel palã tacitè, vel expreſsè quouis exquiſito colore mandantes inſuper vniuerſis, & ſingulis, hominibus, nobilibus, &

ignobilibus, feudatariis, emphiteotis, & tenementariis prædicti Castri, & loci Morneaci, quatenùs præfato Domino Hugonino, & suis prædictis de cætero homagient, homagiáque, & fidelitates, præstent, pareant, reddant, respondeant, recognoscant, & intendant, velut Dominis dicti loci pront, & quemadmodum faciebant, & facere tenebantur antè excambiam suprà narratam, & nobis antè præsentem remissionem, quoniam huiusmodi fidelitatibus, & recognitionibus sic per eos præstitis de illis ipsos soluimus, & quittamus per præsentes ac etiam prædicto Gulielmo de Rupetula Commissario dicti loci Morneaci, quatenùs omnes, & singulas informationes, recognitiones, instrumenta, documenta, iura, & obligationes, dominia, iurisdictionem, & alia dicti Castri Morneaci concernentia, & ad illud spectantia, tàm præfati Domini Genitoris mei, quàm nostri nominibus eidem tradita, quàm per eundem Commissarium eisdem nominibus recepta facta, & grossata, vnà cum omnibus, & singulis censibus, redditibus, obuentionibus iuribus, & emolumentis quibuscumque per dictum Commissarium tractatis, exactis, & recuperatis ad causam dicta commissionis, & dicti Castri Morneaci, eidem Domino Hugonino tradat, & expediat in dilatè, quibus sic traditis, & expeditis ipsum Gulielmum de Rupetula, & suos de eisdē soluimus, & perpetuò quittamus per præsentes, necnon dilectis fidelibus, præsidenti Magistrisque, & receptoribus computorum nostrorum, quatenùs huiusmodi in augmentum feudi, remissionem ac litteras nostras præfato Domino Hugonino, & suis prædictis protinùt obseruent illæsas, & in nullo contrà faciant, vel opponant, nec Commissarium vel Castellanos præfatos urceant ad nobis de illis quomodolibet computandum sed illa per eos eidem Domino Hugonino faciant integraliter tradi, & de illis plenariè responderi, si autem aliqua ex eiusmodi per nos remissis iam in computis nostris fuerint incorporata, illa de ipsis Domanio, & Compatis detrahant quæ nos etiam detrahimus regulis, & constitationibus ipsorum Computorum nostrorum fortè in contrarium editis non obstantibus quibus quoad hec derogamus, ac derogatum esse volumus per præsentes. Datum Lauzannæ die 16. Iunij anno Domini M. CCCC. XL. Per Dominum præsentibus Dominis Petro Marchandi Cancellario, Ludonico Domino Racconisij Marescallo Sabaudiæ, Ioanne Domino Choatagniæ, Amedeo de Chalant, Ioanne de Saxo, Bartholomeo Chabodi Præside, Anthonio de Draconibus, Anthonio de Bolomerij, & aliis.

LEGENDE DE SAINCT AMAND
Fondateur de Nantua.
Extraite du Breuiaire de Nantua.

IGITVR Beatus Amandus paraam reperiens insulam cui vocabulam est Chanelaas iuxta Scaldim fluuium aliquantis diebus cum fratribus spiritualibus ibidem Christo militeare studuit, sed verbi Dei contemptores perbienninm ferè ingens attriuit plaga, itaùt domus, & agri in solitadinem assent redacti, necnon etiam vici, & castra destruerentur nullisque penè in his regionibus remaneret, qui virum Dei contempserat prædicantem, nec multò post post cum à fratribus, quos ob animarum caram per diuersa reliquerat loca rogaretur, vt eos præsentia sua visitaret, & vt verbi sacri pabulo reficere dignaretur, tandem prece accepta peruenit ad eos, audiuitque ab eis, Gentem quam Vacceiam antiquitas appellauit, quam nunc appellant VVasconiam nimio errore deceptam, itaùt augariis, vel omni errori dedita idola pro Deo coleret, quæ gens circà Pyrenæos saltus per aspera, atque inaccessibilia diffusa erat loca, fretáque agilitate pugnandi frequentes fines occupabat Francorum.

Vir autem Domini Amandus, eorum misertus errorem enixè laborare cœpit vt eos à Diaboli renocaret seruitio, dum autem eis verbum Domini prædicaret atque Euangelium annunciaret salutis, vnus è ministris assurgens, lenis, & lubricus nec non, & superbus, aptóque etiam cachinnans risui verba quæ vulgus Mimilogum vocat, seruum Christi detrahere cœpit Euangeliúmque quod prædicabat pro nichilo ducere, sed mox eadem hora arreptus à Dæmone, miser propriis se cœpit manibus lanare, atque coactus publicè confiteri, quòd ob iniuriam quam Dei irrogauerat seruo hec perpeti mererctur, sicque in ipso constitutus tormento spiritum exhalauit extremum, illis autem adhac in eorum cœcitate permanentibus, dum vir sanctus ad alia demigraret loca, peruenit ad quandam ciuitatem, vbi cum ab Episcopo ciuitatis illius honorificè fuisset susceptus, & ei hospitalitatis more Episcopus aquam manibus funderet, secretiùs præcepit ministro, vt eandem aquam in qua vir Dei manus abluerat, diligenter in sacrario Ecclesiæ custodiendam deportaret quòd ità factum est: præfatus namque Antistes ciuitatis satis fidens extitit, quod eadem viri Dei benedictio salutem fidelibus restituere posset, eodem quoque tempore homo cœcus sedebat ante fores templi mendicans, qui multo iam tempore corporalem amiserat visum, ad quem ciuitatis ipsius Episcopus ait, ô homo si habes fidem ablue oculos tuos ex aquæ in qua vir Dei Amãdus abluit manus confido enim quòd per ipsius sanctitatem, pristinam consequaris salutem, cúmque idem cœcus oculis ex eadem aqua abluisset, statim iubẽte Deo pristinũ recepit visum, ità vt omnia clarè videret; his ità factis, idem vir Domini Amandus in fines remeauit Francorum.

Elegitque

Elegitque ſibi locum prædicationis aptum, in quo cùm fratribus qui cum eo per diuerſas prouincias multas pro Chriſti nomine perpeſſi ſunt paſſiones ædificauit Cœnobiũ, atque ex eiſdem fratribus plures poſtea vidimus, Abbates ſeu honorificos viros, temporibus igitur Mauritij, & Phocæ Cæſarum rediens à prædictis Vaccenſibus, & Pyrenæis montibus: ſanctus Dei Amandus luſtratis pænè finibus Francorum flagitans ſecretum reperire locum, in quo ſolitariam vitam ducere poſſet, liberiúſque Deo vacaret tandem deuenit in quandam Ciuitatulam, nomine Orindiuſem ſitam in finibus Lugdunenſium decentiſſimè turribus eminentibus circumſeptam, quæ deinceps à Sarracenis, & Vandalis, & Gothis, vſque ad ſolum deſolata atque diruta eſt, habebat autem hæc vrbs à Septentrione montem quendam nomine Helnon, ex cuius nomine omnis circa Regio Helnonenſis vocabatur, in cuius cacumine Caſtrum inſigne quadruto lapide, & polito conſtructum habebatur, munitio, & defenſio vrbis circa cuius ambitum apparet grata planicies, fœcunda paſcuis, aquis irrigua, nemoribus conſita, ſaltu decora, venationi, atque piſcationi commoda, in quam inſtauunt duo Aluei Onix, & Lengia, ab Aquilonali verò parte Mons Dunicus circuncingebat eam, ſimili modo copioſo munimine oppugnatus.

Extra cuius gyrum quidam collis proſpiciebatur quem reducto paululùm ſinu in aquo complanabat natura, per quem ſinuus diſcurrens planiciem, vocabulo Merulus, ab alpibus progrediens Biſido curſu nando meat, in quoddam ſtagnum iuxta poſitum præſtans incolis piſcium non modicum quæſtum, quæ etiam trijugis montium cacuminibus protegebatur, ſcilicet Dunico, Ibico, Heenco, præterea fons perlucidus ab rupibus perfluens ſaluberrimis irrigat aquis, cuius vocabulum hactenùs vicus omnino retinuit, quem locum vir Sanctus quaſi à Deo ſibi cœlitus offerretur amplectens, cituto gradu in Franciam rediens Childericum adiit Regem, peteus humiliter quatenùs prænemoratum municipium ad conſtruendum Monachorum largiri dignaretur: nam adeò remotus & ſecretus erat commeantibus, vel itinerantibus, vt niſi venandi gratia nullus ibi diuerteret hoſpes. Præterea paucos ruricolas inibi degentes, qui ex contignatis lignis tam dudum Baſilicam in honorem Andreæ Apoſtoli ibi ædificauerant, quod Rex libentiſſimè annuit, dediſque ei Rex Childericus filius Lodouci, & frater Theodorici poſtulatum locum Nantoacum, qui & alio vocabatur nomine ſecundum Regionis nuncupationem videlicet Helnone, in quo vir Dei ſagaci ſtudio cæpit ædificare Cœnobium non ambitionis gratia ſed ob animarum ſalutem.

Mummulus autem præfata Orindinſis vrbis Antiſtes valde ſerebat moleſtè, quod idem vir Dei eundem locum impetrauerat à Rege, inuidiæque facibus actenſus ipſum virum Dei extinguere conabatur, miſiſque agilibus viris, iuſſit vt virum Dei contemptibiliter à loco ipſo iniuriis affectum eiiceret, aut certè in eodem puniret loco, veniente ſéque ad eum miniſtri ſimulato dolo dixerunt, quod ei locum aptum ad conſtruendum Monaſterium oſtenderent, tantummodo cum illis illuc properare deberet. ſed eorum fallacia reuelante Deo latere non potuit, cúmque eum ad prædictum locum ducere ſimularent, non inſcius vir Dei Amandus quo in loco eum interimere diſponerent: tandem peruenerunt ad ſupercilium montis ſupra iacente ſtagno, vt eum ibi capite truncarent: vir tamen Domini ſuis hoc indicare noluit, quia ad martyrium libentiſſimè properabat, ſed ſubita orta tempeſtas pluuia, grandiníſque omnem illius montis locum tenebroſa obtexerunt nubes, ita vt apparitores qui ad interficiendum eum fuerant miſſi amiſſo lumine nihil penitus viderent, ſpémque vitæ iam nullam habentes proſtrati pedibus ſancti viri veniam poſtulabant, & vt eos vivos abire ſineret humiliter precabantur, tunc vir Dei ad conſueta recucurrit præſidia, ſcilicet ad orationum auxilia profuſiſque vberrimè lachrymis tam diu orationi incubuit, donec reddita ſerenitate, lumine etiam recepto apparitores non abſque metu, vel ſtupore ad propria reuertercntur, talitérque perculſis miniſtris vir Domini mortem incolumis euaſit.

Nec illud quoque præterire putaui, quod Presbytero quodam nomine Herchengiſilo atque fideli viro narrante didici, quadam die dum vir Domini Amandus in pago Beluacenſi verbum Domini prædicaret peruenit ad quendam locum cui vocabulum eſt Roſſonco ſecus Oronnam fluuium, erátque ibi mulier cæca quæ longo iam tempore amiſſo lumine nihil præter tenebras agnouerat: ingreſſus autem vir Domini domum illius cæpit percunctari ab ea, qualiter ei hæc cæcitas euenisſet, reſpondítque illa quod non ob aliam cauſam ei cæcitas ipſa euenit, niſi quod auguria, vel idola ſemper coluerit, inſuper oſtendit & locum in quo prædictum idolum adorare conſueuerat, ſcilicet arborem quæ erat Dæmoni dedicata, ad quam vir Domini ait, non miror ſi pro hac ſtultitia cæca facta fueris, ſed admiror clementiam Domini, qui te expectando tamdiu ſuſtentat, vt eum factorem, & redemptorem tuum adorare deberes, adorares Dæmones, & idola muta, quæ tibi nec ſibi poſſunt prodeſſe, hancigitur accipe ſecurim, & hunc nefandam arborem quantocyus ſuccidere feſtina, per quam lumen unmiſiſti corporis, & animæ perdidiſti ſalutem, confido enim quod ſi firmiter credideris, lumen priſtinum à Domino conſequi poſſis: deducta autem mulier puella ſua manibus ad arborẽ citiùs peruenit atque eam excidere conabatur. Tunc vir Domini Amandus eã ad ſe euocans ſignumque Crucis ſuper oculos eius imprimens inuocato Chriſti nomine priſtina reddidit ſanitati, inſtructámque qualiter ſe ugere deberet relinquens eam, omnibus diebus caſtè, ac ſobriè ſe exhibuit, & correctiorem vitam deinceps gereus mores commutauit in meliùs.

Hoc quoque quod ad cumulum laudis eius Dominus oſtendere dignatus eſt, non videtur ſilentio contegi, quodam itaque tempore, eum quidam Monacho iaßiſſet videlicet præpoſito Monaſterij ſui, Clodobaldo nomine, per quendam miſſum vt vehicula ad vinum in vſibus fratrum in monaſterium deferendum præparare deberet, dicitur inobediens extitiſſe, ſed nocte eadem, vltio diuina ſubſecuta eſt; nam eo iter agente, vt ad vinum Dei pergeret excuſationis cauſa, quod vehicula minimè haberet; ita dicitur omnis corporis compage paralyſi diſſolutus, vt nec manus quidem, vel pedem poſſet mouere, omnique iam carne velut mortua in ſolo pectore vitalis anhelabat ſpiritus, tenuique flatu vt valebat nitebatur, quod ob inobedientiam, & contumaciam hac perpeti meruerat, igitur præfatum Monachum fratres mittentes in nauem ad Monaſterium cui vocabulum maiores tradiderunt Helnone ad virum Dei adduxerunt Amandum, cúmque iam veſperaſcente die finitis Miſſarum, ſeu Veſperarum ſolemniis vir Domini Amandus ad reficiendum iſſet iuxta morem, ſubitò ei nuntiatum eſt qualiter idem Monachus ægrotaret, lenitérque vt aiunt ſubridens, dixiſſe fertur, adhuc maiora ſuſtinebit pericula, quia valdè iactantiæ atque inobedientiæ deditus erat, ſed tamen presbyterum quendam fidelem virum vocari præcepit, eidémque Monacho calicem vini, & fragmentum panis per eundem tranſmiſit Presbyterum, eíque mundauit dicens vade, & dic Monacho illi, vt ſumat partem panis iſtius, & viui, & cras iubente Deo eam ad eum viſitandum perrexero, obuiam mihi procedat, & in lectulo non iaceat, quod ita factum eſt.

Accepta itaque idem Monachus Patris Benedictione ità: totius corporis recepit ſanitatem ac ſi vnquam aullam pertuliſſet læſionem, aduenientè igitur ſancto viro obuiam proceſſit, atque eum eo loqui cæpit, mirarique vehementer fratres cæperunt quod viuum, & incolumem videbant, quem mortuum ferè ſuſpicabantur, vir autem Domini Amandus indulta fratri venia, vt mores deinceps in melius commutaret admonuit atque eam ſanum ad Monaſterium direxit. Alia quidem ſunt multa quæ per eum Dominus operari dignatus eſt, nobis quidem incognita, Deo autem nota, ſed quantum ad noſtras fidelibus narrantibus viris perlatum eſt aures, ſi omnia cupiam proſequi, dies vt optnor antequam ſermo ceſſabit, nam quas per eum Dominus virtutes non edidit, cæm, & mortuis vitam, cæcis viſum, paralyticis greſſum, leproſis mundiciem, ſurdis auditum dedit, & Dæmonibus oppreſſos reſtituit ſanitati: Igitur ſanctiſſimus vir Domini Amandus curſa fideliter peracto repletúſque omnium bonorum fructu adueniente ſanctiſſimi obitus die, fœliciter migrauit ad Chriſtum, ſepultúſque eſt eum magnifico honore in loco, cui vocabulum eſt Helnone in quo loco multa fiunt orationibus eius beneficia, & laudatur ibi ab omnibus nomen Domini noſtri Ieſus Chriſti, cui eſt cum æterno patre, & Spiritu ſancto, virtus, & honor, gloria, & imperium, laus, & poteſtas, per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

LETTRE A CHILDERIC ROY DE FRANCE ATTRIBVÉE A S. GREGOIRE LE GRAND.

Extraite du Cartulaire de l'Egliſe de Nantua.

GREGORIVS ſeruus ſeruorum Dei Childerico Francorum Regi. Quoniam innumerabilibus mundus procellis quatitur, adeò vt penitus nos qui regimen animarum ſuſcepimus, & qui ad portum æternæ tranquillitatis alios deducere debuimus potiùs maius diſcrimen patimur, ſed quid nobis agendum, conſiderandumve eſt, niſi diuina miſericordia imploranda, infœlix quippe animus occupationis pulſatus vulnere, magnis maris fluctibus percutitur, atque immaniſſimis procellis tempeſtatis illiditur, cúmque nauigamus longiùs; nec portum quietis prenalemus videre: hæc idcircò dixerim, quia nos à vobis longè ſepoſiti, ità vndique percutimur, vndique auaritiæ ſordibus replemur, atque innumerabile genus hominum, quod in noſtra terra præ multitudine nimia quaſi ſpicarum more ſegetes ſurrexerunt ſanctiſſimas aras depopulantes, euerſa caſtra, cremata Eccleſia, deſtructa Monaſteria virorum, ac fœminarum, deſolata prædia, atque omni cultore deſtituta in ſolitudine vacua terra, in ea nullus poſſeſſor inhabitat, occupauerunt beſtiæ loca quæ priùs magna hominum multitudo tenebat, in hac enim terra, in qua nos viuimus finem ſuum mundus non inuenit, ſed oſtendit, quid autem in aliis mundi partibus agatur ignoro, ſolummodò à Beato Amando noſtro Coepiſcopo didicimus, in omnibus rebus ſpiritalibus honeſtiſſimo veſtro regimine regnum veſtrum præ cæteris, pace, & tranquillitate Chriſto tribuente pollere: Retulit quoque veſtra munificentia ſibi olim conceſſum Cœnobium in finibus Francorum poſitum quod Helnone, ſiue Nantuacum nuncupatur, nunc à vobis affluentiſſimè de veſtris redditibus, & prædiis, & fiſcis ad fratrum victualia dotatum, atque locupletatum, de quo vobis gratiarum dona cum benedictione miſimus, ipſum namque præfatum Cœnobium dum reſponſis Eccleſiæ deſeruiret,

&

& ob hoc ad Venerabilem Prædeceſſorem noſtrum illuc eum regrederer poſcentes memorato Patre Amando, atque Abbate Latercenio cum multis religioſiſſimis viris ſanctitate præditis Baſilicam ipſius loci in honorem Petri, & Pauli, omnímque Apoſtolorum honorificè conſecraui, ipſique loco tale priuilegium conceſſi, vt nullus Princeps, nec Epiſcopus, neque vlla iudiciaria poteſtas ibidem præficere audeat Abbatem, niſi quem concors congregatio pari conſilio, & voluntate, ſecundùm Deum elegerit, ſicut Benedictus Pater præcepit, poſtquam electus fuerit ab illis priùs Sedis Romanæ munus accipiat, ipſiúſque benedictione fungatur, niſi aſſenſu eius concedatur alicui licentia, ſed neque ipſi Archiepiſcopo Lugdunenſi, neque vlli Epiſcopo committimus illi Eccleſiæ vim excommunicationis inferre vllo modo, niſi Apoſtolica deliberatione, ſed, & ſi quis fidelium Romam ire diſponens ſumptúſque ei deſuerint ipſum memoratum locum adeat, & ibidem pro poſſe eleemoſynam fratribus impendat eadem forma Benedictionem Apoſtolicam ſine dubio inibi percepturus, ſicuti ſi limina Apoſtolorum peruciſſet, ſtatuimus de cætero, vt nullo modo quis hunc locum violare audeat, nec vim inferre, quod ſi quis temerario auſu infregerit anathematis vltione damnetur. Itaut detinceps inuiolata, illibataque hæc noſtræ præceptio, ſiue interdictio conſeruetur.

CONFIRMATION FAITE PAR LE ROY CHILDERIC, ET THEODORIC SON FRERE DE LA fondation de Nantua.

Tirée des Archiues dudit Nantua.

REX Childericus filius bonæ recordationis Clodouei, Amando Præſuli, atque Abbati, Gaudeo frater Chariſſime ſanctitatem tuam, opinionémque tuæ religioſæ vitæ toto orbe dilatari, ſupra namque cum ad ciuitatem Pariſius deueniſſemus perlata ad nos ſcripta Beati Gregorij Papæ, in quibus Cœnobium à te conſtructum Nantuacenſe mirificè exornat, ſuiſque præconiis exaltat, quod ideò tuæ ſanctitati mittere curauimus, vt pro magno munere ibi à te conſeruetur: ipſe quoque ſupradictus Papa omnino petiit, vt ea quæ ipſe authoriſauit, nos more regio laudaremus, atque confirmaremus, quod fecimus annulo noſtro ſubter ſignantes, & in omni noſtro Regno, Comitibus, ſiue iudicibus, atque omnibus Regiam rem adminiſtrantibus litteras noſtras direximus, vt nullus huic prædicto noſtro Cœnobio vllo modo audeat inferre calumniam, nam indecens eſt & non æquum, vt tàm Religioſum locum Benedictione Apoſtolica dedicatum, ſcilicet, & meritu ſuo præcelſum, colla ſubdere, & non ſolùm ſubdi, atque obſequi, quin etiam ſua largiri, damus vobis itaque præter illa municipia, quæ dudum conceſſimus, alia quoque ad noſtram ſedem Regiam pertinentia, videlicet montem quem vocant Sancti Vincentij, cum rebus indominicatis in Epiſcopatu Cabilonenſi conſiſtentibus, cum vineis, pratis, campis, ſyluis, paſcuis, nemoribus, aquis, aquarúmve deductibus, concedimus etiam in Epiſcopatu Matiſcenſi Eccleſiam Sancti Remigij, & Eccleſiam Sancti Pontij, cum omnibus appenditiis eorum, in Epiſcopatu etiam Lugdunenſi Eccleſiam quæ dicitur ad Sanctas, & omnem terram, ſicut vallis Hergo conſiſtit, & ſicut aqua quæ dicitur à Selgo cum villulis in eadem valle manentibus, & mancipiis eorum, hæc etiam addo Villam quæ dicitur Balaſono cum Eccleſia, & omnibus appenditiis ſuis, quæ ſita eſt iuxta Sangonam flumen, omnia prænominata tibi, & fratribus in dicto Cœnobio commorantibus, tam præſentibus, quam futuris per noſtri priuilegij firmitatem tribuimus quatenùs pro ſalute noſtra, vel Regni noſtri proſperitate inceſſanter Dei omnipotentis Clementiam exoretis, hoc autem donum frater meus Theodericus, ob amorem tui laudauit, atque conceſſit. Actum eſt hoc donum ſiue priuilegium in Ciuitate Pariſius anno quinto, Childerici Regis.

CONCESSION FAITE AV MONASTERE DE NANTVA PAR LE ROY PEPIN.

Extraite du Cartulaire de Nantua.

PIPINVS Rex Francorum omnibus Epiſcopis, Comitibus, Ducibus, Abbatibus, Domeſticis, Centenariis, Vicariis, atque Iudicibus noſtris, vel omnibus miſsis noſtris diſcurrentibus, cognoſcatis quod maximum Regni noſtri augere credimus munimen, ſi beneficia . . . . . oportuna loca Eccleſiarum, vel Sanctorum benenola deliberatione concedamus, ac Domino protegente ſtabiliter durare contribuamus. Igitur nouerit ſolertia veſtra nos

ad petitionem venerabilis viri Siagrij Abbatis Monaſterij Nantuaci, quod eſt conſtructum in honore Beatæ Dei Genitricis Mariæ, & Sancti Petri Apoſtoli, vel cæterorum Sanctorum, tale pro æterna retributione beneficium conſultimus indulſiſſe, vt villas Monaſterij ipſius, quas moderno tempore, aut noſtro, vel cuiuſlibet munere habere videtur, vel quas deinceps in iure ipſius Monaſterij Sancti loci voluerit diuina pietas ampliſicare; nullus iudex publicus ad cauſas audiendas vndique, aut freda exigenda quoquomodo præſumat ingredi, ſed hoc ipſe Abbas, aut Monachi ſucceſoreſque eorum propter nomen Domini agant ſub dominatione noſtra, ſtudentes ergo, vt nequeuos, neque minores, aut ſucceſſores noſtri, neque vlla publica iudiciaria poteſtas quo quo honore in villas vbicumque in Regno noſtro, Deo propitio, ad ipſius monaſterij . . . . . verè autem Regia, ſiue priuatorum largitate collata, vel in antea collatura ad audiendas altercationes ingredi, aut freda de qualibet cauſa exigere, nec manſiones, aut fideiuſſores tollere non præſumatis, nec ipſos pro hoc inquietare nec condemnare, quia ibidem ex legitima vocatione deſeruiunt, aut de aliis deſeruientibus qui ad ipſum Monaſterium cum legitimo ordine ſeruire videntur, infra agros, vel terminationes, aut fines ſeu ſuper terras prædicti Monaſterij, quæ ibidem legitimo ordine pertinent, fiſcus non de freda, aut vndecumque poterat ſperare ex noſtra indulgentia, pro futura ſalute, in luminariis ipſius Monaſterij ad ipſa loca Sanctorum per manus noſtras authoritate in perpetuum perficiat, eaque not propter nomen Domini, & noſtræ animæ ſalutem, ſeu noſtræ ſubſequentis progeniei plena donatione indulſimus, nec Regalis ſublimitas, nec Iudicum ſana cupiditas refragare conetur, vt vt autem præſens authoritas tam præſentibus quàm futuris inuiolata Deo propitio permanere valeat, manus noſtræ ſubſcriptionibus infrà roborari decreuimus. Signum Pipini Glorioſiſſimi Regis in Dei nomine, ſcripſit Bardillo menſe Auguſto decima die in anno ſexto Regni. Actum Attiniaco Palatio publicè.

PERMISSION DE L'EMPEREVR LOTHAIRE AVX RELIGIEVX DE NANTVA d'eſlire vn Abbé.

Extraite du Cartulaire de ladite Egliſe.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Dei æterni: Lotharius Diuina imperante prouidentia Imperator Auguſtus. Omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris præſentibus videlicet, & futuris, notum ſit, quia Monachi Nantuacenſis Monaſterij noſtræ retulerunt celſitudini, quod à quibuſdam peregrinis Abbatibus aliunde venientibus res Eccleſiæ illarum, vnde victum, veſtitúmque habere continuatim debebant, ſea vnde familia eiuſdem loci ſeruitium illis impendere ſolita erat, expoliabantur, & conſumebantur, talíque pro cauſa ſamulatum Dei omnipotentis in iam dicto loco implere nequibant, vnde noſtram neceſſariam proclamauerunt inibi inquiſitionem, & vt eam illis ritè concederemus petierunt, hu retentis, illac noſtros direximus miſſos, qui fideliter magnáque diligentia ea inueſtigarent, qui vera omnia renunciauerunt ab eis præfata, quare interrogauimus, quid inde vellent, & flexis poplitibus noſtra deoſculantes veſtigia vnanimiter exclamauerunt, ex ſe ipſis velle habere Abbatem, quorum petitionibus ob Beati Petri Apoſtolorum Principis venerationem, in cuius honorem memoratum Cœnobium conſtat eſſe à Beato Gregorio Papa dedicatum, aſſenſum præbentes, hos Serenitatis noſtræ apices fieri iuſſimus, quibus concedimus, modíſque omnibus ſtatuimus, quod omni deinceps tempore, de ſe ipſis quemcumque volaerint eligant Abbatem, & nullum aliunde recipiant, niſi illam quem vnanimitas illorum propriúſque aſſenſus elegerit, atque voluerit, quod ſi qualibet perſona noſtro vſquam tempore, ac ſucceſſorum noſtrorum, contra hoc factum inſurgere volucrit, noſtramque voluntatem inquietam reddere tentauerit, Monachoſque iam in dicto loco degentes interturbauerit libras auri triginta perſoluat, atque Sanctam Petrum in die obitus ſuffragatorem non ſentiat, & iram Dei omnipotentis omniúmque Sanctorum ſuorum pleniter incurrat, quod hoc præceptum à ſucceſſoribus noſtris ita roboretur, & inuiolabiliter ſeruetur, quatenus nobis præmium per Beati Petri interceſſionem à Domino detur, illique æternalis pœna, qui hoc ſcriptum non obſeruauerit adminiſtretur, & vt hanc noſtram authoritatem nemo vnquam violare præſumat annulo noſtro ſubtus iuſſimus ſigillari.

DONATION

DONATION A L'EGLISE DE NANTVA PAR LE COMTE DE GENEVE ALBITIVS, & Odda ſa femme.

Tirée du ſuſdit Cartulaire.

SACRO-SANCTO Sancti Petri Nantoadis Monaſterio, quod conſtructum eſt in pago Lugdunenſi, vbi praeſt venerabilis in Chriſto Atranus Epiſcopus, ſeu Abbas, not in Dei nomine vir Illuſter Albitius Comes filius bona recordationis Genitorum meorum Raberts, & Richildis, vterque quondam, & vxor mea Odda filia bona recordationis Gautherij, & Godaniæ, vterque quondam, ſimul ceſſores, atque traditores perpetuam ſalutem. Quia legum latoris ſanxit authoritas, vt quicumque rem ſuam in quemcumque cedere, vel tranſfundere voluerit, hoc per ſcripturarum ſeriem corroborare debeat, & in ceſſionibus ſolam non ſufficere traditionem, & profeſſionem voluntatis, ideóque nos ſupradicti Albitius Comes, & vxor mea Odda hanc authoritatem ſecuti, cedimus, tradimus, atque delegamus, SECVNDVM LEGEM SALICAM, *pradicto Monaſterio Sancti Petri, & eius Abbati, & Monachis, qui ibidem Deo ſeruire videntur, propter timorem Domini, & remedium animæ noſtræ, & vt nobis Deus poſt hoc ſaculum veniam præſtare dignetur: pro luminariis, ſacrificiis, & pſalmodia ipſius Monaſterij aliquid de rebus noſtris, & dominatione, hoc eſt in pago Lugdunenſi in valle Ligerica, locum nominatum Neremias, vnà cum Eccleſia Sancti Ciriesij, & Sancti Ioannis, & quidquid habemus apud Eſcalonem, & Dauiacum, vnà cum Eccleſia Sancti Germani, & Romani cum omnibus appenditiis ſuis, & omnia quacumque loca, quæ ibi viſi ſumus habere, vel poſſidere, aut in antea Deo propitio acquirere poterimus, exceptis illis mancipiis, qua in ipſis locis manebunt. Eccleſiam etiam Sancti Martini Altiſiodorenſis, cum terris indominicatis, & Villam de Silliaco cum omnibus appenditiis ſuis ſicut omnis aqua decurrit, montem Thoroaſticum, montem etiam Chatonerias. Trado quoque Villam de Chiuilliaco quantùm ad me attinet cum ſylvis, & montem Chaniſium, qui mea hæreditas, & mea venatio fuit, cum appenditiis ſuis omnibus vſque in vallem Michalia, cum paſcuis, exartis, & cunctis pertinentiis eorum, tàm in domibus, & adificiis ſtantibus, & dirutis, terris cultis, & incultis, campis, pratis, arboribus, aquis, aquarúmque decurſibus, & deductibus, quæ omnia integrè, & abſque vlla diminutione pradicto Monaſterio Sancti Petri, eius Abbatibus, vel Monachis* SECVNDVM LEGEM SALICAM *vt iam dictum eſt, cedimus, & manibus tradimus ea ratione vt nullus Epiſcopus, nec Abbas, nec Comes, nec vlla interpoſita perſona de ipſis rebus quicquam abſtrahere, vel minuere præſumat, quod ſi contrà eueniat ſupra ſcripta res ad propinquos hæredes noſtros reuertantur, taliter quandiu nos Dominus in hoc ſaculo manere iuſſerit vſumfructum earum habeamus, & annis ſingulis de ipſo vſufructu decimam capiat dicta domus, quem vſumfructum quis noſtrûm Amborum ſuperuixerit, reliquis diebus vitæ ſuæ habere debebit, & poſt nos qui ex nobis infantes naſcentur, ipſa decima dicto Monaſterio ſicut ſuperiùs diximus, annis ſingulis reſervata, poſt obitum verò ipſorum infantium noſtrorum, ipſa res ſuperiùs nominata ad pradictum Monaſterium in omnibus, & abſque diminutione reuertantur, ſic ſpondeo ego Odda, & ſic volo ac iubeo, vt ſi ego Domino, & viro meo Albitio Comiti in peccatis meis ſuperuixero, & ego ſaculum dereliquero, & me in habitu Religionis poſuero, & Deo vota mea fecero de illis rebus ſicut ſuperiùs diximus vſumfructum diebus vitæ meæ habere debebo, & ſi hoc minimè fecero de ipſis rebus, nec de ipſo vſufructu quidquam accipiam, ſed omnia ad ipſam Caſam Dei in omnibus reuertantur.*

CHARTE DV ROY LOTHAIRE, PAR LAQVELLE IL SOVSMET L'EGLISE DE NANTVA, au Monaſtere de Cluny.

Extraite des Archiues de ladite Egliſe de Nantua, & d'vn ancien Cartulaire du Monaſtere de Cluny qui m'a eſté communiqué par le R. P. Pierre-François Chifflet de la Compagnie de IESVS.

IN nomine Dei, & indiuidua Trinitatis Lotharius Dei gratia Rex prædeceſſorum noſtrorum conſuetudines Regum obtinemus, ſi familiariter congruis in petitionibus fideles noſtros exaudimus, quapropter vniuerſa ſancta Dei Eccleſia noſtrorúmque omnium fidelium, tàm præſentium quàm futurorum animis notum eſſe volumus. Quoniam Domina mea Mater Glorioſiſſima Gerberga Regina per conſenſum ſuorum, noſtrorúmque fidelium, acceſſit noſtræ Serenitatis præſentiam maternis cum inſtionibus rogans, vt cùm Monaſterium quod eſt ſitum in Comitatu Vareſino in honore ſancti Amandi dicatum eò quòd abſque Rectoribus eſſet, veluti in inhabitabilibus locis, Monaſterio Cluniacenſi, ſuiſque Rectoribus ſubderemus cum ſuis omnibus ad ſe rebus pertinentibus, tàm in villis, quàm in pradiis omnibus, cúmque mancipiis vtriuſque ſexus, pratis, vineis, ſylua, aquis, aquarumque decurſibus, & regreſſibus, & exitibus, cui aſſenſum præbentes petitiones in hac inſtione, vt in aliis ſuſcepimus præfatúmque Monaſterium ſancti Amandi cum omni integritate, vt ium dictum eſt, iam dicto Cluniacenſi Monaſterio ſubdendo conceſſimus, eo ſtatu, vt in quantum illi Deus ſuppeditauerit auxilium, id conſeruent locúmque habitabilem prout poterunt reddant, quatenùs cuncti potens Deus tibi iugiter laudetur, cum ſanctis, Dominàque mea Glorioſiſſima nobis cum mater qua hoc ſtatuit aterna fœlicitatis præmio Chriſto largiente donetur, & quò firmiùs credatur, ſtabiliúſque poſſideatur manu propria ſubter firmauimus, & annulo noſtra authoritatis inſigniri iuſſimus. Datum 9. Kal. Decembris Regnante glorioſiſſimo Lothario Rege Indict. 3. Actum Diuionenſi in palatio fœliciter. Amen.

BVLLE DV PAPE PASCHAL II. PAR LAQVELLE IL REDVIT LES MONASTERES DEPENDANS de Cluny en Prieurés.

Extraite des Archiues de ladite Egliſe.

PASCHALIS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri Hugoni Cluniacenſi Abbati, eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in poſterùm. Zelus Domini, & Religionis prærogatiua, qua per vniuerſum ferè Occidentem noſtris temporibus per Dei gratiam congregatio veſtra percelluit, & inconcuſſa vnitas, qua inter procellas omnes Sedis Apoſtolica adhæſiſtis, manſuetudinem noſtram vehementiùs exortantur, imò vrgent, atque compellunt, vt veſtris petitionibus aſſenſum accommodare, & quieti veſtra in poſterùm prouidere ſolicitiùs debeamus, quapropter quidquid libertatis, quidquid tuitionis, quidquid authoritatis prædeceſſores noſtri Eccleſiæ Romanæ Pontifices, præſertim Apoſtolica memoria Gregorius VII. & Vrbanus II. veſtro Monaſterio & locis ad id pertinentibus contulerunt. Nos quoque præſenti decreto authore Domino confirmamus, ad hæc adiecimus, vt in omnibus Prioratibus, & cellis qua nunc ſine proprio Abbate veſtro regimini ſubiecta ſunt, nullus vnquam futuris temporibus Abbatem ordinare præſumat, ſed tàm prioratus ipſi, & cellæ, quàm, & cæteru in quibuſlibet locis omnia fraternitas tua Arueruenſis Concilij quod per ſupradictum Vrbanum PP. celebratum eſt tempore inueſtita erat, de quibus tunc nulla quæſtio mota eſt, cui nimirum Concilio per temetipſum interfueras, tàm tibi quàm ſucceſſoribus tuis in puce ſemper, & quiete ſeruetur, in quibus hæc propriis viſa ſunt annotanda nominibus. Sanctu Maria de Churitate de Murtigniaco, S. Petrus de Muuſiaco, S. Petrus de Lenetis, S. Paulus de Pergamo, S. Iſidorus de Hiſpania, S. Odylus de Scarriome, S. Marcellus de Salſimiaco, S. Marcellus de Cabilone, Carus-locus, Paredus, Romanum Monaſterium S. Victor de Gebeuna, Paterniacus, S. Saturninus de Prouincia, S. Eutropius, S. Martinus de Auxia, Monaſterium de Cacerris, S. Maria de Toloſa, Boort, Tiernus, S. Martinus de Capis, Sylutiacus, Virgenus, Ginuiacus,

Ginuiacus, Nantuacus, S. Pancratius de Anglica, S. Lecerius de Bigorro, S. Arientius Auxienſis, S. Maria de Nazara, S. Iacobus de Potiuo, S. Gabriel de Cremona, S. Saluator, & S. Stephanus de Niuerno, præcipimus etiam vt omnes Eccleſia, ſeu Capella veſtra & Cimiteria libera ſint, & omnu exactionis immunia præter conſuetam Epiſcopi paratam tuſtitiam in Presbyteros, ſi aduersùs Ordinis ſui dignitatem offenderint exceptis nimirum Eccleſiis illis, quæ abſque huiuſmodi ſubiectione in Abbatis poteſtate ſubſiſtunt, liceat quoque vobis cum suribus veſtris Presbyteros eligere, ità tamen vt ab Epiſcopis, vel Epiſcoporum Vicariis animarum curam abſque vanalitate ſuſcipiant, quàm ſi committere illi quòd abſit ex prauitate voluerint, tunc Presbyteri ex Apoſtolicæ Sedis benignitate officia celebrandi licentiam conſequantur, neque cuilibet facultas ſit, aut clauſtri vnquam, aut locorum veſtrorum fines pro viuorum, ſiue defunctorum eleemoſynis ob ſalutem datis inquietare, ſed tàm virorum, quàm mulierum oblationes, quæ Deo offeruntur in vſum ſeruorum Dei pauperúmque Chriſti percipere liceat, Abbatias verò quas tua, tuorúmque ſucceſſorum ordinationi prædeceſſor noſter Gregorius VII. PP. commiſit, nos quoque committimus, videlicet Virhelua, S. Ægydij, S. Ioannes de Angeliaco, S. Petrus de Moyſiaco, Maliacenſe, S. Martialis de Lemouico, nouum Monaſterium S. Cypriani Pictauienſis de S. Sacco, adiicientes etiam S. Germani Antiſtodorenſis, S. Aſtrimonij Mauhiacenſis, S. Bertini Taruanienſis eidem Ordinationi ſubiaceant, ſaluo nimirum iure S. Eccleſiæ Romanæ nec minus illud ſupradictum Vrbani II. Papæ Capitulum confirmamus, ne cellarum veſtrarum vbilibet poſitarum fratres pro qualibet interdictione vel excommunicatione diuinorum officiorum ſuſpenſionem patiantur, ſed tàm monachi, quàm, & famuli eorum, & qui ſe Monaſticæ profeſſioni deuouerunt clauſis Eccleſiarum ianuis non admiſſis Diœcezanis diuina ſeruitutis officia celebrent, & ſepultura debita peragant, concedimus etiam vobis Laicos, ſeu Clericos ſæculares, niſi qui pro certis criminibus excommunicati ſunt ad conuerſionem, ſiue ſepulturam per loca veſtra ſuſcipere, Clericos quoque regulares, qui pro neceſſitatibus ad veſtrum Cœnobium effugiunt ſuſcipiendi, & ad veſtrum propoſitum admittendi Religioni veſtræ licentiam impertimur, præterea decernimus, vt nulli omnium hominum liceat veſtrum Venerabile Cœnobium, & loca ſubdita temerè perturbare, ſed eorum Eccleſiæ poſſeſſiones, & bona cætera, quæ pro animarum ſalute donata ſunt, vel in futurum Deo miſerante donari contigerit, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, quos profectò cognoſcimus ab excommunicatis, & rapacibus diſcretione debita contineri. Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contrà eam temere venire tentauerit. Secundò, & tertiò commonita niſi ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reúmque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena ſit, atque in extremo examine diſtricta vltioni ſubiaceat, cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiunt, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Paſchalis Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus.
Ego . . . . . Præneſtinus Epiſcopus.
Ego Albericus Cardinalis S. Petri ad vincula.
Ego Tenro Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli.
Ego Ioannes Tuſculanenſis Epiſcopus.
Ego Paganus Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ.

Datum Anagniæ per manum Ioannis S.R.E. Diaconi Cardinalis 17. Kal. Decembris, Indictione 8. Incarnationis Dominicæ anno 1100. Pontificatus autem Domini Paſchalis PP. 2.

BVLLE DV PAPE EVGENE III. CONFIRMATIVE DES PRIVILEGES, DEPENDANCES, ET LIMITES du Monaſtere de Nantua.

Extraite des Archiues de ladite Egliſe.

EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Priori Nantuacenſis Monaſterij, eiúſque fratribus tàm præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum, Apoſtolici moderaminis Clementia conuenis, Religioſos diligere, & eorum loca pia protectione munire, dignum námque & honeſtati conueniens eſſe cognoſcitur, vt qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas, & à prauorum hominum nequitia tueamur, & Apoſtolicæ Sedis patrocinio foueamus, ea propter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis petitionibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium, in quo diuino mancipati eſtis obſequio

ad exemplar prædeceſſoris noſtri Fælicis memoriæ Papæ Lucij, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus, ſtatuentes vt quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum iuſtè, & canonicè poſsidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus ſic propriis duximus exprimenda vocabulis, Pomerium, Treſortium, Caloram, Treuogias, Rumilineum, Calinum, Cintriacum, Calargias, Taluſſiacum, Mazerias, Breynodum, S. Albanum, S. Martinum de Fraxino, Villetam iuxtà Ambroniacum, S. Germanum de Vallebona, Buencum, Louenaam, Ardunum, Aſtineneum, Villam iuxtà Gebennas, S. Martinum de Varetalta, Seruieriacum, prohibemus quoque, & Apoſtolica authoritate interdicimus, vt infrà terminos ipſius Monaſterij, videlicet S. Martinum, Salas, Senochias, Cariſium, Lacum Silani, Poſſatum, quemadmodum à Venerabili fratre noſtro Amedeo Lugdunenſi Archiepiſcopo Apoſtolicæ Sedis Legato rationabili prouidentia ſtatutum, & prohibitum eſt nullus hominem capere, vel inuadere, ſiue aſſultum, vel quamlibet offenſam facere præſumat. Monaſterium verò ipſum cum Capella S. Michaelis quæ infrà ipſam Cimæterium ſita eſt in ea libertate manere ſancimus, quæ à Beato Gregorio ſibi conceſſa eſt, & in qua per ſexaginta annos quietè fuiſſe dignoſcitur, in obedientia autem, & diſpoſitione Cluniacenſis Abbatis, & Monaſterij, tàm locus ipſe, quam fratres perpetuò maneant, decernimus ergò vt nulli omnino hominum licent præfatum Monaſteriam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra obſeruentur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione concеſſa ſunt vſibus omnimodis pro futura ſalua Sedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſani Epiſcopi Canonica iuſtitia, ſi qua ergo Eccleſiaſtica in futurum, ſæculariſve perſona huius noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contrà temerè venire tentauerit ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reúmque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricta vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æterna pacis inueniant. Amen. Datum Traas Tyberim per manum Roberti S. R. E. Presbyteri Cardinalis Cancellarij 5. Id. Februarij, Indict. 9. Incarnationis Dominicæ anno 1145. Pontificatus Domini noſtri Eugenij III. PP. ann. 1.

FONDATION DE LA CHARTREVSE DE PIERRE-CHASTEL.

Tirée des Archiues de ladite Egliſe.

BONA de Borbonio Comitiſſa Sabaudiæ conſorti quondam glorioſæ recordationis, & Principis Domini, & mariti noſtri Chariſſimi Domini Amedei Comitis Sabaudiæ Ducis Chablaſij, & Auguſtæ, & in Italia Marchionis, noſtro, & Illuſtris Geniti noſtri Chariſſimi Amedei Comitis Sabaudiæ, & Principis nomine, cunctis Chriſti fidelibus, præſentibus, & futuris noſtras pateatet litteras inſpecturis, ſalutem in eo per quem Reges Regnant, & Principes dominantur in terris. Principes Polorum cunctos mirificis irradians ſalgoribus ſuis alta, & ineffabilis prouidentia vniuerſa prudenter diſponens, nunc vulnerat, nunc medetur, nunc viuificat, nunc mortificat, & ſtabilem mundi compagem, mirabili potentia ſuperna dominationis alternat, in creaturis hominum, vt ſingularis, & vniuerſalis Dominus gemino fungens Imperio, vbi vult ſpirat, largitur, & affert, exaltat, & contriſtat, & eondignè pulſantibus conſolationem æternam munificiis retribuendo miniſtrat. Reuolutis igitur cunctis Chriſti dogmatibus & ſacrarum paginarum volumine pateſacto, nihil ſupereſt ſub cœlo ſtabile, vel æternum, quàm orationum digna ſuffragia, & denota prorſus opera Deitatis, hæc profectò ponunt hominem in ſublimi, & merentes perpetua damnatione deffendunt, hac itaque conſideratione commotus inclytæ, & laudabilis recordationis Dominus, & conjux noſter prædilectus Princeps Chriſtianiſſimus qui licet dum vitam ageret in humanis locuples potentiis & honoribus inter cæteros mundi Reges, & Principes, vrbibus præpolleret, & inter ſibi à Deo commiſſos populos miranter viueret, virtuosè de Chriſti Paſſione contritus, recolens ad terra Sanctæ ſubſidium magnanimus tranſfretauit, & armorum ſtrenua potentia congregata, caſtris, ciuitatibus, & oppidis multis deuictis, infinitas Catholicæ fidei ſabiuuxit Barbaras, & Tartaras nationes, Imperatorem Græcorum Germanum proprium ab æternæ damnatione deuians Romam venire coegit, & Vrbano V. ſummo Pontifice præſidente fidem Catholicam . . . . . recepturum

hic

hic dilexit iuſtitiam, charitate repletus, & nefandorum hominum à proborum hominum deatantium ſemitibus ſollicitus extitit perſecutor, multorum potentias conteraſſauit, tyrannides, & temporum motus nefarios diuino auxiliante præſidio declinauit guerras, & rumores compeſcait, & ſedauit, & exquiſitis ſalubribus remediis, Vngaris, Venetis, Padanis, & Ianuenſibus teſtantibus laudabilis extitit Irenarcha, poſt hac autem in Apuliam pro veritate Eccleſiæ Catholicæ in Principam, & Baronam poteati brachio ſe tranſferens, poſt multos ſudores ſuſtentos tractatuſque habitos ſuper Eccleſiæ diuiſione ſedanda, moriendo ſolait naturæ debitam, & receptis Sacramentis Eccleſiaſticis fidelis Chriſticola reddidit animam Ieſu Chriſto, ſtabiliuitque & fundauit potenter ſacrum, & veneraudum Monaſteriam fratrum Heremitarum Ordinis Carthaſiæ Petræ-Caſtri, & mirandis libertatibus, & franchefiis Venerabiles fratres, & monachos dotis nomine priuilegiari præcepit, ditauitque multis Cœnobium ornamentis, & plura deaotè contulit clauſula teſtamentaria infrà ſcripta. Item præfatus Dominus Amedeus Comes Sabaudiæ teſtator in ſuæ mentis conſideratione reuoluens honores, beneficia, & commoda ſuis temporibus habita, & obtenta gratia & miſericordia omnipotentis Domini, qui ipſum cum laude, & honore non modico tàm contrà hoſtes Chriſtiana fidei, quàm eius inobedientes, rebelles, & contrarios ſuâ mirabili poteſtate victorem fecit in plaribus, ad laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & Glorioſæ Genitricis Beatæ Virginis Mariæ, Sanctorúmque, & Sanctarum Dei, & totius Curiæ Cœlorum, vt . . . . . ſuis propitiores exiſtant vult diſponit, & ordinat quòd in Caſtro ſuo Petræ-Caſtri fundetur & fiat, conſtruatur, & fabricetur vnum venerandum Cœnobium ſeu Monaſterium fratrum Heremitarum Ordinis Cartuſiæ, ſub nomine, & ad honorem Beatæ Virginis Mariæ in quo ſint, & ordinentur, & adeſſe debeant perpetuò quindecim fratres ſcilicet Cartuſienſes ad honorem quindecim gaudiorum intemeratæ Virginis Mariæ, qui ibidem ſingulis diebus debeant, & teneantur Miſſarum ſolemnia, & alia diuina officia celebrare pro remedio animæ ſuæ, & prædeceſſorum ſuorum, necnon pro remedio animarum aliorum Dominorum, & militum, qui de Ordine Colaris fuit fuerunt, ſunt, & eſſe contigerit in futurum. Qui quidem Monaſterio totum Caſtrum Petræ-Caſtri, & ambitum ſuum vnà cum toto territorio, in quo ſitum eſt, ab introitu dicti Caſtri vbicumque ſaper rupem dat, & legat, vnà cum omnibus & ſingulis arboribus, plateis, ingreſſibus, egreſſibus, pertinentiis, & appendentiis vniuerſis, & ipſum Monaſterium, & fratres prædictos in eiſdem inſtituit. Item vt fratres, & familiares ordinandi ibidem obſequendo diuinonutui, viuere valeant ibidem, & ſuſtentari honorificè ſicut decet ipſe Dominus, & Comes teſtator dicta Eccleſia, Monaſterio, fratribus, & conuentui mille florenos auri boni ponderis per annum in valore dat, & legat, & eos in eis inſtituit, dictámque Monaſterium Eccleſiam, & fratres dotat in eis, & ipſos mille florenos per annum dat, donat, cedit, & concedit perpetuo in dotem, & nomine dotis ipſorum: Quos quidem mille florenos auri boni ponderis, aſſignat, & aſſectat, & eos declarari, aſſignari, & ſpecificari vult, diſponit, & ordinat per executores ſuos infrà ſcriptos, & tres vel duos ex ipſis, in, de, & ſuper vineis, pratis, nemoribus, terris, redditibus, hominibus, homagiis, emphiteotis, directis dominiis propinquioribúſque, quæ, & quas habet, & habere poteſt in mandamentis, Caſtellaniis, & diſtrictibus Petræ-Caſtri, & Cordonis, ad veram Aſſiſiam, arbitrium, & diſpoſitionem dictorum executorum. Item volens ipſum Monaſterium, & fratres amplori beneficio communire pro edificiis neceſſariis conſtruendis, & reparandis ibidem, calicibúſque libris, & aliis ornamentis emendis ad opus dicti Monaſterij quatuor millia florenorum de Camera Domini noſtri Papæ ſemel dat, & legat. Verùm nos eiuſdem præclariſſimi Principis, cui nos Dominus virtute ſua potentia, collocauit in ſponſam, cupientes, velut diuina, & humana domus conſocia deſideriis, & natibus adhærere, & ipſius . . . . . ſicut aſtringimur cordialiter obedire formam eiuſdem teſtamentariæ diſpoſitionis receptæ per Ioannem Rauaiſij ipſius, & noſtrum Secretariam fidelem pro viribus inſequentes, vocatis, & præſentibus noſtris Conſiliariis, & executoribus teſtamentariis infrà ſcriptis, necnon Venerabili, & Religioſo Viro Fratre Vionino per Reuerendum Dominum Majorem Cartuſiæ Priorem noſtris inſtantiis ibidem Ordinato deliberato propoſito, & ex certa ſcientia, & habito ſuper iis longo, & iterato Conſilio, tractata, & deliberatione maturis aſſignamus, & aſſectamus, in aſſignationémque, & aſſectamentum in dotem, & nomine dotis eiuſdem Monaſterij, fratrúmque, & Monachorum ordinatorum, & ordinandorum ibidem conſtituimus, damus, tradimus, cedimus, & concedimus, & perpetuò dedicamus, noſtro, & dicti filij noſtri nomine eidem fratri Vionino, recipienti nomine Eccleſiæ fratrum, & Monachorum Monaſterij prædictorum, Caſtrum, domos, grangias, adificia, prata, vineas, terras, ſylvas, inſulas, nemora, redditus, ſeruitia, directa dominia, res, & bona alia inferiùs declarata, quæ omnia dicta Eccleſia, Monaſterio, & fratribus pertineant, & tanquàm Deo Eccleſiæ, Monaſterio, & fratribus dedicata debeant perpetuò pertinere. Quæ omnia diſtinctè, & particulariter aſſumpta aſcendunt ad mille florenos auri boni ponderis, & quatuor denarios groſſorum Taronenſium, facta aſſiſia, & aſſectamento ad viginti denarios pro vno denario redditus, iuxta, & ſecundùm communem aſſiſiam, & aſſectamentum patriæ, adiuncto quarto denario

de pluri in precio, & aſſiſia, frumentorum, ſiliginum, auenarum, nucleorum, leguminum, caſtanearum, gallinarum, pullorum, cerarum, vinorum, & aliorum reddituum in victualibus conſiſtentium, & hoc pro eo quod virtute diſpoſitionis teſtamentariæ prædictæ, mille florens auri legati ſunt, non ad reddi-tum, nec ad Canonem, nec communem aſſiſiam Patriæ, ſed dumtaxat ad valorem, & victualia annis ſingulis plus venduntur regulariter quàm in aſſiſia, & aſſectamentis, viginti denarij pro vno denario æſtimantur, etiam quia tàm in dictis redditibus victualium, quàm denarius, cenſibus, & aliis infrà ſcriptis iura emphiteoſtica, & iura directorum dominiorum, ſeruitiorum, & emphiteoſium, laudimque, & vendarum virtute aſſignationis præſentis pleno iure relinquuntur eiſdem, ſub modis tamen formis, & conditionibus qui, & quæ inferiùs deſcribuntur videlicet quòd in dicto Monaſterio mediantibus prædictis ordinari debeant, & reſidere perpetuò quindecim fratres Cartuſienſes Miſſarum ſolemnia, orationes, & alia diuina officia celebrantes pro remedio & ſalute animarum Domini noſtri prædicti, & noſtri, filiique noſtri, anteceſſorum, & ſucceſſorum ſuorum, & aliorum de Ordine Colaris eiuſdem Domini retentorum, & retinendorum per Dominos Sabaudiæ Comites in futurum, in primis ſiquidem aſſignamus, & aſſectamus in dotem pro dote, loco, & nomine dotis, conſtituimus, tradimus, cedimus, concedimus, & ſtatu integro præſentibus dedicamus dicto Monaſterio nouo, & Eccleſia, fratrum, & Monachorum, Eremitarum Petræ-Caſtri Ordinis Cartuſienſis, & eiſ-dem Monachis, & fratribus præſentibus, & futuris noſtro, & prædicto nomine, totum Caſtrum Petræ-Caſtri cum toto, & vniuerſali eius ambitu, adificiis, ayſamentis, plateis, viridariis, terris, nemoribus, ingreſſibus, egreſſibus, pertinentiiſque, & appenditiis vbilibet ſuprà Rupem, & omnia adiacentia nemora dicta Rupi, & proùt Caſtro pertinent circumquàque. Quod Monaſterium, & Eccleſiam ſituamus, declaramus, plantamus, fundamus, & realiter ordinamus ibidem ſub nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & Gloriosæ Virginis matris ſuæ, & quindecim gaudiorum ſuo-rum, & totius Curiæ ſupernorum ità quòd ibidem ſint, reſideant, & adeſſe debeant, & ſeneri quin-decim fratres, & Monachi dicti Ordinis ibidem Miſſarum ſolemnia, & alia diuina officia celebran-tes in commemorationem, & laudem ſapè dictæ Virginis Mariæ, & quindecim gaudiorum ſuorum, & pro ſalute animæ, & in remiſſionem peccatorum præfati Domini, & mariti noſtri prædilecti, anteceſſorum ſuorum, noſtri, & aliorum Dominorum, & militum, qui de ordine Colaris eiuſdem Domini fuerunt, & eſſe contigerit in futurum, ſaluis & reſeruatis Dominis Comitibus Sabaudiæ, & ſucceſſoribus ipſorum vniuerſis, & ſingulis, hominibus, homagiis, fidelitatibus, nobilibus, igno-bilibus, taillabilibus, franchis, ad miſericordiam, & cenſitis, eorumque ſucceſſoribus, taſchiis, & eſcheitis, meris, mixtis imperiis, iuriſdictionibus omnimodis, aliiſque iuribus, rationibus, actionibus, & dreyturis ad Dominos Comites pertinentibus, & quæ infrà mandamenta Caſtellaniarum ſubſcri-ptarum, antè præſentem traditionem pertinere poterant, & debebant, quæ omnia non obſtante aſ-ſignatione præſenti Dominis Comitibus Sabaudiæ perpetuò reſeruamus.

Item, & omnia, & ſingula nemora, & ſyluas, & inſulas dictis Caſtro, & Caſtellania Petræ-Caſtri pertinentes, & pertinentia vbicumque ſint, & eſſe poſſint, & reperiantur infrà mandæ-mentum & Caſtellaniam Petræ-Caſtri ſucceſſuris temporibus ſituata.

Item grangiam, toreularia, & adificia grangiæ Petræ-Caſtri, necnon totum clauſum vineæ con-tiguum, eum vniuerſis arboribus & ſingulis plantis, arboribus, fructiferis, & aliis plateis, ingreſſi-bus, egreſſibus, iuribus, pertinentiis, & appendentiis vniuerſis, proùt & quemadmodum vbilibet præ-tenduntur, & hoc ſub æſtimatione & pretio quæ inferiùs deſcribuntur.

Item domum, & vineam Taluxiaci contimentem circà ſeptuaginta quinque foſſeratas, & nouem iornalia terræ ſubtùs dictam vineam ſita vnà cum ipſius domui, & vinea clauſo plateis, arboribus, plantis, ingreſſibus, egreſſibus, pertinentiis, & appendentiis vniuerſis, & hoc ſub æſtimatione, & preſio, quæ etiam inferiùs deſcribuntur, &c.

NOTICES SVR LA FONDATION DE LA CHARTREVSE DE PORTES EN BVGEY.

Extraites du Cartulaire de ladite Chartreuſe.

EALCO, Sanctæ Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Pontificibus vniuerſis qui vſque in finem ſæculi per Dei gratiam Eccleſiæ eiuſdem, Paſtoralem Cathedram obtinebunt, Paſtorum Principi placere. Omnes qui ad perpetuam pacem, ſuperna Ieruſalem tendunt, pacis amatores, & ſectatores eſſe oportet, verùm illi præcipuè, paci, & quieti debent operam impendere, qui orationi, & diuinæ legis meditationi inſiſtendo, ſtudioſiùs, atque ſinceriùs Domino ſeruire deſiderant, animus nàmque, vel curis, & ſollicitudinibus, mundanis occupatus

vel

vel cauſarum ſæcularium negotiis, & diſceptationibus aduocatus non poteſt ſicut expedit diuina meditari, & deuotas, ac feruidas Domino orationes offerre, vndè Apoſtolus dixit, & ſcripſit, volo viros in omni loco orare, leuantes puras manus ſine ira, & diſceptatione, & alibi idem, volo vos ſine ſollicitudine eſſe, itémque alibi, date operam, vt quieti ſitis, & Beatus Pater Auguſtinus, non poteſt inquit, mandata Domini ſeruari niſi quieta mens, quapropter ſerui Domini, qui anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinto decimo, in Heremo Portarum Domino ſeruire cœperunt, volentes à ſe iurgia hominum ſua quærentium ſubmouere, vt Religioſum ſtudium poſſent coram Deo exercere habitationi ſuæ licèt modica, certos circumquáque terminos ſtatuere, vltrà quos iuxta tenorem Cartuſienſis propoſiti nullam, eis immobilem poſſeſſionem adquirere, vel poſsidere liceret, non tàm voce, quàm opere, quodammodo dicentes illud quod in perſona, talium dicitur in Pſalmo, declinate à me maligni, & ſeruabor, mandata Dei mei, Prædeceſſores autem mei Lugdunenſes Archiepiſcopi primùm, ac deinde venerabilis Pater Papa Innocentius ſecundum ſcriptis, & priuilegiis ſuis decreuerunt, & ſub anathematis ſententia ſtatuerunt, vt ſicut prædicti Fratres Portarum, vltrà præſcriptos terminos licentiam, vel cupiditatem acquirendi ſibi, & poſteris ſuis amputauerant, ità nulli omninò Religioſorum, vel ſæcularium liceret infrà eoſdem terminos acquirere, quæ illi ſtatuere, nos quoque Pontificali authoritate roboramus, & eorum conſtitutionem ad notitiam omnium veſtrùm qui poſt me, in Pontificali ſede Lugdunenſi Eccleſia ſeſſuri eſtis per præſentem ſcripturam tranſmittimus, rogantes, & obſecrantes vt ſicut ſerui Domini qui in illo loco, per Dei gratiam vocati diuinis obſequiis ſe mancipabunt, pro veſtra, & totius Eccleſiæ pace, & ſalute apud Dominum intercedere non ceſſabunt, ità veſtra paterna pietas, debitum eis ſerat patrocinium, & tutelam, aduersùs eos omnes, qui religioſum ſtudium qualibet calumnia, vel infeſtatione inquietare voluerint, quædam autem quæ in præſentia mea geſta ſunt, huic quoque ſcripto volumus inſerere, quæque ad eorum pacem, & quietem plurimùm ſunt profutura volumus per præſentem paginam ad veſtram, & omnium qui hæc legere potuerint, & ſcire neceſſe habebunt notitiam, ſiue memoriam peruenire, cùm Bernardus Portarum Prior, & fratres quos ei Dominus paulatim per incrementa temporum aggregauit in prædicta Portarum Heremo, per viginti quinque, & eò amplius annos Chriſto Domino deſeruiſſent, & ea quæ infrà terminos ſuos, iure, quantùm eis videbatur, adquiſierant quietè, & pacificè ſe poſſidere arbitrarentur, relatione multorum didicerimus, quod quidam Canonici Sancti Rufi, qui iuxtà eos in loco qui dicitur Ordinatus habitabant, de eis conquererent, quaſi ipſi terras vel poſſeſſiones eorum ſubripuiſſent. Quod cùm, & ab eiſdem Canonicis ſeiſcitantes audiſſent, & ad me querelam huiuſcemodi detuliſſent, rogatu ipſorum conuenimus, Ego, & Venerabilis Gulielmus Bellicenſis Epiſcopus, & Iſmio Abbas Ambroniacenſis die, & loco vtriſque partibus conſtituto, vbi cùm veniſſet tam dictus Bernardus Portarum Prior, & cum eo Pontius, & Boſo, & Stephanus eiuſdem domus Monachi, itémque ipſius domus Fratres Laici, Bonus Par, & Aynardus, & Virginius, & Girardus, & Sybodus, & Boſo, & Garnerius, & multi alij clerici, & milites, & laici, affuerunt etiam ex altera parte Fulcherius Prior Eccleſiæ ſancti Rufi, & Girardus Prior Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Plateria, Humbertus quoque Prior de Buxia, necnon & Humbertus Prior Ordinati, cum quibuſdam Canonicis regularibus & nonnullis Clericis, atque Laicis, tunc fratres Portarum dixerunt Canonicis Regularibus, vt coram nobis oſtenderent quam aduersùs eos querelam haberent, qui conſilio accepto coram me, & omnibus qui aderant reſpondernnt, quòd neque teſtes producere, neque penitùs aliquid aduersùs eos valebant dicere, vndè eis poſſet quidquam vtilitatis prouenire igitur cùm illi defeciſſent, & calumniam quam intulerant nullatenùs probare potuiſſent, fratres Portarum volentes à ſe, & poſteris ſuis huiuſmodi calumnias excludere protulerunt, & in præſentia mea, & eæterorum qui aderant legi fecerunt. Priuilegium venerabilis Papæ Innocentij ſecundi, in quo ſcilicet priuilegio ſigillatim deſcripſerunt termini, quos ipſi dudum, vt prædiximus habitationi ſuæ circumquáque poſuerant, ſunt autem termini iſti ex parte Occidentali Calmus de Ars, & fons de Gutset, à Meridie finis de Laſſeo, & Laſſen, & Arenarius de Benuncia, & Mornia, ab Oriente Campus Romanus, & Ordinatus, ab Aquilone Calnantum. Cúmque ex circumiacentibus oppidis, & villis adſtaret centum circiter hominum multitudo, nominatis ex priuilegio terminis iſtis, nemo penitùs contradictionem, vel calumniam aliquam intulit. Lecto autem priuilegio declaranerunt, iidem fratres Portarum quomodo terras acquiſierant, quæ ab Orientali parte, vndè ſcilicet prædicti Canonici calumniam intulerant infrà præſcriptos terminos continentur. Primùm, quòd manifeſtauerunt, quòd terram de Mornia ab omnibus qui ibi aliquid iuris habere ſolebant vel emptione, vel donatione acquiſierant, ſed in eadem Mornia eſt funiculus, hoc eſt diuiſio quædam, quàm faſciam vocant in qua miles quidam Boſo de Briord habebat terræ tertiam partem, qui cùm præſens eſſet coram me, & aliis qui aderant teſtimonium, perhibuit, quòd vſum ſuæ partis eis ad omnia neceſſaria conceſſerat, & hoc inſuper quod nulli eam poſſet vadiare, vel vendere niſi ipſis, aut cui ipſi laudaret, deinde indicauerunt, quomodò terram quam dicunt Seleuniam, & terram quàm dicunt terram de Briord, ab omnibus

itidem quorum poſſeſſio fuerat emptione, vel donatione obtinuerant excepto vno prato, quod prædicti Canonici acquiſierant, in qua ſcilicet Seleonia, & in terra de Briord, cùm prædictus Boſo tertiam partem haberet in præſentia noſtra, & aliorum qui aderant teſtificatus eſt, quod ſimili eam illis ratione conceſſerat, modo & ſuperiorem quàm in Morvia habebat portionem, deinde cùm demonſtraſſent, quòd terram Gandelmodis, quàm dicunt etiam Cultes. Similiter itidem emptione, vel donatione adquiſiſſent nouiſſimè patefecerunt quòd loca uemoroſa, quæ generali nomine iugum appellant, donò ab his obtinuerant, ad quos iure regali pertinebant, habent autem cartas ſuas, & ſcripta ſua congruentibus teſtimoniis munita, in quibus ſigillatim, & per partes refertur qualiter horum ſingula, & alia, quæ infrà terminos ſuos poſſident ab his qui ea poſſederant, ius, atque dſtionem tranſierunt, poſt hæc teſtes produxerunt, qui euidenter teſtificati ſunt, quomodò terra, quam prædiximus appellatur terra de Briord, uſque ad terminos Belliceuſis territorij protendens, hoc eſt uſque ad collem qui eſt ſuper Eccleſiam Ordinati, item quoque teſtes teſtimonium perhibuerunt, quòd terra quàm dicunt Cultes, quæ etiam terra Gandelmodis ut dictum eſt nuncupatur, eoſdem terminos Belliceuſis territorij attingeret, & ex altera parte uſque ad Sarratam de Arandato peruenireț, hæc ſunt autem nomina teſtium, Guitfredus Sacerdos de Lonuax, qui tunc erat monachus Ambroniacenſis, & Bernardus frater eius, Conradus Tornator, Gualterius Fardellus, Albertus quem pater ſuus Andreas ad hoc miſit, & hoc ei præcepit ut teſtimonium hoc perhiberet, eo quòd ipſe per ægritudinem uenire non poterat, omnes hi fuerunt de Lonnax Ierenthus Cementarius, Boſo Cognominatus Cacia, hi duo fuere de Seloiaco, Berlio de Vnglato poſt quæ omnia ſciſcitantibus fratribus Portarum, Canonici Regulares reſponderunt ſe laudare, ut hæc omnia perſcriptum memoriæ mandarentur, ut de cætero neque ab eis neque ab aliis huiuſmodi calumnia moueretur, huic negotio interfuerunt, qui mecum uenerant Tancredus Canonicus, Magiſter Albertus, Amicus Capellanus, Petrus Cancellus, & alij nonnulli cum Epiſcopo Belliceuſi interfuerunt Bonus Par Canonicus Regularis, & de Eccleſia Belliceuſi, Arnulfus Archidiaconus, Aymo de Luſtrino, Magiſter Anſelmus, Hugo de Palude, Stephanus Sacerdos de Contreuto, cum aliquibus aliis interfuerunt etiam qui cùm Abbate Ambroniacenſi uenerant, Humbertus Prior Ambroniacenſis, Manaſſes, Otgerius Prior Sancti Saturnini, Guitfredus qui fuerat Capellanus de Lonuax, Boſo qui fuerat Capellanus de Beuuncia, & plerique alij, hi etiam interfuerunt de circumiacentibus oppidis, & villis, de loco Saturnino, Humbertus Sacerdos, Odo de Vallibus, Manaſſes Leobardus, & Hugo frater eius, Arioldus de Fonte, Odo Gaufredus de Brainato, Humbertus de Villa Sacerdos, Petrus de Mores, Gulielmus Seiuerdus, Gulielmus de Strano de Solduno, Humbertus Bonetus, Aymo de Sancto Leodegario, Aymo Sacerdos, & alius Aymo Nepos ejus, & ipſe Sacerdos de Briord, Chriſtianus Sacerdos, Humbertus de Chinues, Ioannes Pontanarius de Quiriaco, Ioannes Sacerdos, Boſo de Briord, Girardus Bonardus, Pannus Boletus de Benuucio, Petrus Sacerdos, Gulielmus, Giroldus de Campu, Rodulfus Tornator, & filius eius Armannus de Vnglato, Richardus Bernerius de Arandato, Varnerius Sacerdos de eadem Parrochia, Aroldus, Eldratus, Richardus interfuerunt etiam alij multi, quorum non facilè potuerunt nomina ſciri, hæc autem geſta ſunt die Kalendarum Septembris, Luna xxvij. Indictione iv. Incarnationis Dominicæ anno M. C. XLI. Pontificatus verò Domini Innocentij Papa ſecundi, xij. noſtri autem Epiſcopatus.

F. A. H. H. O. II.

De eo quòd Ambroniacenſis Eccleſia abſque vlla exceptione dedit habitatoribus huius loci omnem terram quam infrà terminos noſtros habebat.

Ego Deſiderius Ambroniacenſis Cœnobij Abbas notitiæ præſentium trado, memoriæque ſempiternæ ſequentium, per præſentem ſcripturam commendo: Quòd duo de fratribus, ac filiis noſtris ſcilicet, Bernardus & Pontius licentia noſtra ac totius Capituli, ad Heremam tranſiere Portarum, quos complures Clerici, & Laici ſequuti ſunt eandem deuotionem habentes, timentes qui ne ſub ſpecie obedientiæ ab Abbatibus noſtræ Eccleſiæ propoſitum euerteretur, ipſorum, petente Gauceranno Lugdunenſi Archiepiſcopo eum Clericis ſuis, & Beato Hugone Gratianopolitano Epiſcopo, cum compluribus noſtræ Eccleſiæ familiaribus ſolutionem obedientiæ à nobis obtinuerunt, necnon, & terram quam in eadem Heremo habere videbamur, eis abſque vlla exceptione ſine retentione donauimus, ſi quis autem contrà hæc facere præſumpſerit, contrà ſuam ſe ſciat ſeciſſe ſalutem, hæc autem facta ſunt, in Capitulo noſtro, communi conſenſu omnium qui aderant Monachorum, quorum iſta ſunt nomina Iſmio Prior, Boſo Prior Lemencij, Conſtantius Prior Caſtaneti, Guido Cellerarius, Hector, Odilo

Prior

Prior Ayriaci, Boſo Cornatus, Boſo Athanatenſis, Guigo Sautniacenſis, Guido Prior Seyſiriaci, Adalardus Prior Meximiaci, Martinus, Gulielmus Fulco, Drogo Pontius, Sacriſta, Armannus, Pontius, Berlio Camerarius, Odo Prior Inſiriaci, Stephanus, Gaifredus, Laufredus, Pontius, Engelmannus Conſortis, Vldicius, Odulardus, Guatherius, cum pleriſque aliis monachis, huic rei etiam interfuerunt, Girardus Archipresbyter, Presbyteri duo, Bernardus, & aliud Bernardus, & Bonetus, & alij nonnulli, ſuſceperunt autem prædictam donationem Bernardus prælibatus Portarum Prior, & Dodo Magiſter, Laici ſiue conuerſi, Bonus Par, Hugo, Aynardus, & Petrus.

Quòd Iſmio Abbas eandem donationem confirmauit.

Ego Iſmio Ambroniacenſis Cœnobij Abbas vocatus, præſenti ſcripto ad notitiam, ſiue memoriam præſentium tranſmitto, atque futurorum, quòd cùm Chariſſimi noſtri Bernardus, & Pontius noſtræ congregationis fratres ad Heremum Portarum tranſiſſent eodem anno Venerabilis Deſiderius, qui me in regimine noſtri Monaſterij præceſſit, donauit eis cum conſenſu, & laude totius Capituli noſtri terram, quæ infrà eandem Heremum, ad ius noſtræ Eccleſiæ pertinere videbatur, cui donationi ego interfui, & eam mecum laudauerunt omnes noſtri Capituli monachi, ſicut carta, quæ de eadem re facta, apud eos habetur, plenius, continetur, ſed quia eadem carta minimè ſigillata eſt eo quòd ſuprà dictus prædeceſſor meus non haberet ſigillum, Ego prædictam donationem præſentis ſcripti atteſtatione, & ſigilli mei impreſſione confirmo.

Nomina terminorum noſtrorum, & quòd nobis non licet extrà terminos, aliquod immobile poſſidere.

Qui diuina gratia vocante ſæcularibus pompis abiectis Chriſti pauperes eſſe decernunt, modis omnibus elaborare debent vt paupertatis adepti propoſitum, adipiſci mereantur præmium: vnde etiam neceſſe eſt vt antè omnia, veræ paupertatis emulæ cupiditatis rabiem fugientes, tantò minùs in terra poſſideant, quantò ſe, in cœlo maiora poſſeſſuros expectant, & nos qui exemplo Venerabilium Patrum noſtrorum, Heremiturum Cartuſienſium, quorum vitam, inſtitutionémque æquè nobis, ac ſucceſſoribus noſtris ſequendam, imitandámque ſuſcepimus, in hoc etiam prouocati, Ego videlicet Bernardus frater Portarum, etſi non meritò, nomine tamen Prior, & Ordine, cum vniuerſis eiuſdem loci fratribus monachis, ſcilicet nouemdecim Nouitiis, Laicis quoque quatuordecim cum duobus nouitiis, certos terminos Heremo noſtræ præfiximus, quos etiam præſenti ſcripto ad notitiam futurorum tranſmittere congruum duximus, quorum ita ſunt nomina, Caminus Romanus, & extremi fines iugi Ordinatus, Mornia, Arenarius de Benuncia, Mons Varelli, Filgiarum, fons Guſtacij, Mons Eſpinacij, Calmus de Ars, Calnantum, quos idcirco diligentia tanta deſcribimus, non quòd infrà eos, quàmuis totum ſi fieri poſſet paupertati noſtræ crederemus neceſſarium, præter nos alter nihil habeat, licet quod nobis vltrà quicquam immobile, vel cenſuale intra aliquo poſſidere, non liceat, id ſi fortè, quod abſit, aliquando ſucceſſores noſtri à ſuſcepto propoſito reſilire, & in aliud declinare voluerint, aut extrà præſcriptos limites, cupiditatis ſpiritu ſtimulante, poſſeſſionem quamlibet Eccleſiaſticam ſæcularémve, modo quolibet vbicumque, vel à quocumque adquirere, vel retinere tentauerint, ex tunc ſciant ſe inſtitutionis, ac propoſiti noſtri tramitem exceſſiſſe, ideóque pariter omnium qui per Dei gratiam nobis laborantibus, hic acquiſita, vel acquirenda ſuum ius nouerint perdidiſſe. Vt autem præſentis ſcripti cartula firmum, & inconcuſſum in perpetuum robur obtineat, Reuerendiſſimo Domino, & Patri noſtro Humbaudo Lugdunenſi Archiepiſcopo, & Apoſtolicæ ſedis Legato eam confirmandam obtulimus, & authoritatis eius ſubſcriptione, ac ſigilli proprij impreſſione ſignari rogauimus, quam etiam humilitatis noſtræ ſupplicationem Venerabiles Patres, ac Domini noſtri Hugo Gratianopolitanus, & Pontius Belliceuſis Epiſcopi qui & ipſi præſentes aderant, nihilominus laudauerunt & ſubſcriptionibus, ac ſigillis propriis firmauerunt. Subſcriptio Humbaudi Lugdunenſis Archiepiſcopi ſediſque Apoſtolicæ Legati, Ego Pontius Bellicenſis Epiſcopus ſubſcripſi. Signum Hugonis Gratianopolitani Epiſcopi.

Ego Petrus Sanctæ Lugdunenſis Eccleſiæ miniſter Sediſque Apoſtolicæ Legatus à pia memoria Humbaudo III. veſtræ vtilitati, ac indeclinabili neceſſitati prouidens cellarium extrà prædictos terminos incautè prætermiſſum ad vina congreganda, huic ſcripto addidi & Apoſtolica authoritate vobis, & poſteris veſtris dum placuerit habendum præcepi, atque ob confirmationem ſigilli mei impreſſione munivi.

De

De donatione huius Heremi à Venerabili G. Lugdunenſi Archiepiſcopo.

Quæ in poſterum ſecuturis ſæculis profutura creduntur literarum monimenta meritò commendantur. Quapropter præſentis pagina lectione ad notitiam legentium tàm præſentium, quàm ſuturorum volumus peruenire, quòd quando prius Heremitica profeſſionis gratia Ambroniacenſe Cœnobium, relinquentes ſolitudinem iſtam, de Dei miſericordia plurimùm confiſi, cœpimus habitare, Ego videlicet Berunrdus Portarum Prior vocatus, & frater Pontius, tàm in Heremo, quàm in Monaſterio locum iſtum ſic habitatore vacuum, ſic, & poſſeſſore inuenimus liberum, exceptu dumtaxat aliquibus, particulis quas circummanentium nonnulli pro ſuis quiſque voluerat, vel potuerat ſibi parauerant, ſic & enim ſolitudo eadem ab omni humano dominio libera permanebat, vt quicumque vel undecumque veniens Prior in ea aliquid labore proprio occupare voluiſſet ſine vlla contradictione licitè, ac legitimè poſſideret in ipſo igitur anno ingreſſionis noſtræ in eam viſitante nos Reuerendiſſimo, ac Venerabili Patre noſtro Gnuceranno Lugdunenſi Archiepiſcopo, honorabilis Presbyter Petrus de Briord, qui etiam poſtmodùm Archipresbiter fuit, ibidem eius auribus intimauit, locum iſtum ex antiquitatis traditione, & ex patrui ſui, qui & ipſe multorum annorum fuerat atteſtatione antiquitus Regalis iuris fuiſſe, & ob id ad Lugdunenſem Eccleſiam ſicut, & cætera ſui Epiſcopatus Regalia iure Regio pertinere, quòd cùm plana poſitum, ſine vlla multorum qui aderant contradictione, ità eſſe conſtaret, confeſtim præfatus Archiepiſcopus diuina inſpirante gratia locum eundem, cum adiacentia iure ſibi feyſiuit, & conſequenter Domino, & Beatæ Mariæ, nobiſque ac ſucceſſoribus noſtris in perpetuum poſſidendum donauit, atque conceſſit, eiuſdemque donationis terminum, ſicut à ſummitatibus circumſtantium montium verſus Heremum pendet conſtituit, ibidem itaque ſub anathemate interdixit ne quis in vniuerſis, quæ die illa infrà præfixos terminos deſerta, vel ſine certo poſſeſſore inuenerat, ex tunc nobis, aut poſteris noſtris iniuriam, vel calumniam faceret, his tantùm miſericorditer exceptis, qui duobus aut tribus annis antè diem illam proximis certa terminatione poſſeſſa, & à vicinis defenſa extiterunt, & quæ in iure ad neceſſarios vſus circummanentium anteà fieri conſueuerant, vbi vel quantùm ſine moleſtia noſtra fieri poterant, quæ omnia in benedictione Eccleſiæ, quæ paulò priùs ſubſecuta eſt, ſub Sanctiſſimi, ac Reuerendiſſimi Patris Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani præſentia, & vniuerſi populi audientia. Idem Archiepiſcopus iterauit, & conſenſu maiorum, & ſine contradictione minorum tenore ſimili confirmauit: Necnon etiam quæ ſub eiſdem terminis ſæcularium eſſe videbantur, ſuis, & prætaxati Epiſcopi precibus à plurimis poſſeſſoribus ibidem donari nobis fecit, quam donationem pauci quidem tenuerunt, ſed plures ipſa quæ dederant nobis poſtmodùm vendiderunt, pauca verò, quæ Ambroniacenſis Monaſterij erant, in eodem anno eorundem nihilominus Epiſcoporum perditione ſuffragante, cum profeſſionis noſtræ ſolutione, ſicut eiuſdem carta pleniùs continetur, conſenſu totius Capituli ſine vllo retinaculo adepti ſumus. Porrò de terminis, quidam malevoli poſtea, calumniam commouentes dependentem aquam non à ſupernis verticibus montium licèt à quibuſdam collibus longè citrà poſitis in terminorum definitione intelligi debere dixerunt, quæ calumnia cùm annis aliquot indiſcuſſa manſiſſet, tandem die conſecrationis Eccleſiæ ſuperioris in manibus Venerabilium Patrum Epiſcoporum, Humbaldi Lugdunenſis, & Humberti Gebennenſis per ſermonem ad populum reuocata eſt, proceſſerunt autem illicò quàm plures de eadem multitudine, qui conſtitutioni terminorum interfuerant, veritati noſtræ pleniſſimè atteſtantes & falſitatem partis contrariæ oppoſitione certiſſima refellentes, de quibus tandem octo excepti, licèt qui iubentibus aliis datum teſtimonium iuramento manus propriæ confirmantes terminorum controuerſiam ad terminum debitum perduxerunt, eorundem autem teſtium nomina ſunt, hæc: Ebrardus de Loco Vilbraldo, Boſo de Benuncia, Humbertus de Loco Latinino, item Humbertus de Laanioco: Presbyteri Odo de Vallibus, & Guido de Caſſiaco milites, Humbertus Ruffus, & Gulielmus de Benuncia, poſtmodùm autem tribus annis interpoſitis cùm idem Archiepiſcopus tàm Apoſtolicæ Sedis Legatus inferiorem quoque Burgundiam comitantibus Epiſcopis ſupradictis Hugone Gratianopolitano, & Pontio Bellicenſi de Heremo Maiorani aſſumpto, conſeceraret ſermonem per breuem, Romam ſiquidem properabat, ad populum habuit, vbi repetitis quibuſdam, quæ vel ipſe, vel anteceſſor ſuus ad pacem, & quietem noſtram inter antè ſtatuerant, videlicet de mulieribus niſi fortè tranſitum facientibus, & paſtoribus, & plauſtrorum, vel quadrigarum ductu, necnon, & agricultura ſæcularium vbique infrà terminos noſtros prohibendis, quaſdam veteres ſemitas non parùm nobis contrarias auerti præcepit ſtatúmque quàm recenter direxeramus nominans nouam viam ab vniuerſis pertranſeuntibus teneri præcipiendo conſtituit, quàm etiam ſub Eccleſiaſtica defenſionis banno ſtabiliens, ibidem tàm ſua quàm præſentium Epiſcoporum authoritate penitus interdixit ne quis per eam prædam duceret, vel hoſtilia arma portaret, vel cuilibet in eius tranſitu iniuriosus exiſteret, his autem omnibus maiores quidem, & meliores qui aderant, vt quæſitum eſt alacriter aſſenſerunt, reliqui verò nihilominùs contradictionem intulerunt,

præterea

praterea id quoque præcedentibus viſum eſt adnectendum quòd interiecto annorum aliquot ſpatio, Ricardus de Benuncia prater lignorum, & paſcuorum vſum, quem nobis in territorio ſuo, pater, & patruus eius longè antè conceſſerant conceſſioni priſtinæ addidit vt à loco qui dicitur triuium, & à ſupremo colle montis VVitmari versùs habitationem noſtram in vniuerſis qua tegritorij eiuſdem eſt tunc, & deinceps, nec non prata, nec vlla prorſus cultura vel noualia fierent, ſed ſicut erant inculta iugiter remanerent, dedit iterum alio tempore nobis, ne mulieres prædictos terminos propter aliquod opus faciendum pratereant, niſi tantùm ad meuſem Iulium ad fœnandum, & vt in pratum Ancelmi, ſicut eiuſdem rei limites monſtrant in oppoſitum collem, qui Liſiacus dicitur dirigentes nulla prorſus beſtia ad paſcendum tranſeat, niſi tantùm porci tempore ſyluatica paſtionis, noſtro per omnia damno, & moleſtia deuitata, qua omnia frater eiuſdem Ricardi, Humbertus ex parte ſua ſimiliter fecit, atque laudauit, & totius parrochiæ conſenſu in Eccleſia de Benuncia ſub præſentia Boſonis Sacerdotis vnanimiter approbauit, nonnullos etiam principum, & nobilium qui immunitatem, & plenariam libertatem noſtra ſolitudinis, licet diuerſis locis, & temporibus abſolutè laudauerunt, & quidquid in ea iuſtè, vel iniuſtè habere poterant dimiſerunt, non inutile creditmus, ſubnotare, ſunt autem hi Amedeus Comes, Guichardus Bellijoci, Giroldus de Turre, Amblardus de Turre, Amblardus de Grandimonte, Humbertus de Coloniaco, Boſo & VVilelmus de Briord, Hugo de Plumbis, & fratres eius Sigenertus, & Amblardus, Lambertus cum filiis ſuis, Artaldus frater eius, & Boſo nepos eorum. Hanc itaque cartam ad munimentum ſucceſſorum noſtrorum ſtabile, atque perpetuum in auribus Reuerendiſſimi Domini ac Venerabilis Patris noſtri Rainaldi Archiepiſcopi Lugdunenſis recitari, & authoritatis eius ſigillo fecimus inſigniri, per Anteceſſorem eius Dominum, & amantiſſimum patrem noſtrum Humbaudum Archiepiſcopum, ad quem maximè pertineret, idcireò fieri non potuit, quia ſicut ſuprà dictum eſt conſecrata inferiori Eccleſia Romam properans feſtinantiſſimè tranſiit, & peccatis noſtris prohibentibus ad nos vltrà non rediit.

NOTICES TIRE'ES DV CARTVLAIRE DE L'ABBAYE D'AISNAY, POVR LA FONDATION DV PRIEVRE' de S. Benoiſt de Seyſſieu.

Origo Monaſterij S. Benedicti Saxiaci ex teſtamento Aureliani Abbatis Athenacenſis.

MVNDI ſenio impellente ad occaſum, inſtruimur præceptis Domini cibum operari qui non pereat, & qui ſuper fundamentum Chriſti, ſtabilitus, fundatus, ac radicatus eſt, ædificat ſuper auro, argento, & lapidibus pretioſis, bonorum ſcilicet proiectus operum auxilio conſtruit, quòd examinis diuini iudicij probabile inueniatur, & non in fragilibus materiis conſtructum comburatur, & perpendens in huius vita exitio cum nudos per naturam cunctos humanos procreauit diuina pietas, qua pro nihilo ducens, niſi etiam participes, & coharedes ſibi æternæ beatitudinis faciat, dignum, & iuſtiſſimum omninò iudicauit, vt coharedem, ac participem facultatis, & muneris à ſe collati ipſum præcipuè eligeret, qui non caduca, nec tranſitoria, ſed æterna ac manſura ſemper poſſeſſionis voluit eligere hæredes. Idcirco ipſe Aurelianus Abbas in Dei nomine piè quæſiuit, & poſtulauit à fratribus videlicet qui fructu carnis, & ſpiritu ſunt fratres, & à cæteris, qui eidem ad finitate propinquitatis iuncti erant, ſacellum, quòd ædificaretur, fieréque Cœnobium monachorum viuentium ſub regula Pij Patris Benedicti, & quod poſtulauit ab eis impetrauit facta ſolemniter donatione, cæterorúmque parentum ſuorum amore incitatus, iuſtiſſimum ſibi viſum fuit iam dictum ſacellum pro poſſe fundare, & vbi pro gratis eorum muneribus eſſet oratorio ſolemnis, & iugis ſupplicatio, & apud Deum continua pro ſalute eorum exoratio, quem locum ſufficienter teſtamento deſignauit eſſe locum de Saxiaco eum rebus ſuis ad eum pertinentibus ſitum in pago Lugdunenſi non longè à Rhodano fluuio, in agro Saxiacenſi conſpicuum in prædicto pago Lugdunenſi ea qua habebat, & poſſidebat in villulis Neriaci, Creſtaci, Angullij, cum Eccleſia Sanctæ Teclæ, Montulij, Lolios, Rogerij, Bulliciaci, Sunelſergij, Camerraci, Milliaci & Villacio, Crepti, Marchantiaci, Cacoberij, & in pago Bellicenſi Caſtiniaci, & Damaſceni cum territoriis in eodem teſtamento contentis qua omnia præmiſſa, & alia in eodem teſtamento præſcripta, cum domibus, ædificiis, pratis, ſyluis, campis, vineis, montibus, pomis, paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, ſalinariis, mobilibus, & immobilibus, & omnibus adiacentiis, exitibus, & regreſſibus, vel quantumcúmque in prædicto loco illi habere ſinebatur poſſeſſio, aut à parentibus data, aut amicis, ſeu dato pretio comparata cum ſeruis, & ancillis, & omnia, & omnibus, & quidquid ad iàm dictum locum aſpiciebat, aut aſpicere videbatur totum ad integrum hilari mente, promptáque voluntate cauſa teſtamenti, Deo ſaluatori, deuotè obtulit, & in vice Chriſti Remigio Venerabili, & Religioſiſſimo Archiepiſcopo, ità dumtaxat

vt idem Venerabilis Archiepiſcopus, quod cœptum fuit Monaſterium ab offerente teſtatore ipſo Aarelluno Abbute perficiat in honore Dei, & Sancti Benedicti, & Beatiſſimorum Martyrum Florentini, & Hylarij, & voti eiuſdem Abbatis iuuante Domino deſiderium perficeretur cum cæteris præmiſſis, póſtque voluit idem Aurelianus Abbas ſuo teſtamento, vt cœnobium nullius Regiæ magnitudinis, vel alterius terrenæ poteſtatis iugo ſubiaceat, teſtamento ſuo inſeri, vt à die ſui voti, nec parentum ſuorum, nec Regiæ magnitudinis, vel cuiuſlibet alterius terrenæ poteſtatis iugo ſubiaceant iàm dicti ſerui Dei inibi congregati, ſed quemcúmque ipſi monachi in ipſo ordine Monaſtico ex ſemetipſis, Abbatem, paſtorem, ſiue rectorem, ſecundùm placitum Dei, & Regulam Sancti Benedicti eligere velint, liberè in omnibus eligendi abſque vllius poteſtatis inquietudine potiantur arbitrio, pro infeſtatione verò peßimorum impiorúmque hominum, nihilominus placuit eidem, vt pro voto & arbitrio ſuo, quem tutorem, & defenſorem eſſe vellent, abſque vllius refragatione liberam haberent eligendi poteſtatem, & vt teſtamentum ſuum firmum eſſe ſinatur, adiecit, quòd ſi quis contrà idem ſuum teſtumentum, quòd Dei amore faciebat, & veneratione Beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Benedicti, Martyrúmque Florentini & Hylarij, ſiue eſſet Regia poteſtas, & ſublimitas, aut quorumcumque Regalium procerum dignitas, ſiue etiam propinquorum hæredum ſuorum calliditas, aut callidè infirmare tentauiſſet, eius doli, fraudéſque penitus irrita fiant, & inſuper iram Dei omnipotentis incurrant, & ab Eccleſia eius extranei ſint, & à communione Chriſtianorum alieni ſint, & cum Dathan, & Abiron tremendo gehennæ igne crementur, & factum, conditámque fuit ſuum dictum teſtamentum Lugduni publicè anno Incarnationis Dominicæ 859. Indict. 7. Regnante Carolo Regę filio Lotharij Imperatoris anno 4.

PRIVILEGIVM, ET TESTAMENTVM IPSIVS Remigij ſuper fundatione Sancti Benedicti.

CONSEQVENTER antefatus Remigius diuino numine Sanctæ Eccleſiæ Lugdunenſis Epiſcopus, pia, & fideli deuotione Monaſterium, & habitaculum ſeruorum Dei inceptum, & pro maxima parte fundatum in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſuper veneratione Beatiſſimi Benedicti, proùt ſuper, & in dicto loco de Saxiaco, & in agro ſuprà memorato & diffusè declarato, & deſignato, cupiens perfici teſtamentum, res, facultates, & poſſeßiones quas iam dictus Aurelianus Abbas in ius ipſius Remigij Epiſcopi transfudit teſtamentario, & donationis iure, & quidquid habere viſus fuit in dictis rebus, & in Villulis Neriaci, Vexiaci, Angiliaci, cum Eccleſia Sanctæ Teclæ, Monthullij, Lollios, Agabrij, Bulaſiaci, ſiue Liorgo, Camerxci, ſiue etiam Milliaci, & Villicio Crepti, Murcamiaci, & Cationeci, in Pagóque Bellicenſi, Caſtagniaci, & Domußiani, in pago Viennenſe Caſdum, in pago Dienſi Carpoboli . . . . Villis, cum Eccleſiis Sancti Marcelli in pago etiam Maurianenſi, in diuerſis locis omnia, itémque Caſis omnibus, ædificiis, pratis, campis, ſyluis, vineis, montibus, pomis, paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, fermariis, mobilibus, & immobilibus, & quæcumque tunc cernebat ſua poſſeßio cum ſeruis, & ancillis, omnia, & ex omnibus quidquid ad iam dictum locum aſpiciebat, aut aſpicere videbatur, Hilari mente promptáque voluntate Deo ſaluatori Omnipotenti deuotè obtulit, & fratri Badiloni, qui loco Abbatis præeſſe, & prodeſſe debet, & aliis fratribus qui inibi ſub regula pij patris Benedicti Dei ſeruitiis inſiſtebant; ità necnon plenè idem Abbas, & fratres iàm dictum Monaſterium perficerent iuxtà mentem dicti teſtamenti præfati Aureliani Abbatis, & ipſius teſtamentariam voluntatem inſequendo ipſius teſtamentariæ voluntatis vigore, & teſtamento ſuo inſerendo, vt ab illo die, nec ſuo, nec parentum ſuorum, nec faſcibus Regiæ magnitudinis, nec cuiuſlibet terrenæ poteſtatis iugo ſubiacerent, iàm dicti ſerui Dei inibi congregati, ſed quemcumque vellent pradicti monachi, ex ſemetipſis Abbatem paſtorem, ſuíque rectorem ſecundum placitum Dei, & Regulam Sancti Benedicti liberam in omnibus eligendi abſque vllius poteſtatis inquietudine haberent ſuo arbitrio, pro infeſtatione verò peßimorum iniquorúmque hominum iaßit, vt pro voto, & arbitrio ſuo, quem tutorem defenſorémque habere vellent, abſque vllius refragatione liberam eis attribuendo facultatem eligendi cum cæteris ſimilibus, clauſulis, & verbis in teſtamento Aureliani Abbatis contentis, & deſcriptis.

PRÆCEPTVM CAROLI REGIS SVPER fundatione Sancti Benedicti de Saxiaco.

SVCCESSIVE Carolus diuina ordinante prudentia Rex, Lotharij quondam Piißimi, & inclyti Filius dicens, ſi cùm quòd ad ſeruorum Dei quietem pertinet deuotißima ſollicitudine, & Regali prouidentia ad emolumentum animæ ſuæ procurare, vel ad ſerenam beatitudinẽ capeſſendam

procul

procul dubio hoc pertinere confidens; idcirco conuenit tractare ea, quæ in quibuſlibet Ordinibus Eccleſia, minùs vtiliter conſtare videbantur, ob iniuriam, & negligentiam, aut propter Ciuilis belli tranſactam violentiam, quàm iuuante Chriſto in melius reformando roborari ſtudendo, narem libentiſſimè accommodando in honorem omnipotentis Dei, & venerandi Beatiſſimi Benedicti Confeſſoris, Martyrámque Florentini, & Hylarij ad ſuggeſtionem ſacrorum Pontificum, & Regni ſui Principum quoddam priuilegium dicto Cœnobio. Monachiſque conceſſit, & ſtatuit in eo videlicet, vt poſſeſſiones quas prædictus Abbas Aurelianus pro rei firmitate S. Remigio Archiepiſcopo, idem Venerandus Archiepiſcopus omnipotenti Deo, & Beatiſſimo Benedicto obtulit, vt in dicto teſtamento continetur, vel quas in eodem loco ex donis fidelium diuina pietate augeri voluit, nullius terrenæ poteſtatis vnquam iugo ſubiaceant, ſed ad ſolius Dei ſeruitium memoratus Aurelianus Abbas, vel monachi ſui, & ſucceſſores eorum in venturis generationibus in omnibus ſicut in eodem teſtamento inſcriptum eſt teneantur, & quidquid in eodem priuilegio ſacratiſſimi antiſtites conſtituerint, & ſubſcripſerint, conceſſit, & confirmauit.

PRIVILEGIVM DECEM EPISCOPORVM SVPRA fundatione Sancti Benedicti de Saxiaco.

INDE verò frequentius inuigilante præfati Caroli Regis nobilitate glorioſa, quia cum qua libera mente quietis, cum labore prouideri & ſeruari ſolet per inquietudinis aſſiduum impedimentum ſolent minui, vel penitùs aboleri, peruento ad decem Epiſcoporum conuentus notitiam, qualiter memoratus venerandus vir Aurelianus Abbas Athenacenſis, teſtamentum, & ordinationem ſuam condidit, de quibus ſuprà fit mentio, & deinde præfatus venerandiſſimus, atque ſanctiſſimus Remigius Archiepiſcopus ipſius Aureliani Abbatis rogatu: Iterum ritè præfato Badiloni, qui loco Abbatis prodeſſe, & præeſſe deberet, & monachis ibi ſeruientibus ſub regula pij Patris Benedicti, prout proximè in dicto teſtamento proximè deſcripto continetur, diſpoſuit, Epiſcopi decem ſuprà dicti Caroli Chriſtianiſſimi cum reuerentia adierant clementiam, vt tam dicto Cœnobio in honore ſaluatoris Domini, & venerabilis Beatiſſimi Confeſſoris, ſanctorámque Martyrum Florentini, & Hylarij conferat priuilegium, & de rebus neceſſarijs concedere dignaretur ſecundùm regalem magnificentiæ ſuæ, ac illius aſſenſum præberet vt illa ſubſcriptione roboraretur hinc, & inde, & regali magnificentia, & authoritate Epiſcopali Epiſcopi conuenirent, quantùm nunc præſentibus ſaturíſque temporibus idem Monaſterium vellet permanere, quòd idem ſæpè dictus Carolus Rex conceſſit, & addendo, vt poſſeſſiones, quas iam dictus Aurelianus Abbas Remigio Archiepiſcopo, & ipſe Archiepiſcopus Deo, & Sancto Benedicto, & Sanctis Martyribus iam dictis obtulit aut quas in futurum ex fidelium deuotione diuinæ pietati contulerit donatio ad ſolius Dei ſeruitium eiuſdem loci, vt in teſtamento Remigij cauetur firmiſſimam teneant libertatem, deinde Epiſcopi ipſius ſacrati, ac venerandi Domini Pontificis gerentes officium, ea quæ ſuper memorata ſunt in ventaris generationibus ſtabilia ſemper, atque inconcuſſa perſeuerare, voluntatem Domini conſiderantes decreuerunt, & ſinguli propria ſubſcriptione roborauerunt & deſtructores, & machinatores præmiſſorum, ſeu in eorum deſtructione, fraudulentiáque machinantes in poſterùm emerſerint ſecundum poteſtatem ligandi, & ſoluendi ab ipſo Domino Ieſu Chriſto eis traditam æterno vinculo perpetuæ dominationis ex hac Beatorum requie alligando, cum omnibus qui nequiſſimæ voluntati conſentiunt, eum alijs in priuilegio dicti Caroli Regis comprehenſis.

ALIVD PRIVILEGIVM.

SVCCESSIVE propter quietem quæ multùm vtiliſſima eſt, ipſi Chriſtianiſſimo Carolo ampliando, & augmentando priuilegium prædictum Cœnobio conceſſum ſuprà declaratum placuit, vt eidem Monaſterio vnà cum rebus omnibus ad ipſum locum reſpicientibus, more Regio ſuæ immunitatis defenſorem confirmaret, præcepitque, & iuſſit, & iubendo præcepit, vt nullus iudex publicus, nec quilibet ex terrena poteſtate, nec aliquis ex fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, atque in Eccleſias, & loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti Monaſterij quas tunc poſſidebat, aut quas hic diuina pietas augere voluerit, in quibuſlibet pagis, vel territorijs, aut cauſas audiendo, vel feuda exigendo, aut tributa, ſeu manſiones, vel apparatus faciendo, ſiue fideiuſſores tollendo, nec homines ipſius Monaſterij, tàm ingenuos, quàm ſeruos, ſuper terram ipſius commorantes diſtringendum, vt nullas redhibitiones, vel illicitas occaſiones requirendas vllo vnquam tempore introducere audeat, vel per exactorem præſumat, & quidquid fiſcus ſperare poterat pro anima ſuæ remedio conceſſit.

Conceſſit vlteriùs mercatum annuum ibi fieri 5. Calend. Octobris, ſed, & ſeptimanale 5. feria.

Conceſſit inquam Teloneum infrà Regni ſui ſpatia, iuſſitque vt nullus ſit exactor non in ciuitatibus, non in vicis, ſiue in portis, ſed nec ex Nantonio Nauium.

Sanxit pro infeſtatione nequiſſimorum iniquorámque hominum quemcamque Aurelianus Abbas, aut ſucceſſores eius voluerint eligere tutorem, ſiue cauſidicum ad res ipſius Monaſterij inquirendas, ſea defendendas liberam in omnibus habeant facultatem, & per omnes eius fideles in cunctis nationibus eidem Cœnobio ſolamen, & adiutorium præbere talémque poteſtatem, & authoritatem ad eaſdem res inquirendas ſiue defendendas habeat, ſicut ipſius Chriſtianiſſimi propria ſeſe Regalis habet authoritas, & vlteriùs vt nullus contrà Aduocatum ſæpè memorati Cœnobij teſtes adhibeat, ſed ipſi tribuatur facultas ipſas res ſicut in ſuis proprijs conſuetudo eſt defendendi.

LEGENDE DE SAINCT DOMITIAN.

Extraite du Breuiaire de l'Abbaye de S. Rambert en Bugey.

Incipit vita ſanctiſſimi Domitiani Confeſſoris Chriſti, fundatoris Monaſterij Sancti Ragniberti.

IGITVR Beati Domitiani Confeſſoris Chriſti vitam deſcripturus, primitùs inuoco Deum Patrem Omnipotentem, vt qui eidem Sancto vſque in finem dedit bonam perſeuerantiam, nobis qui ſcripturi ſumus, & vobis qui compellitis, per eiuſdem Sancti, atque omnium interceſſionem Sanctorum vitam tribuat ſempiternam. Denique Conſtantij Imperatoris temporibus, in Romana vrbe ex nobilitatis lampade non obſcuris natalibus naſcitur Domitianus Dei famulus Patre Philippo, matre autem Marcianilla, qui præcteris gratia generoſitatis ornati regenerationis gratiam, vt à prole compertum eſt integrè, ac Catholicè inter Arrianos occurſus fideliter cuſtodiebant, ablactatum verò puerum præfatum, ſcholis commendauerunt Catholicis, in quibus aliquandiu commoratus diuini eloquij ſtrennum cœpit habere in diſcendo ſtudium, qui cum ferè iam duodecim eſſet annorum libellis omnis patrimonij à parentibus acceptis ad ſcholam rurſus reuertitur, ſtudioſque maioribus in diſcendo mancipatur, vbi dum ferè vſque ad quintum decimum ætatis ſuæ annum, vacandi haberet ſtudium in diuinis cultibus Patre ab Arrianis ob Catholicam fidem interempto, mater nimio dolore attrita lucis huius caruit viſu, ſicque ab infidelibus patre interfecto, matre verò nimio extincta dolore nobilis qui remanſit filius, maximis repletur doloribus, atque parentibus humi condignè recluſis, ex doloribus quantulumcùmque recreatus cœpit cogitare, quid agere deberet, ſi patrimonio contentus temporali laicalem, an Eccleſiaſticam expeteret dignitatem, cúmque duobus menſibus in tali verſaretur conflicta, tunc famulum domus ſuæ talíter alloquitur, Eia, inquit Siſimi dicito mihi, ſi homo dum liber eſſe dignoſcitur, & permanere ſecurus in libero poteſt arbitrio, implicare ſe debet in diuerſis, & multis, ac caducis ſeruitiis? Reſpondit Siſimius æſtimo, & verè fateor, nobilius quemquam cui facultas eſt eſſe liberum, quàm ſeruum, & Dominus optimè inquit, reſpondiſti, nam & doctrina Apoſtolica, quàm didici in ſcholis, ità dicit, ſi potes liber fieri magis vtere, hanc quippè ſecundùm diſpoſitionem, ſequi cupio regulam, te autem & omnes quibus præfectus ſum, dimittens liberos, cætera volo vendere, pauperibus eroganda, quòd ſtatim incipiens agere infrà duas hebdomadas, totum patrimonium vendidit, & omnia pauperibus erogauit, atque monaſticam deuotiſſimè ſuſcipiens vitam ſæcularem funditùs dereliquit. Intereà Conſtantio Imperatore defuncto Iulianus Apoſtata ſuſcepit imperium, qui crudelitates exercens multos monachos etiam mulctari iuſſit. Quòd vir Domini audiens ſrrentis Diaboli, & inuidentis cognouit aſtutias, atque continuò Euangelicam protulit ſententiam, dicens, ſi vos perſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in altam, creſcente autem rabie ſæuientis Apoſtatæ præfatus vir nobilis diſimulato habitu nauigium expetit marinum, quaſi, in Thebaidem iturus, ſed quia conſpexit quòd in Thebaide perfecutio maior excitata erat, eò quòd illic copia monachorum eſſet, formidauit illuc tranſmeare quin potiùs Occidentales partes eligens, nauim quandam ingreſſus Maſſiliam vſque peruenit, vbi cùm Syluano Eruditiſſimo Presbytero aliquandiu commoratus, Lirinenſem vſque peragranit inſulam, in qua vno anno conuerſatus, cuncta qua ei acciderant Patri Vincentio Doctiſſimo, ac diſertiſſimo Presbytero narrauit, & fratribus, quo in loco perſecutionem audiens quàm fugerat, aduenit Arelatem apud Dominum Hylarium Epiſcopum quantulumcumque commoratus in eum quo aliquo conuerſatus tempore Iulianum inſecutorem diuino audiuit apud Perſidem gladio interiiſſe, de qua re vtcúmque ſecurus, & à præfato Venerabili Epiſcopo ex ſua conuerſatione admodùm dilectus ſecundùm Eccleſiaſticas ordines Presbyter, abeo eſt ordinatus.

Ac

Ac deinde humanos declinans fauores petita benedictione Australes expetiit partes, Heremiticam ducere vitam magis eligens, quàm ciuilem, verùm audiens, Beati Encherij sanctitatem Episcopi Lugdunensis inclyta vrbis Galliarum summa cum festinatione illum videre desiderans Lugdanum ingreditur eiúsque voluntatem sciens Pontifex, tabulam etiam eum reliquiis Sanctorum Chrysanti, & Darij, saper quàm Missas faceret Heremita futuro Pius pater dedit, síeque Lagduno egressus quondam heremunculam aggreditur, locum qui Axaneia valgò dicitur, atque ibidem, non adhuc multos commoratus dies, arctum construxit oraculum, & Pontifici memorato innotuit, vt eius iussu in honorem Sancti Chrysostophori dedicaretur. Interea dùm ibidem conuersaretur seruus Dei Domitianus ieiuniis, & orationibus, ac vigiliis Missarúmque solemnijs intentus discipulos cæpit habere qui eius arctissimæ vitæ cupiebant esse pedissequi, sed dum frequentiam aduentantium circumquàque residentium cerneret populorum grauiter ferens, ad Dominum Encherium repedat Pontificem, talitérque eum alloquitur: Pater Venerande, non mihi videtur tumultuosus, eunctísque penè notus ille locellus in quo habitare cæpi aptus esse monachis maximè, eùm aqua illic desit, cui Papa Pissimus, Vade, ait, & perquire vbicumque vis locum ad habitandum congruum, síeque benedictione accepta ad propriam reuertitur cellulam, alteraverò post laudes Deo redditas, & solemnia Missarum celebrata, eum discipulo suo, Modesto nomine, contrà Orientales partes iter arripuit, qui fluuio, qui Igneus dicitur traasito in profundam Heremum sese dederunt, in confinio videlicet Lugdunensis Territorij, in quibus locis, antiqui falsi monetarij olim conuersati fuerant, igitur circùm circà illos perscrutantes locellos, fontes reperierant irriguos, inter quos, vnum inuenientes maximum Bebronæ indiderunt nomen, vndè vsque in hodiernum diem Bebrounensis dicitur ille locellus, nocte verò illa, in quodam speeu se recludentes, hymnis, & laudibus Deo peractis fatigati ex itinere fessa quieti dedcrunt membra, circa verò mediam noctem non valdè soporato Dei famulo Domitiano Dominus Iesus ei apparuit, elementíque vultu eum alloquitur dicens, Domitiane athleta prudentissime viriliter age, quia in omnibus sum tuus adiutor, eo quòd multos qui tuo exemplo nutriendi sunt in hoc loco sim filios recepturus, sicut enim disposuisti heri in animo tuo, ità ædificare incipe, cogitauerat námque serò suprà eollem qui prædicto fonti eminet, contrà Occidentem, qui quantulamcúmque habebat planitiem maximam facere cellam, iuxtà viam verò hospitiolum paruulum propter pauperes, ac si fieri posset quandóque oraculam. Expergefactus itaque Dei famulus, gratias egit Deo qui ei prosperum suum, nunciauerat aduentum, contiauóque reuersus ad cellam, discipulos ex loco aptissima, & maximè ex visione, quàm viderat consolatur non modicè. Oratorium verò, & hortalos, ac vineam, quàm ibi construxeraat cuidam Presbytero commendantes ad locum prauisum eum omni supellectili deuenerunt atque ad habitandum iafrà biennium habitacula & duo oratoria vnum in honorem Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, alterum verò in honorem Sancti Chrysiophori Martyris condiderunt. Quæ etiam iassu Domini Encherij Papæ Lugdunensis dedicata sunt, cæperuat autem quædam Heremi loca excolere, semina iacientes, vberes fructus vnde recepere temporibus suis. quadam autem die, dum Domitianus Dei famulus, cum fratribus quodam opere fatigatus ad vicinum aluenm, qui Albarona dicitur, ad lauandum causa refrigerationis venirent atque nudati amnem ingrederentur, vulpes, quæ callidum animal dicitur, sandalia Religiosi Dei famuli memorati ore proprio laniare cæpit, atque corrosit, quòd vir Domini eerneas ait Domine, qui Angelos fecisti, quíque vermiculas condidisti, & omnia quæ suprà infrà, & subterfunt formasti, te inuoco, vt hæc ferula, ac genus illius vlteriùs nos, ac succeffores nostros ledere non præsumat, necdum verba Dei famulus finierat, & bestiola illa antè eius oculos expirauit, deineeps verò nullam lasionem genus illius in eodem loco facere præsumpsit, vsquè in hodiernum diem, nam, & cum gallinis illius loci sunt visa posteà ioeasse vulpes contrà suam naturam agentes, sed nullam earum ledere præsumpserunt. Cæpit intereà Dei seruus cum suis arctiorem vitam ducere, itaat ipse infrà hebdomadam, semel cibum sumeret, nam, & collata est ei à Domino potestas, Dæmonibus imperandi, & eos ab obsessis corporibus pellendi, vnde, & cùm multùm ab aduentantibus tædium pateretur, formidans humanos fauores, quos, & declinare nitens, secedebat elam in profundam Heremum Sabbatho, ad nocturnas tandem vigilias reuertens, eerneatet autem eius discipuli præ nimio eum abstinentia valdè debilitatum pedibus illius pronoluti aiunt, cur nos pater deserere aiteris, aut certè, eàr non perpendis nos aliquot esse adhuc rudes, quòd si deceesseris, indocti, & sine pastore remanebimus, discipulos nempè nimio afflictos dolore conspiciens paulalùm cæpit habere quotidianum vilissimum cibum, & vespertinum, & sic vteúmque refocillatus est, visum est intereà Dei viro, vt circà viam propter frequentiam transeuntium, sicat priùs cogitauerat Oratorium facere & conuocatis discipulis, aie, necesse est fratres, vt càm Dei miserentis adiutorio incipiamus vnum circà viam ædificare Oratorium, cui coasentientes eadem die cæperant fundamenta aperire, atque alio die posuerunt ibi ex vicinis conuocatis cæmentariis Oratorium non adeò modicum ædificare cæperunt, sed aduenieute fames inopia qua tunc temporis Gallias teaebat aliqua per loca, panis etiam defecit seruis Dei, & eorum cæmentarijs conductis, quòd vir Domini ait, laborate fratres, proùt oportunum vobis videtur,

Ego

Ego autem properabo ad ſæculum aliqua victui neceſſaria quæſiturus, Aſcenſo autem aſello, venit ad Villam, quæ vulgò Torciacus dicitur, atque dum ex more homines loci illius in clybano pridie panes coxiſſent & ille prunas adhuc ignitas conſpiceret, acclinis intuitus infrà clybanum panem mira magnitudinis atque inſolitæ candoris aſpexit foris, eam bacalo extraxit, & eandem incolis prædictæ Villulæ oſtendit, ne fortè alicui illorum in oblationem veniſſet, ſed cùm nullus ex ipſis ſuum cognoſceret eſſe intellexit, vir Domini ab eo qui panis eſt vitæ, ſuis eſſe cæmentariis præparatam, ſicque continuò reuerſus, eis obtulit dicens accipite fratres annonam vobis à Domino præparatam, ex quo videlicet pane ſexdecim monachi & quatuor cæmentarij decem ſunt paſti diebus affatim, videbatur namque cùm in eorundem frangeretur manibus ereſcere, ergò ex eodem pane, dum tam quinque diebus eſſent refecti, pater ſollicitus de diſcipulis, ac cæmentariis, qui vtrique in oratorio ædificando erant intenti, rurſus aſello aſcenſo, ſæculum repetiit victui neceſſaria mendicaturus. Erat prætereà quidam vir Latinus nomine ſecundùm ſæcularem potentiam nobiliſſimus in prædio ſuo quòd dicebatur pridem Calonnia, à fonte qui Calonna vocabatur trahens vocabulum, ſed hic vir cum eſſet potens, & inclytus, volnit à nomine ſuo fonti & Villæ trahi vocabulum, id eſt, à Latino Fons Latianus, inde & Villa Latiniacus, quæ nomina vſque in hodiernam diem, & fons, & Villa retinent, quadam verò die, dum à iocis, quos cum amicis facere ſolitus erat reuerteretur aream ſuæ ventilatores conſpicatus illuc diuertitur, ſed & vxor illius Syagria nomine Religioſa matrona properat in occurſum, ibique dum famulantur ſimul per diuerſos amplexus, & frumenta diuerſis aduentantibus venderent ſuprà dictus ſeruus Dei Heremitanus, cum aſello aduenit, eóſque ità alloquitur, nobile connubium, vita vobis & pax augeatur, ſerui enim Dei viuentis in viciniæ heremo degentes, miſerunt me ad vos, ſicut, & ad cæteros nobiles victui neceſſaria poſtulantes præſertim cùm vnum oratorium veſtimus ædificare, & panis defecerit; tunc ad illum Latinus, cur inquit expectas tibi meum dari frumentum cum potiùs mimum eſſe te conſpiciam, quàm ſeruum Dei; Domitianus reſpondit ô Dux inclyte, bene apertos oculos habuiſti modo, cùm plus deſidioſè, & negligenter quàm expedit viuam, Latinus autem, qui Arrianus erat multúmque de fide diſputare cupiens, ait, ergo, quia miniſtrum te dicis eſſe ſeruorum Dei commorantium in heremo dicito nunc mihi qualem tenetis fidem, Domitianus reſpondit, fides ſi varia fuerit variantes, & leproſos gignit, ſi autem ſolida, & vniuerſalis, ſolidos & abſque vlla offuſcatione ad Regnum ſine fine manſurum ſuos prodacit. Tunc Latinus, quæ eſt ſolida & vniuerſalis, Domitianus reſpondit ipſa eſt quàm audiui, & didici à magiſtris meis Apoſtolis viris, & quæ nunc maxtos habet ſectatores Arrianos, Latinus ait, quæ eſt, Domitianus reſpondit, hæc eſt fides noſtra, Credere in Deum Patrem omnipotentem, & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum, & in Spiritum ſanctum Deum Patrem, eò quòd habeat filium, filium eò quòd habeat Patrem, cui æqualis, ſecundum diuinitatem per omnia eſt, Spiritus verò Sanctus ab vtroque procedens, nihilominus conſubſtantialis, & coæternus eſt Patri filióque, has tres perſonas vnum ſatemur Deum, quia vna Deitas, vna omnipotentia, vna eſt æternitas, indiuiduáque Majeſtas, Latinus ait ergo Poteſtas Patris non eſt maior, quàm filij, Domitianus reſpondit nequaquam, quia ipſa eſt poteſtas filij ſecundum Diuinitatem; quæ & Patris, ſicut Deitas, & æternitas. Tunc Latinus, ſtultè dicit, vis modo vt ego qui tantæ poteſtatis ſum vir adhuc puerulo filio meo, quem cernis omnem gloriam meam & dignitatem credam, quarum adhuc minimè dominari valet, & ſi ego diſcedens, & moribundus talia illud facere, quantò magis omnipotens Deus pater filio ſuo adhuc tenero ſuam omnem, contulerit dignitatem, Domitianus reſpondit ô Dux carnaliter ſapis, & ſecundùm carnem iudicas omnia, nos autem credimus, quia Deus Pater per filium omnia fecit, ſicut in Euangelio legimus omnia per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factum eſt nihil, Latinus iratus ait recede mihi à nobis, quia mentiris, cogitaueram namque ſi rectè profectatus fuiſſes, aſellum tuum onerare frumento, Domitianus reſpondit, ſi ego de fide rectè ſentio, & hæc vera ſunt, quæ ſum profectatus modò, tu nomine vnigeniti filij Dei per omnia coæterni, & coæqualis Deo Patri, hæc fana quæ ad culturam Dæmonum fabricata ſunt corruant, eraat autem circà arcam duo excelſiſſima fana, quæ ſecundùm Gentilium ritum in honorem Iouis, & Saturni fabricata antiquitùs fuerant, & licet occultè tamen adhuc colebantur, à ruralibus, ruſticiſque hominibus, qua ruina peracta ſtatim terra contremuit, & poſt puſillum cælum cum eſſet ſereanum nubibus obumbrari cæpit, deinde tonitrua mugire, magna fulgura coruſcare, atque grando nimia cadere, quòd Arrianus vir conſpiciens cum vxore, & liberis, ac omni famulatu feſtinus cucurrit ad palatium ſuum, quòd ex marmoribus, magniſque filicibus erat conſtructum, quòd introgreſſus, cæpit cum coniuge, ac proceribus ſuis, conſiderare cur inquit ad vocem tanti mortalis Ruſtici, tanta Deus voluit facere, fana corruerunt, terra mota eſt, cælum tonitrua, grandinem, & fulgura dedit, an fortè vera ſunt, quæ profectatus eſt, vt Deus filius æqualis ſit Deo Patri per omnia, Syagria coniux eius pronoluta pedibus ipſius, ait, Domine mi, ſi bene percunctaris inuenies vera, quæ famulus Dei ille proſequitur, quoniam dum tecum loqueretur in area, vidi vultum eius quaſi Angelicum, quòd & indicare tibi volui, quapropter obſecro vt habeas eum accerſiri ad te, quatenùs ſana quàm retinet doctrina te inſtruat,

quia

quianiſi ita eſſet vt ille proſecutus eſt, tàm grande miraculum minimè fieret, cui Latinus, iube inquit intromitti illum, quòd cùm iuſſum eſſet, quæſitus per omnia officia Palatij, & minimè repertus putatus eſt mortuus eſſe grandine, ac coruſcationibus, cuius cadauer dum requireretur ad ſepeliendum reperitur Dei famulus illæſus, ad aream cum aſello girans eandem aream, cum proprio buculo, & riuulos, ex procella conglobatos prohibens, ne triticum, quòd grando non læſerat riuali contingerent, quòd factum eſt grande miraculum, vt ne vnà quidem gutta quæ humanis potuiſſet oculis appurere, nec Chriſti amicum tetigit Domitianum, neque aream eſt ingreſſa, ſed neque aſellum quòd cùm conſpexiſſent, iuuenes illum perquirentes, curſu prapeti ſuo nunciauerunt Domino, ille verò hæc audiens, coniugis ex parte fretus conſilio, ità promiſit ſe crediturum, vti famulus Domini Domitianus credebat, quem intromitti iubens, pedibus eius ſe prouoluit, dicens ne iraſcaris ſerue Dei viuentis quòd te morionem vocauerim, & quia verum te agnoſco profectum eſſe, de fide Trinitatis, ità credo vt tu, tantùm obſecro depreceare pro me, & domo mea Dominum, vt auertere digneatur iram ſuam à nobis, quia veraciter credo filium Dei æqualem Deo patri coæternum, & conſubſtantialem. Dei famulus hæc cernens gratias egit Domino dicens, Domine gratiæ tuæ à fidelibus tuis innumerabiles reddendæ ſunt, quin ab errore peruerſos quoſuis reuocare non deſiſtis, ſic, & proprium leuauit manu Latinum ſtentem de ſolo, atque protùt potuit illum, ac domum eius ab errore Ariano ad verum retraxit Catholicam fidem, adiutus maximè à ſuprà dicta matrona Syagria, quæ nobilis erat Catholica, triduum verò apud eos faciens famulus Domini commonuit eos ſinceriter tenere rectam fidem, quem eum maximis honoribus cumulare vellet, nihil aliud quæſiuit niſi ſeruitutem in heremo, quantùm turis eorum erat, & aliquam vinealem, ex qua poſſet ille, atque alij ſerui Dei poſt illum futuri Deo offerre ſacrificium.

Tunc Latinus heremum quam quærit, vſque ad Petrum, quæ Altemia dicitur, à dextra, ſeu læua, ſub integritate tibi cedo, tantùm vt per tuam ac tuorum ſequentium licentiam, nos, & poſteri noſtri venandi licentiam habeamus, tunc Syagria Domine mi, vineam expedit dare, illam poſſumus illi, ſuprà Villam ſitam, quæ Vallis dicitur, quàm Gontbudo filio noſtro dedimus, quæ prope heremum ſuam eſt, & dicitur deſerta, & ſicati Deo decet offerri optimum vinum reddit, conuocato itaque Notario ac teſtibus continuò, factus eſt libellus ità continens.

Dominis magnificis ſeruis Dei Domitiano, & ſociis eius Heremitis Latinus, & Syagria propterea, quia ſerui Dei excelſi eſtis, ideò concedimus vobis iure proprietario noſtra quæ ſunt in pagis inclyta Lugdunenſis vrbis Gallia, ex parte Bellicenſis Caſtri, hoc eſt, vineam vnam ſuprà Villam quæ dicitur deſerta, & terminatur à mane, intérque conſortes Colonos, & campum de ipſa ratione ſubtùs viam à meridie vinà à ſero inter conſortes Colonos à tergo ſilua Regalis, ſuprà collem & habet in longitudine, cum colle, & ſylua ſuprà vium, ſecundùm virilem manum, perticas agri pedales centum duodecim in latitudine & parte meridiana, cum ſurpo perticas agri pedales ſeptuaginta duas, ac ſemiſſem infrà hanc terminum, & pertication em ſub integritate vobis cedimus, ſimiliter, & vnum campellum ſubtùs viam ſuperiorem qui ad ſyrpum præſcripta vinea à ſerò iungit, & ipſum campum ſecundùm morales defunctos cum integritate vobis donamus, ſuprà dicta autem omnia, vt præfati ſumus vobis cedimus, præter quòd in Aranduto ad præſens ſeruamus nobis, cætera verò pro æterna vitæ præmio, & pro redemptione animarum noſtrarum, ſeu vt intercedatis ad Dominum pro nobis, ad dexteram, ſeu lauam vſque ad Petram Altemiam iure vobis tradimus perpetuali, ad poſſidendum futuris temporibus, ac liberè firmiſſiméque vtendum. Si quis contrà hanc noſtram mercedis largitionem irrumpere conatus fuerit, deſtraere tentauerit, aut peruadere aliquid voluerit iram Dei omnipotentis incurrat, deputandus æterno ſupplicio, & non valeat vendicare, quòd quærit, ſed firmum maneat & ſtabile noſtræ mercedis augmentum, datu octauo Kalendarum Iuliarum, anno primo Valentiniani Imperatoris, Dux Latinus vltronea voluntate, & propria manu fieri iuſſit, & ſubſcripſit Syagria coniux ſimiliter, Gontbadus Genitoribus conſenſit, & ſubſcripſit, Dodatus Rogatus ſignauit.

Igitur vir Domini Domitianus recepto libello, oneratóque aſello, ad propriam repedare volens cellam, inuenit ſuos dormientes cæmenturios, iuxtà fontem qui dicitur ad Condemnans, famis enim inopia depreſſi ædificium reliquerant monachi ab altiſſimo monte reuerſi ſolitóſque cibos cæmenturiis non deferentes ad proprias redire diſpoſuerunt domos, quos cum dormientes reperiſſet ex parte illos cognoſcens excitauit eos, dicens, Quid eſt fratres quod agitis, cur cæptum opus dereliquiſtis, an fortè virtus defecit, cui protinùs reſponderunt, verum eſt pater; nam decem diebus paſti ſumus ex pane abundantiſſimè, quem nobis detuliſti pridem; eo vno ſupermanſimus die ſine victu, hoc eſt, ſexta feria, eſu verò deficiente cæpimus reuerti ad domos proprias, famulus quoque Domini Domitianus ait qualem hodie putatis eſſe ferium dixerunt illi Sabbathum, erat autem ſecunda feria, tunc Beatus Domitianus nit ſurgite, quia ſatis dormitum habetis, duobus diebus reuertimini ad cæptum opus Dominus enim largitus eſt nobis vberrimè victui neceſſaria, ſurgentes autem ſecuti ſunt ſenem, cæptúmque oratorium, vſque ad calcem perduxerunt, quadam autem die Latinus, cum Syagria

coniuge

coniuge heremum petens viſitauit fratres, videns verò conuerſationem illorum lætatus eſt valdè muleáque eis largitus eſt, dona, ſícque benedictione accepta reuerſus eſt ad propria. Intereà cæperunt nobiles plerique audientes famam ſancti venire, & filios ſuos ad habitum Religionis ſuſcipiendum ei tradere, oratorio quoque conſummato, & à Beato Encherio Pontifice dedicato cæpit ſtrictè Dei famulus, intibi teiunus, ac vigiliis ſenile corpus domare & quendam prudentiſſimum fratrem Ioannem nomine Patrem Monaſterij conſtituit quietem arripuit multiſque diebus, ac noctibus in diuinis laudibus, & orationibus perſeuerans Deo ſoli placere ſtudebat atque ſemper in virtutibus ſuccreſcebat, appropinquante iàm fine dierum ſuorum febre leui corripitur, accerſitóque patre Monaſterij cæteros iubet adeſſe, erant autem viginti quinque fratres, quibus præſentibus ſic eos alloquitur, pacem ſequimini, & caſtimoniam, ſine qua nemo videbit Deum, ipſi autem appropinquate Deo, ſtudete, & appropinquabit vobis, præcepta patris veſtri cuſtodite in omnibus, quia credo eum recta vos docere cognoſcite numque, quia reuelante Deo noui diem obitus mei, qui erit primo Kalendarum Iuliarum, quibus verbu auditis fratres flere cæperunt dicentes, & pater cur tàm citò nos deſeris, quibus ille ait non vos derelinquo filij, ſed Deo potiùs commendare vado, Date mihi oſculum, qui omnes oſculatus dixit, ipſe qui pati dignatus eſt pro vobu, & pro omnibus vos conſeruare dignetur, in ſuo ſancto famulatu, ite ad propria, appropinquante igitur die Calendarum Iulij, iubet iterum Abbatem adeſſe, & fratres, ſacrique Miſſarum ſolemnia celebrari ſícque diuino ſaginatus pabulo, coram cunctis diſcipulis manibus ad cælum erectu, ait, in manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. Itaque cum hoc extremo verbo efflauit ſpiritum, anima autem à corpore egrediente, tanta illic fragrantia, & odor ſuauiſſimus ortus eſt, quantùm vllus hominum in eodem loco ſentire anteà meruit, itavt quidam fratrei infirmi, vnus febre quartana, alij ſuluo colore, & melancholica paſſione depreſſi, ex memorato odore repleti, ſani effecti ſunt, tunc Pater cum fratribus prælibati patris corpus ſuſcipientes condigno honore in ſarcophago præparato non longè ab altari Sancti Geneſij Martyris poſuerunt, vbi Deo fauente vſque in hodiernum diem diuina oſtenduntur miracula. Recipiunt ibidem cæci viſum, claudi greſſum inueniunt, Dæmoniaci curantur & innumera alia per ſeruum ſuum Dominus facere dignatur miracula qui cum Patre, & Spiritu ſancto, in Trinitate perfecta viuit, & regnat Deus, per omnia ſacula ſæculorum. Amen.

Huius ſancti meminit P. Benedictus Gonon Sebuſianus Cæleſtinus in vitis Patrum Occid. lib. 4. & eius legendam trauſcripſit, ſed mutilam.

LEGENDE DE SAINCT RAGNEBERT.

Extraite du Breuiaire de la meſme Abbaye de S. Rambert.

Incipit Paſſio Sancti Ragneberti Martyris.

IN omni certamine ille victor eſt, qui interfecerit inimicum, in noſtro autem prælio nemo creditur victoriam conſecutus, niſi qui fuerit interfectus miles in bello, ſi expeditiùs egerit, ſi fortiùs contraxerit haſtam, ſi plures durantis dextera viribus deiecerit vulneratos, ſi gladium de hoſte retulerit cruentatum viciſſe laudatur, Chriſtianus ſolus, niſi in ipſo certamine mortatur minùs idoneus fuiſſe indicatur, mori fidei noſtræ victoria eſt, tunc vincimus cùm occidimur, tunc laboris, totiúſque certaminis moleſtias ſuperamus cùm animam à pectore fundimus, nouum prælium, noua diſciplina pugnandi, ille fit fortior, qui cruciatur, & ſuſtinet, ille victor qui mortem tolerat patienter.

Sanctus igitur Ragnebertus vincendo inimicum mortuus eſt vt ad laboris ſui deſideratam gloriam peruenire, qui ſi remaneret in corpore eius victoriæ gloriam non haberet, quàm hodie fidei ſuæ meritò, poſidet conquiſitam ſuſtinuit paruo tempore cruciatum, ſenſit pœnam quàm perſecutor crudeliter intulit, ſed nunc illis delitiarum voluptatibus amœnatur, quæ nullo poſſunt humanæ æſtimationis iudicio definiri ſicut ſcriptum eſt, quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt eum.

Beatiſſimus itaque Ragnebertus ex præcelſo Francorum genere ortus, nobiliſſimi Ducis Radeberti, ſecundùm ſæculi dignitatem filius extitit, qui ſcilicet inter amnis Sequanæ, atque Ligeris confinia, telluris prouincias ſtrenuè rexit temporibus ſuæ, qui athleta Chriſti ſæculo nobiliſſimus, ſed fide nobilior, Scholaſtico ac Dominico educatus eſt dogmate, dúmque ab ineunte ætate prudenter gereret fortior ſæculi, vt poſt in fine claruit diligebat attentiùs corde Dominum, ſtudebat enim in cunctis actibus ſuis, ſic tranſire per temporalia commoda, vt peruenire quandóque ad gaudia moreretur

ater na

æterna Cumque multos erga, ſe conſpiceret ardere inuidia, magis ſtuduit diſsimulando malenolorum calcare tendicala, quàm reddere pro nequiſsimus nequiora in illis diebus, extitit miles quidam, iniquiſsimus Ebroynus nomine, Deo & ſanctis contrà tus qui ex infimo genere ortus Maioris domus honore à Rege fuerat ſublimatus, huic ſtudium erat, vt quoſcumque ex Francorum genere alta ortos progenie nobilitatos vidiſſet, in ſaculi vtilitate proficere, ipſos vel interfectos aut effugatos, hinc ſublatos, de medio tales in eorum honore ſub leuaret quos aut mollitia obligntos, vel ſenſu debilitatos, aut vtilitate aliqua parentela degenerare non anderent eius preceptis impiis reſultare. Cùmque ob hoc proles ex Francorum nobilioribus dolere contrà ſe cerneret, Callidè cunctorum factiones prauenens pertinaciter verſutiis ſuis omnes reuincebat, igitur ipſe impiſsimus iam dicto Dei famulo Ragneberto imputare ſtuduit, quod tale conſilium, cum duobus palatij, proceribus, Bodone & Vnicando nomine habuiſſet initium, vt ipſum Ebroynum abſque decreto Regis conarentur occidere, ſed cùm hoc ipſe nec prodere vellet crimen, nec denegare facinus intercedente Dei famulo Audæno Rhotomagenſis vrbis Pontifice cuius fama Sacerdotij illo tempore orbem repleuerat Galliæ, non continuò interfectus, ſed cuidam viro potenti Theudoſre do nomine partibus Burgundiæ in exilium commendatur, eo ſcilicet factionis obtenta vt dum truſus crederetur abſque Francorum imperio latenter morte perimeretur, ſed diſponente Deo in cuius manu hominum corda conſiſtunt, ipſe nobilis cui fuerat ad mortem traditus miseratione cumpunctus, eum magis vinum ſeruare ſtuduit, quàm ſeralia precepta Ebroyni Principis in eius ſanguinem adimplere. Igitur hoc diuina elementia actum eſt, cuius iudicio, purgantur cordis occulta, vt dum mors iuſſa ſuſpenditur, famulus Dei Ragnebertus Martyr futurus per pœnitentiam purgaretur, dumque fuiſſet pauorum annorum tempore in relegatione exilij tote corde conuerſus ad Dominum, quod fragili conuerſatione maculauerat ſaculum, lauit lachrymis, atque orationibus ſuis eordu cubiculum, interea cùm tam premiſſo tempore propinquaretur vt Beatus vir transferendus de ſaculo Chriſti preſentaretur obtutui, iterum cruenta beſtia ſerpentino ſibilo miſit mandata, vt abſque dilatione Sanctum Dei, famulum, interficerent, cumque miniſtri illius licet inuiti ſuſcepiſſent eum, vt implerentur mandata Tyranni, duxerunt eum, per quoddam deſertum in confinio videlicet Lugdunenſis territorij Iura vicino, deducentes itaque eum, ignari venerunt nocte ad quendam locum Bebronne vocabulo, vbi quidam Dei ſeruus nomine Domitianus Religionis obtentu, in honore Sancti Geneſij Martyris dum in ipſa heremo, ſanctorum Patrum vtueret exemplo, arctum conſtruxit oraculum, deprecatus eſt igitur athleta Chriſti ſe ducentes, vt eum in ipſa Eccleſia orationem agere permitterent, cùmque hoc illi nullatenus præſtitiſſent, intellexit Dei ſeruus, quòd ſe ad mortem deducerent, & permittentibus carnificibus in loco vbi erat ſuam orationem compleuit, qua conſummata gladiatoribus dixit, Ecce quòd iuſſum eſt ad impletum eſt, ſed de precor per Dominum ne ſatigationem faciatis mihi longiùs, cùmque eum ſuper quemdam lapidem ſedere feciſſent vnus ex his mucrone lancea vitam illius extorſit, redeuntes abſcelere cultoribus dixerunt oraculi, quoddam ſe in vicino inueniſſe corpuſculum, atque hortati ſunt vt mercedis obtentu eum ſtuderent mãdare ſepulchro, qui requirentes corpus Sanctiſsimi Martyris diligentiſsime ſepultura tradideruãt, itaque iuxtà vocem prædicatoris egregij, incomprehenſibilis eſt altitudo diuitiarũ ſapientiæ Dei, ſacerdoi, namque ille, qui eius confeſsionem ſuſceperat dum in exilio eſſet per ſeptem annorum curricula, pœnitentiam ei indixérat agendam & quia ante dictum terminum mors immatura prauenit his ſeptem annorum ſpatio tranſacto, tunc primùm ad illius tumulum Diuina virtus effulſit ſepultus quidem ſacrat in Eccleſia portico, ſed virtutum ſe publicante miraculis, à fidelibus eſt exinde tranſlatus, atque in Eccleſia templum iuxtà Reliquum Sancti Dei conſtitutus inde crebra committuntur miracula, ad Sepulchrum Beati Ragneberti glorioſi Martyris, recipiunt ibi cæci viſum, claudi greſſum inueniunt, fugatur turba Dæmonum, expelluntur frigores, dolor deutium ſæuus, præſtantur ex fide petendi Diuina ſolatia, inter catera miracula quæ Dominus ob meritam Glorioſi Martyris ſui Ragneberti operari dignatur plurimo tempore de Sepulchro, eiuſdem Sanctiſsimi ſui militis fuere, oleum fecit in lumpadibus ibidem conſtitutis, de quo videlicet oleo iuxtà vocem beati Iacobi Apoſtoli dicentis, ſi quis infirmatur ex vobis inducat preſbyteros, vt orent ſuper eum, vngentes eum oleo, quia oratio fidei ſaluabit infirmum quiſquis in quacumque infirmitate detentus ſuit ægritudine ſatigatus, ſtatim & per manus fidelium illius loci ex ipſo oleti liquore contactus eſt priſtinam meruit recipere ſanitatem, & quia ἔλαιον Græce, Latinè miſericordia nuncupatur rectè Diuinà diſpenſatione actũ eſt, vt pietatis opera per olei vnctionem exercerentur in veteri enim, & in nouo teſtamento, benedictionis oleo Reges, & ſacerdotes, atque prophetas conſecratos eſſe manifeſtum eſt, quòd quid allegoricè ſigna plura Doctorum documenta demonſtrant, hinc namque de antiquo Iſraelitico populo ſcriptum eſt ſuxerunt mel de petrâ & oleum de firma petra, hinc Paulus ait Petra autem erat Chriſtus ſi igitur Petra Chriſtus, atque de firma petra oleum, antiquus ille Dei populus ſuxit, miraculum quòd ad gloriam martyris ſui Chriſtus ex oleo de petra Sepulchri producto demõſtrare dignatus eſt dignè enim miſericordia ad ſcribi congruit vt fiducialiter eius fideles, etiam durioribus aduerſiſque caſibus de eius pietate præſumere non dubitent, ſcientes pro certo, quia miſericordia, & ſecundum nomen eius ſuper timentes eum ſemper allidamus, igitur & nos parunlos cogitutus noſtros ad Petram iuxta pſalmiſtam, ipſamque petram

intelligamus esse Christum, ast tàm spe venia, eius clementiam imploremus, vt beatißimi Ragniberti martyris sui meritis, ad gaudia quæ fidelibus repromisit, nos misericorditer perducere dignetur, miracula autem spreuit prælibata, licet instante iam tempore Antichristi, cuius faciem, vt scriptum est præcedet egestas cessare videantur, præstantior tamen sanitas animarum semper eius meritis obtenta præbetur, cessare autem Diuina miracula, videlicet ibi, ad Sanctum eius Tumulum, vel alias nostrorum enormitas peccaminum facit, qui post reuelatam Christi gratiam retrò sumus conuersi, de ipso quippe Domino Iesu Christo scriptum est quia propter obdurationem infidelis populi nullam in Capharnaum potuerit patrare virtutem, nos ergo non sumus digni, vt illo fauore Beatißimus martyr nos foueat aut consolari dignetur, quo priores nostros lætificare consueuerat, & tamen credendum non est, quòd minor sit eius potentia aut minùs valeat eius apud Deum interceßio, quàm si miracula frequentaret, hæc succinctè perstrinxisse sufficiat.

Hujus Sancti legendam, sed longè dißimilem, & breuiorem in lucem emisit Andreas du Chesne Regius Historiographus vol. 1. hist. Franc script. sub Rege Dagoberto.

BVLLE DV PAPE CELESTIN III. CONFIRMATIVE DES PRIVILEGES DE L'ABBAYE de S. Rambert.

Tirée des Archiues dudit Monastere.

CELESTINVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Humberto Abbati Sancti Ragniberti Iurensis, eius que fratribus, tàm præsentibus, quàm futuris, regularem vitam professis salutem perpetuam, quoties postulatur à nobis, quòd Religioni & honestati conuenire dignoscitur, omninò nos decet libenter concedere, & petentium desiderijs congruum suffragium impartiri, ea propterea dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & prafatum Monasterium, in quo diuino estis obsequio mancipati, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti Priuilegio communimus. In primis si quidem statuentes, vt ordo monasticus qui secundùm Deum, ac Beati Benedicti regulam in eodem Monasterio, noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur; præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in præsentiarum iustè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestris que successoribus, & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum in quo dictum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentijs suis, & cum Burgo adiacenti, Cellam de Chamou, Ecclesiam Sancti Michaelis de monte Audrico, Ecclesiam Sancti Petri de Villari lagerio, cum omnibus appenditijs earum, Cellam de Villari Salét, Ecclesiam Sancti Iuliani de Monte Maiori cum omnibus appenditijs earum, Cellam Sanctæ Mariæ de Gruueriis, & Ecclesiam Sancti Petri de Sanciaco, Ecclesiam Sancti Petri de Asperomonte, Ecclesiam Sancti Balduini, Ecclesiam de Munasco, cum appendentijs earum, Cellam Sanctæ Mariæ de Lueys, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Ianua, Ecclesiam de Luziaco, Ecclesiam Sancti Desiderij, Ecclesiam de Campanieu, cum appenditijs earum, Ecclesiam Sancti Petri de Benoncia, Ecclesiam Sancti Andreæ de Tenayo, Ecclesiam Sancti Mauritij de Argit, Ecclesiam Sancti Martini de Vaugiis, Ecclesiam Sancti Laurentij de Onciaco, Ecclesiam Sancti Petri de Aranda, Cellam Sancti Michaelis de Rupe, Ecclesiam Sancti Mauritij de Langiis, Ecclesiam Sancti Hilarij de Torciaco, Ecclesiam Sancti Martini de Cleysieu, Ecclesiam Sancti Martini de Varey, Ecclesiam Sancti Mauritij de Ambutriaco, Eceleſiam Sancti Mauritij de Meyri, Ecclesiam Sancti Andreæ de Rigniaco, Cellam Sancti Petri de Vilieu, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Hospitalari, Capellam Sanctæ Magdalenæ de Loyes, Cellam Sancti Christophori de Burgo, Cellam Sancti Vincentij de Faramans, Ecclesiam Sancti Martini de Stingiaco, cum appenditijs earum: liceat quoque vobis clericos, & laicos, liberos, & absolutos de sæculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere, prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem, sine Abbatis sui licentia, nisi strictioris Religionis obtentu, fas sit ab eodem loco discedere, paci quoque, & tranquillitati vestræ paterna sollicitudine prouidere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, vt infrà clausuras locorum, seu Grangiarum vestrarum, nullus rapinam sine furtum committere, ignem apponere, hominem capere vel interficere, seu aliquam violentiam temere audeat exercere, Statuimus, insuper, vt nullus infrà parrochias vestras, Ecclesiam, vel

vol oratorium de nouo ſine veſtra, & Dioceſani Epiſcopi licentia edificare præſumat. ſaluis indulgentiis Romanorum Pontificum, cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis tamen, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce Diuina officia celebrare; chriſma verò, oleum Sanctum, conſecrationes altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes monachorum qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, à Dioceſano Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit; & gratiam atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, vobis ſine prauitate aliqua præcipimus exiberi; decernimus ergò vt nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare vel eius poſſeſſiones auferre, ablatas retinere, vel minuere ſeu quibus libet vexationibus fatigare, ſed omnia integra obſeruentur, eorum, prò quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis pro futura, ſalua ſedis Apoſtolicæ authoritate, & Dioceſani Epiſcopi Canonica iuſtitia, ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisue perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contrà eam temere venire tentauerit, ſecundò, tertiòue commonita niſi peccatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatiu, honoris que ſui careat dignitate, reamque ſe Diuino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti alienafiat, atque in extremo diſtricta vltionis ſubiaceat, cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus, & ij fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, per manum Egidij Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, nonis Auguſti, indictione nona Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo nonageſimo primo, Pontificatus verò Domini Celeſtini Papæ tertij, anno primo.

Ego Celeſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Albinus, Albanenſis Epiſcopus.
Ego, Octauianus Hoſtienſis, & Velliterrenſis Epiſcopus.
Ego, Ioannes Præneſtinus Epiſcopus,
Ego Ioannes tituli Sancti Clementis, Cardinalis Tuſculanus.
Ego Ioannes Felix, tituli Sanctæ Suzannæ Presbyter Cardinalis.
Ego Guido Presbyter Cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tyberim, tituli Calixti.
Ego Hugo Presbyter Cardinalis Sancti Martini.
Ego Beraldus Sancti Adriani Diaconus Cardinalis.
Ego Gregorius Sanctæ Mariæ in Portticu Diaconus Cardinalis.
Ego, Ioannes Sancti Theodorij Diaconus Cardinalis.
Ego Nicolaus Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis.

FRANCHISES DE LA VILLE DE S. RAMBERT.

Tirée des Archiues de ladite Ville.

LVDOVICVS Dux Sabaudiæ, Chablaſij, & Auguſtæ, Sacri Romani Imperij Princeps, Vicariuſque perpetuus, Marchio in Italia Comes Pedemontium, & Baugiaci, Valeatinenſis que, & Dienſis, Baro Vaudi, & Bugeſij ac Niciæ, preſentibus, & poſteris ſerie præſentium fiat manifeſtum, quòd nos ſolita manſuetudine, proſpicientes libertatei, & Franchefias per inclytæ recordiæ Illuſtrem auum noſtrum Aymonem Comitem Sabaudiæ, Burgenſibus & habitatoribus Sancti Germani Amberiaci hactenus conceſſas, in tranſumpto præſentibus annexo, ſubiunctæ confirmatione, fœlicis memoriæ Illuſtris abaui noſtri Domini Amedei Comitis Sabaudiæ eius filij deſcriptas, attendentes quòd Villa noſtra Sancti Ragniberti hactenùs laudabiliter populata, & magnis edificiis ſecundùm loci eiuſdem Situm, & procinctum, decorata tàm propter diuerſionem manſionis Iudicis noſtri Bugeſij, quæ ibidem adeſſe conſueuerit, quàm alias multum populata, & ruinis collapſa extitit, atque in dies grauiùs deteriorari veretur, niſi per nos ſalubriter prouideatur, affectantes propterea circa illius reſtaurationem pariter, & propagationem munificentiæ noſtræ dexteram liberaliùs extendere maximè inſpecta fidelitatis ſinceritate, qua Burgenſes, & incolæ loci eiuſdem nunc per duos menſes continuos, nos inibi graui infirmitate proſtratos honorificè ſuſceperunt, & in omnibus poſsibilibus ad cuncta noſtri, & noſtrorum bene placita ſe obſequioſos exhibere ingentiſime nixi ſunt, propter quòd memorabile, perpetuum ſtigma relinquere volentes, maturo procerum, & peritorum participato conſilio, ex noſtra certa ſcientia motuque proprio pro nobis, ac noſtris hæredibus & ſucceſſoribus vniuerſis, ipſam Villã Sãcti Ragniberti ac ſuburbiũ eiuſdem ipſorũ que villæ, & ſuburby, Burgenſes, & habitatores, illorũ que in ipſis degentes poſteritates, loco illorũ in poſterùm ſuccedẽtes liberaliter, & de gratia liberali: vltrà alias franchefias eiſdem per nos,

& noſtros hactenus conceſſas, quibus per hoc derogare non intendimus, communimus, extollimus, & decoramus in omnibus, & per omnia eiſdemmet, franchefiis, libertatibus, & immunitatibus, quibus locus ille ſanctæ Germani perdictum illuſtrem proauum noſtrum, vt in dictis annexis enuetur munitus extitit, Saluis duntuxat, & adjectis quæ ſequuntur. Primo quod ipſis libertatibus non obſtantibus, ipſi fideles noſtri Burgenſes & incolæ. Ipſorum villæ, & ſuburbij, ſancti Ragniberti, ad ſuccurſum, & deſenſionem patriæ noſtræ indifferenter teneantur prout burgenſes, & incolæ aliarum villarum, Baillliuatus noſtri Bugeſij omni ſe cauſu iugerente tenebantur, ſecundo quod in clamis eorum Caſtelluno, & aliis officiariis noſtris dicti loci, de cætero faciendis tencantur prout antea tenebantur, & illos agendo, & defendendo ſoluere ſolti ſunt, Tertiò quòd pro cauſas fiſcalibus noſtrum nos, & officiarij noſtri ipſos extra dictum locum ſancti Ruguiberti ad ius vocare poſſumus prout antea poteramus, & facere conſueuimus, quartò quòd vbi eiſdem Burgenſibus habitatoribus ſancti Germani conceſſum extitit quòd ſint à quibuſcumque noſtris pedagiis, & leydis totius Subaudiæ Comitatus liberi, & immunes, quòd ipſi etiam Burgenſes, & habitatores villæ, & ſuburbij Sancti Ragniberti procorum proprijs, mercimoniis, & bonis pereos legaliter & ſine fraude vendendis, emendis, & conducendis per totam ditionem noſtram ciſmontanam, dumtuxat, à quibuſcumque pedagis, baſtagis, & leydis noſtris hactenus exigi conſuetis quitti ſint liberi, & penitùs immunes, quoniam ſic ſerie præſentium pro nobis, & noſtris in vim libertatis, &, perpetui Priuilegij eiſdem Burgenſibus, & incolis, & eorum poſteritatibus duximus concedendum, eatenus vt hac noſtra largitione prauia ipſi Burgenſes, & incolæ loci, & ſuburbij ſancti Ragniberti eo lætius reſtaurari valeant, & propagari vlterius in libertatis beneficium eiſdem, pro nobis, & noſtris prædictis concedimus, & largimur, quod iudices noſtri Bugeſij præſentes & futuri, manſionem, & curias ſuas ordinarias in ipſa villa ſancti Ragniberti manſione ſua continua, & ordinaria deinceps teneræ ſint adſtricti, abſque eo quod eis liceat alibi manſionem ſuam ordinariam facere, niſi vbi pernos, aut noſtros legitimis præcedentibus cauſis alibi viſum fuerit expedire Mandantes propterea Conſiliarijs nobiſcum, & Chambertani reſidentibus, Baillliuis, Iudicibus, & Procuratoribus Bugeſij nec non Caſtellanis, Commiſſarijs extentarum, ſcribiſque curiarum dicti loci ſancti Ragniberti, ac cæteris officiarijs noſtris modernis, & poſteris, ipſorumque Locutenentibus, & poſteris eorumdem, quatenus huiuſmodi conceſſionem & literas noſtras eiſdem Burgenſibus, & habitatoribus, ac incolis Villæ, & ſuburbij ſancti Ragniberti moderuis, & poſteris. quatenus obſeruent illeſas & in nullo contrò faciant quomodolibet, quinimò ipſos, & eorum ſingulos de eis debitè frui faciunt, & gaudere quibuſcumque friuolis oppoſitionibus, nonobſtantibus, nulloque alio à nobis ſuper hoc expectato mandato, nos enim pro pramiſſis habuimus ſexagiuta Florenos parui ponderis, manibus dilecti fidelis Stephani Roſſeti, Theſaurarij noſtri Sabaudiæ generalis qui de illis nobis legitimo tenebitur computare dutũ indicto loco ſancti Raguiberti, die vicesimo Iunij anno Domini milleſimo quatercenteſimo quadrageſimo ſecundo; per Dominum præſentibus Illuſtri eius fratre, Domino Philippo de Sabaudia Comite Gebenneſij, nec non Dominis Iouune Domino Burjuti Mareſcallo Sabaudiæ, Bartholomeo Chabodi Præſidente computorum, Gulielmo Bolomerij Magiſtro Requeſtarum, Guigone de Ruuoreu, Franciſco Ruuuſij Magiſtro Stephano Roſſeti Theſaurario Sabaudiæ & aliis.

ERECTION DE LA SEIGNEVRIE DE S. RAMBERT EN MARQVISAT.

Tirée des Archiues de Monſeigneur le Duc de Nemours.

EMANVEL-PHILIBERT par la grace de Dieu Duc de Sauoye, Chablais, Aouſte, & Geneuois Prince & Vicaire perpetuel du S. Empire Romain, Marquis en Italie, Prince de Piemont Comte de Geneue, Baugé, Romont, Nice & Aſt, Baron de Vaud, Gex, & Foucigny Seigneur de Breſſe, Vercel, Marro, Oneille Creueœur &c. comme nous connoiſſons appartenir à la grandeur, & dignité des Princes de teſmoigner par dons, & biens faits les merites: de ceux qui fidellement, & de toute leur affection, & volonté leur font agreable ſeruice d'autant plus eſtimons nous le deuoir faire à l'endroit de ceux qui outre la claire demonſtration qu'ils font, & bon eſpoir qu'ils nous donnent de ſemblable affection, ſont yſſus encores de noſtre Sang: à cette cauſe voyans que noſtre tres cher, & bien-Amé, fils Baſtard Amé de Sauoye dés ſon plus ieune aage à commencé de nous faire, & au Prince noſtre fils tous les ſeruices, que ſes ieunes ans luy ont permis pour luy donner occaſion, & auſſi les moyens de continuer de bien en mieux; ainſi que par les premiers eſſays il à demonſtré de vouloir faire, & avans nagueres rachepté les Chaſteaux, terres & Seigneuries de S. Rambert, & de S. Germain d'Amberieu ſituées en noſtre pays de Bugey, leſquelles noſtre tres-cher, bien Amé, & feal Conſeiller d'Eſtat, & Chevalier de noſtre Ordre Meſſire Proſper de Geneue Seigneur de Lullins tenoit pour la ſomme de vnze mil eſcus; & iceux

Chaſteaux

Chaſteaux, & Seigneuries vny, annexé, & erigé en titre, & dignité de Marquiſat, veuillans vſer de noſtre liberalité à l'endroit de noſtre dit fils Baſtard Amé de Sauoye, à l'interceſſion meſmement dudit Prince noſtre fils; auons par ces preſentes de noſtre mouuement, certaine ſcience, pleine puiſſance & authorité ſouueraine pour nous; & nos heritiers quelconques donné, cedé, remis, & infeudé, donnons, cedons, remettons, & infeudons audit Amé de Sauoye noſtre fils Baſtard preſent, pour luy, & ſes enfans maſles tant ſeulement a perpetuité, ledit Marquiſat de S. Rambert, Chaſteaux, Terres, Seigneuries, & Iuriſdictions en dependantes en titre, degré & dignité de Marquiſat, tellement que deſormais noſtre dit fils Baſtard ſoit nommé, & appellé, tenu & reputé pour Marquis de S. Rambert, & en aprés luy ſes enfans maſles comme deſſus, ſauf, & reſerué en tout, & par tout le ſupreme, & direct Domaine, authorité ſouueraine, ſecondes appellations dernier reſſort, & recours à nous appartenans pour raiſon de ladite Souueraineté, pour auoir, tenir & poſſeder ledit Marquiſat de S. Rambert, Chaſteaux, Bourgs, Villes, Villages Lieux & Territoire en dependans par luy, & ſeſdits enfans maſles, & autres deſcendans de droite lignée maſles comme deſſus, auec les Priuileges preeedens, commodités, immunités, libertés, exemptions, vtilités droits raiſons actions, haute, moyenne, & baſſe iuriſdiction, authorité, faculté, & puiſſance de Glaiue, ou Eſpée, & dernier ſupplice, pour raiſon de quelle ſorte d'offence que ce ſoit, auec pouuoir, & authorité, de tenir & faire tenir, Priſons, Pilliers, Colliers, Fourches paribulaires à trois piliers, & en icelluy Marquiſat tenir, & vſer de toutes autres choſes neceſſaires, & appartenantes à toute ſorte de ſupplice pour l'execution de la Iuſtice, exercice d'icelle, & du ſuſdit mere, mixte impere, omnimode iuriſdiction tant en la premiere que ſeconde connoiſſance, ou ſoit premieres appellations, donnans en outre noſtre dit fils Baſtard, & ſes enfans maſles, & deſcendants comme deſſus plaine faculté, & pouuoir de conſtituer, & reuoquer ainſi que bon luy ſemblera, tant les premiers que ſeconds Iuges deſdites premieres, & ſecondes connoiſſanees reſpectiuement, leſques auront pouuoir de connoiſtre deſdites ſecondes inſtanees, & rendre dron, & Iuſtice à tous ceux qui la leur demanderont audit Marquiſat, & ſes dependances, ſauf le dernier reſſort & ſecondes appellations à noſtre Senat de Sauoye pour la ſuperiorité, & ſemblablement que noſtre du fils & les ſiens ſuſdits maſles puiſſent conſtituer Procureurs Fiſeaux, Greffiers, Meſtraux, & toutes autres ſortes d'Officiers les conſtituer, & reuoquer ainſy que bon luy ſemblera, & en outre nous l'infeudons, & inueſtiſſons noſtre dit fils Baſtard, & les ſiens maſles comme deſſus de tous les reuenus ordinaires, & extraordinaires dudit Marquiſat de S. Rambert, & ſes appartenances & dependences ſuſdites auec l'homoage, & fidelité des hommes nobles, & non nobles Originaires, & habitans, fiefs, arriere-fiefs, chaſſes de toutes ſortes, peches, eaux, cours d'icelles, lods eſcheutes, caducités cenſes, ſeruis rributs, feux decimes, dacs, poids, leydes, & peages, meſures, fourches, moulins, battoir, & toutes autres ſortes d'artifices, terres, champs, prez, vignes, bois, paſquerages, foſſés, chemios, paſſages, pontonages, marches, foires, emoluimens, commodités, deuoirs, immunités, honneurs, vtilités & ſurintendance conſiſtant en gente ou en eſpece, à nous appartenans, & que nous, & noſtre chambre des Comptes, Iuges, & autres Officiers, auoyent accouſtumé d'aooir, & prendre ſur ledit Marquiſat de S. Rambert ſes appartenances. & dependances, ſauf, & reſerué comme deſſus à nous, & à nos ſucceſſeurs ſuperiorité, & dernier reſſort, & le droit de commutation de nos gabelles & impoſts que nous pourrions cy apres generalement mettre, & impoſer ſur nos eſtats, enſemble les minieres d'Or, d'Argent, & autres que pourroyent eſtre, & ſe treueroyent, dans & riere dudit Marquiſat, duquel par la teneur des preſentes noos oous deueſtiſſons deſuniſſons, & demembrons de noſtre patrimoine quant à l'vtil domaine, & honneur ſuſdit, & des choſes ſuſdites tant ſeulement en inueſtiſſons, & infeudons ledit Amé de Sauoye noſtre fils Baſtard, & les ſiens maſles ſuſdits à perpetuité, voulans qo'ils en demeurent vrays, & perpetuels Seigneurs, & maiſtres noua conſtituans detenir, & poſſeder ledit Marquiſat, & autres choſes ſuſdites au nom de noſtre dit fils, iuſques à ce qo'il en ayt pris la reelle actuelle & entiere poſſeſſion laquelle nous voulons qu'il puiſſe prendre toutefois qne bon loy ſemblera ſans obtenir de nous, ny de nos Magiſtrats autre mandement, que ces preſentes, mandans, & expreſsement commandans aox Sindiqs, hommes, & communauté, Manans, & Habitans du Marquiſat de S. Rambert, & ſes dependances, tant en commun qu'en particulier de le reconnoiſtre nommer, & eſtimer pour Marquis dudit S. Rambert luy preſter la fidelité à luy appartenant en vertu de la preſente infeudation & de luy payer les cens, & ſeruis, lods, & autres deuoirs ſuſdits, & acouſtomés, & qui nous appartenoyent auant la preſente infeudation, mandons en outre, & commandons à nos Senat, & Chambre des Comptes de Sauoye, Iuges Majes, & autres nos Miniſtres, & Officiers qu'il appartiendra, qu'ils ayent reſpectiuement à obſeruer, & faire obſeruer nos preſentes lettres de don, remiſſion, & infeudation, & proceder à la verification, & intherinement d'icelles ſelon leur forme, & teneut demembrant & deſ-vniſſant de noſtre Partimoine ledit Marquiſat & ſes dependances, comme deſſus & en faiſant iouir enrictement noſtre dit fils, & les ſiens ſuſdits nonobſtant la diſpoſition des reglemens de la Chambre, Edits Vz, Styls, Conſtitutiõs, & autres choſes à ce contraires auſquelles auons pour cette fois derogé, & derogeons par les preſentes & à la derogatoire y contenuë & meſmes à l'Edit fait par Louys Duc de Sanoye du 22. Auril 1440. à celuy du Due Amé du 2. Septembre, à celuy du Duc Charles I. du 23. Nouuembre 1484. à celuy de Madame Blanche Tutrice de ſes enfans du 8. Auril 1481. du Duc Philibert du 10. Nouuembre 1497. & à celuy du Due Charles noſtre Pere d'heureuſe memoire du dernier Octobre 1556. & à quels autres que ce ſoit faits par nodits Anceſtres & nous, auſquels pour cette fois ſeulement nous voulons auoir derogé & derogeoos & à la derogatoire de la derogatoire procedans à l'intherination verification & aprobation, ſans aucune reſtriction, ny modification ne voulans atreſter aux oppoſitions de nos Aduocats & Procureurs Generaux & Patrimonial, ny aux Serments, que nous auons preſté de ne conſentir à ſemblables donations, & alienations nous en diſpenſant & leſdits Aduocats & Procureurs d'icelluy Serment voulans que les preſentes ſoient de premiere, ſeconde, troiſieme & peremptoire iuſſion ſans attendre de nous mandement plus ſpecial; & affin que ce ſoit choſe ferme & ſtable a iamais, les auons ſignées de noſtre propre main & fait ſeller de noſtre grand ſeel à cheual. Donné à Chambery le 5. iour d'Octobre 1576. ſigné, E. Philibert.

INFEVDATION DES VILLES DE SAINT SORLIN LANIEV, ET VAVX EN BVGEY, AVEC L'ERECTION EN Marquiſat ſous le tiltre de S. Sorlin.

Monſieur de la Saugerée de la maiſon de Cheuriers en a l'Original.

LVDOVICVS *Dux Sabnudiæ, Chablaſij, & Auguſtæ, Sncri Romani Imperij Princeps, Vicariuſque perpetuus, Marchio in Itnlin, Pedemontium Princeps, Gebennenſij, & Bauginci Comes, Baro Vaudi, & Foucignnci, Niciaquc, Vercellnrum, nc Frisburgi, & c. Dominus Vniuerſis modernis, & poſteriꝭ rei geſtn notitiam cum ſalute. Non immemores ſiqnidem noſtros fœlicium recordiarum Progenitoret Clariſſimos Principes ſun nuxiſſe, & pnrtn conſerunſſe dominin, eorum præſertim Procerum, Baronum, & caterorum Nobilium, mnnu & potentia illorum maxime, quos tempore pacis, & belli virtutes commendabnnt, & reddebant neceptos, in commemorationem & præmium hniuſmodi ſeruitiorum; honoris ſublimntionem & facultntum amplitudinem elenaſſe, vt eos & cateros nd ipſorum ſeruitium redderent promptiores, & attentiores: Quorum veſtigin meritò ſectnrt volentes, noſtroque voluentes in animo memoria, & magnn commendatione dignꝭ, noſtru, & nobu longinquiſſimo tempore cœpta, & ſine intermiſſione continuata ſeruitia in armu, & conſiliis impenſa per ſpectabiles, & ſtrenuos quàm plures Viros ex fnmilin & domo ſpectabili de Vnrnx; & memorin tenentes animi mngnitudinem, præſantiam perſona, & nptitudinem vtroque tempore, ſenſum, legalitatem, rerum experientiam, & alias virtutes, ſpectabilis fidelis Conſanguinei, Conſilinrique, & Cambellnni noſtri ſincerè dilecti Domini Gnſpnrdi Domini de Vnrnx & Diuitu montis, qua ergn nos ſeruitia n ſuis puerilibus annis impenſa; maximè inquibuſcunque per nos fnctu fœlicibus armntis, & exercitibus in quibus poſtquam virtlet nnnos attigit inclitus nrmorum Cnptnneus cum copioſn armorum comitiua, tùm equeſtrium quàm pedeſtrium, prateréa ex facultntibus ſuis mngnnm copiam-expoſuit, interdum quóque per hoſtes captus, & cnrceribus detentus, interdum etinm de perſona vſque ad ſnnguinis effuſionem incluſiuè vnlnerntus, & laſus, & malè trnctatus extitit, & qua ſeruitin in Conſiliis ſtrictu, arduis Ambnſſiatu, & conſimilibus negotiis non mediocris pondcris ipſe Dominus de Vnrax ſincere nou deſit, ratione eorum qua in futurum per eum ſperamus nobis, & noſtris impendi, merito eidem Domino Gaſpardo Domino de Varax, qui vnriu alius etinm dinerſis modis extra ditionem noſtrnm in nctibus belticoſis, & militaribus ſtrenuus eius perſonam exercuit; illorum itnque & infrà ſcriptorum conſideratione, mnturn cum proceribus, & peritis prahnbitn deliberntione ex noſtrn certn ſcientin, pru nobisque & noſtris hæredibus, nc ſucceſſoribus vniuerſis, nutboritate Imperinli qun fungimur in hac parte, & noſtrn, Cnſtrum, Villam, Mandamentum Cnſtellanimm, nc reſſortum noſtrum Sancti Saturnini in Bugeſio Lugdunenſis Dioceſis, etinm Lagniaci, & Vnllium, & qnidquid habemus, ac medintè, & immedintè nobis pertinet infra limites, & mandnmentum dictorum locorum, Sancti Saturnini, & Lagniaci prout, & ſicut ipſi limites, & mandamentnm, ac reſſortum ſe extendere, ac protendere hactenus conſueuerunt, cum quibuſcumque homagiis & fidelitatibus tùm nobilium quàm ignobilium, de, & in dicto mandamento exiſtentium qnæ pro expreſſis hic habeantur Erigimus in Marchionatum, & deinceps perpetuò titulum Mnrchionntus habere & obtinere, ſicque obſeruari decernimus, volumus, & mnndamus in fauorem, & ad opus ſpecialiter, & expreſſè præfati Domini Gnſpardi conſanguinei noſtri, nobis grati, & cnuſis prædictis Cnriſtimi, ac ſnorum liberorum maſculorum, naturalium, & legitimornm, & ex ipſis per rectam linenm mnſculinam deſcendentium vſque in infinitum, ipſumque Dominum de Varax conſanguinenm præſentem, & humiliter, cum grntiarum actione nceptnntem, facimus authoritate qua ſuprà, & creamus Mnrchionem dictorum locorum Sancti Snturnini, ac Lngninci, nc nliarum ſunrum pertinentiarum, ipſum inſuper Dominum Gnſpardum, benè meritum nc cum grntinrum actione acceptnntem, & ſuos memoratos in eadem præeminentin Marchionali inſtituentes etnm, ſub, & cum prærogatiuis omnibus, & ſingulis quibus Marchia & huiuſmodi dignitatet, tùm de iure quàm de conſuetudine ab nntiquo conſueuerunt, gnudere & dignitatem Marchionalem ex noſtræ poteſtatis plenitudine, hnrum perſeriem impartientes eiſdem, ipſos conſanguineum noſtrum, & ſuos prædictos, ac ipſorum quemlibet ſucceſſiuè conſortio, cœtui, & numero nliornm Mnrchionum ditionis noſtra nggregantes illorumque titulo, & ordine decorantes, volentes quòd ipſornm Mnrchionnm nomini, & prærogntiuis de cætero participes in omnibus potintur, in cuius ſignum ipſum Dominum Gaſpardum habitu, & togâ Marchionali perornantes & decorantes, volentes de ſuprà ſcriptis omnibus, & ſingulis ipſum Dominum Gaſpardum, & ſuos memoratos ornnrique & gaudere nobis præſidentibus, & in ſolio conſtitutis, & Ducali habitu perornatis, ac ad actum huiuſmodi reqniſitis ſolemnitatibus ſeruatis,*

ſeruatis, & ne dici poſſit eidem Domino Gaſpardo Domino de Varax Conſanguineo, & titulum nos donaſſe oneroſum, & ſuſſupportabilem, præmiſſorum conſideratione, & ex certa ſcientia motuque proprio, etiam quia ſic nobis ſicut placet, pro nobis noſtriſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque ſæpe ſato Domino de Varax præſenti, & cum gratiarum actione vt ſuprà recipientes, proſe, & ſuis filiis maſculis tamen naturalibus, & legitimis, ac filiorum filiis per rectam lineam maſculinam naturalem, & legitimam vt prænarratur deſcendentibus, infeudamus, ac donatione infeudum nobile ligium, quodque vim naturam, conditionem, & efficaciam directi feudi, nobilis & ligij prorſus ſapiat, & importet, ſub etiam homagio, & fidelitate nobilibus ac ligiis nobis, & noſtris hoc idcò præſtandis damus, donamus, tradimus, cedimus, & concedimus per præſentes, videlicet, Caſtrum, Oppida, & villas Sancti Saturnini, & Laguiaci, ac Villagia omnia, & ſingula eorundem, nec non etiam reſſortum, Caſtellaniam & totum mandamentum Sancti Saturnini prædicti prout confines, & limites eorum ſoliti ſunt & conſueti, ac ſe extendunt, vnà cum mero, mixto Imperio & omnimoda iuriſdictione alta, media, & baſſa, illorumque exercitio ſurchis, plotis, pilorijs, & aliis ſuppliciis ad executionem & exercitium omnimodæ iuriſdictionis neceſſarijs, cumque hominibus, nobilibus, & ignobilibus, homagijs, fidelitatibus, feudis, retrofeudis, vtilibus dominijs, ſeruitijs, redditibus, tallijs, angarijs, parangarijs, ſucceſſionibus, eſcheytis, gardis, decimis, cæteriſque annuis tributis, blado, vino, pecunia, & alia in qualibet rerum ſpecie conſiſtentia, etiam, & in ſtagnis, aquis, aquagijs, molendinis, furnis, fluminibus, baptitorijs, portubus, & aliis artificijs, terris, pratis, vineis, ſylvis, nemoribus paſcuis, eruatis, columberijs, piſcationibus, venationibus, & aliis quibuſcunque iudominaturis ipſorum caſtri, villarum, & mandamenti, etiam vijs, ſtratis publicis, nundinis, mercatis, pedagijs, leydis, iuribus pertinentijs, & appenditijs vniuerſis eorundem, hactenus per nos percipi, & haberi conſuetis, videlicet & in quibuſcunque rebus conſiſtant & valeant quomodolibet nuncupari, & quæ habemus in prædictis habereque, & percipere conſueuimus nihil retinendo, omnibus tamen donis, & ſubſidijs ſuper hominibus dicti mahdamenti, & Marchionatus hactenus per nos imponi ſeu haberi, & percipi ſolitis, & conſuetis, nobis, & ſucceſſoribus noſtris in poſterum, & perpetuò reſeruatis, & retentis, Itaut illa impouere, leuare, & habere, at percipere poſſimus in dictis Marchionatu, & mandamento, ſicuti antè præſentem, conceſſionem, infeudationem, & donationem, poteramus, & conſueueramus, ſaluo quod in præeminentiam, & decus dicti Marchionis, ſolum habeamus ſeu habere, & percipere debeamus dimidiam partem donorum, & talium ſubſidiorum ſicut, & quemadmodum ab aliis Baronibus Ducatus, & ditionis noſtrorum ſeu hominibus ipſorum habere, & percipere conſueuimus infrà ſcriptis etiam ſaluis, & exceptis, ac nobis & noſtris reſeruatis, & perpetuò, remanentibus primo iure feudi fidelitatis, homagij, directi feudi, dominij, ſuperioritatis, atque reſſorti cum illorum ſolitis præeminentiis vtiuerſis iudiſſereuter, & prout habemus, ac exercere conſueuimus ſuper feudis, & iuriſdictione talium huiuſmodi. Item vlteriùs declaramus & reſeruamus quòd in omnem euentum, & caſum in quo contingeret memoratum Dominum de Varax ſine liberis maſculis, naturalibus, & legitimis de ſuo proprio corpore, & legitimo matrimonio procreatis, aut ſucceſſiué ſuos liberos maſculos conſimiliter, ſine liberis maſculis, & legitimis ab humanis decedere, ex eo tunc præmiſſa omnia dicto Domino Gaſpardo per nos infeudata, & donata, ad nos, & noſtros hæredes, & ſucceſſores, ipſo iure reuertantur, ſpectareque, & pertinere dignoſcantur, omni exceptione remota, preterea ipſum Dominum de Varax, & ſuos volentes gratia, & amplitudine tractare vberiori, eidem Marchioni, facultatem, poteſtatem, authoritatem, & licentiam impartimur à modo in antea conſtituendi, tenendi, ponendi, & reponendi, pro eorum libito voluntatis, Baillium, Caſtellanum ſiue Iudicem ordinarium primarum cauſarum, qui habeant omnimodam iuriſdictionem & gladij poteſtatem, ac merum, & mixtum Imperium, prout eidem dare, & concedere voluerit, ipſe Marchio qui pro tempore fuerit, in, & ſuper homines, nobiles, & ignobiles, & vaſſallos & alios dicti Marchionatus, & contrà delinquentes, & contrahentes, in territorio, & finibus dicti Marchionatus. Item & à cuius ſententijs, & ordinationibus appelletur, & appellari poſſit: immediatè ad dictam Marchionem qui pro tempore fuerit, vel appellationum, ſi quem conſtituerit generalem, qui tamen Iudex in procedendo ſeruare debeat ſtatuta Sabaudiæ facta, & à ſententijs, cuius Marchionis vel eius iudeis appellationum, appellari debeat, & appelletur ad Conſilium noſtrum Camberiaci reſidens quod habeat ſecundas appellationes, & non ad alium iudicem, vel officialem qui nunc ſit vel pro tempore fuerit, aut creari contingat, niſi per nos ſpecialiter ſeu ſucceſſores noſtros alteri committeretur, dantes hac nedum in ſpeciale priuilegium, dicto Marchionatui, & Marchioni imò etiam tenore præſentis infeudationis perpetuum, & irreuocabile volumus, conſentimus, & promittimus per nos, & ſucceſſores noſtros eidem Domino de Varax Conſanguineo noſtro, præſenti, ſtipulanti pro ſe, & ſuis prædictis in dicto Marchionatu prout ſuprà, his eatm ſaluis retentis, & mediantibus de præmiſſis infeudatis, & largitis nos dux præfatus pra nominatum Dominum de Varax feudatarium pro ſe, & ſuis prædictis ſtipulantem, & recipientem traditionæ vnius cuſis cuaginati inueſtimus, & inveſſullagium ſubque homagio & fidelitate nobilibus, & ligiis pereum nobis ſucceſſiuè præſtandis, ipſum de præmiſſis retinemus, nihil alterius iuris, rationis, actionis, partis, proprietatis, poſſeſſionis, aut alterius reclamationis præterquàm per nos ſuprà reſeruata in eiſdem infeudatis

&

& largitis retinentes, ſed quidquid iuris, actionis, & rationis, in illis habemus, & habere poſſumus, in eundem Dominum Gaſpardum Conſanguineum noſtrum, & ſuos prædictos tranſferentes, ſic quod illos, & illa aduerſus quoſcunque experiri, & proſequi poſſint, ſeque ex eis tueri, & illis vti prout nos facere poteramus ante huiuſmodi largitionem, & infeudationem, qui illos, & in illis velut in rem ſuam propriam procuratores irreuocabiles ſaltuu ſemper ſuprà reſeruatis, etiam arreragiis, & aliis nobis vſque in diem hodiernum, quæ deberi poſſent equidem ſaluis & nobis reſeruatis conſtituimus, & in locum noſtri ſub rogamus, ſtatuentes nos ipſa infeudata tenere, & poſsidere velle, vice, precarioque nomine, & ad opus ipſius feudatarij, & ſuorum prædictorum quoùſque realem, & corporalem poſſeſſionem ipſorum infeudatorum fuerint aſſecuti, ad quam quidem poſſeßionem, apprehendendam & adeptam retinendam, ſibi, & ſuis prædictis plenam per præſentes impartimur poteſtatem alterius licentia vel mandato ſuper his minime requirendis, promittentes bona fide noſtra in verbo Principis prædicta rata habere, & ſtabilia perpetuò tenere, & non contrà facere quomòdolibet, vel venire clam, vel palàm, tacitè, vel expreßè quouis indebito exquiſito colore, quibus peractis ipſe Dominus de Varax pro ſe, & ſuis iam dictis, humiliter, & cum gratiarum actione, ſponte, vltrò eius debitum erga nos reddere volens nobis, Notario Secretarioque noſtro ſubſcripto, ad opus noſtri, & noſtrorum hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque ſtipulantibus, fecit præſtitit, recognouit, & pollicitus eſt de præmiſſis Marchionatu, nec non appellationum, indicatura, ac cæteris omnibus, & ſingulis, infeudatis de feudo, & homagio noſtris monentibus homagium, & fidelitatem ligiam præ cæteris Dominis, & perſonis mundi, & hoc reuereuter, ſupplici ßimèque, & genibus flexis, manibus etiam iunctis, & inter manus noſtras poſitis, interueniente quoque oris oſculo, in ſignum perpetui, & indiſſolubilis fœderis cum aliis ſolemnitatibus oportunis ipſe Dominus Gaſpardus Marchio pro ſe, & ſuis, nobis Notario Secretarioque memorato, vt ſuprà ſtipulanti promiſit corporaliter, & iurauit, Canone & Euangeliis inmiſſali, quod in noſtro conſpectu tenebatur annotatis, manibus ambabus corporaliter tactis ſubque ipſius Domini Gaſpardi Marchionis, ſuorum omnium, & ſingulorum præſentium, & futurorum quorumcumque, expreſſa hypoteca, & obligatione bonorum eundem Dominum Gaſpardum, & ſuos prædictos temporibus perpetuis, exiſtere homines nobiles, bonos, proboſque, legales, fidelet, vaſſallos ligios, & ſubditos noſtros, & noſtrorum iam dictorum, nec non honorem ſtatum, & commodum noſtrum vbique totis viribus procurare, ſiniſtraque pariter, & damnoſa, aut non honorifica, vitare illaque, nobis, & noſtris reuelare, quàm primùm ad ſui notitiam deuenerint, præterea fidele, & rectum conſilium dare, quotiens ab eodem Domino Gaſpardo Marchione petetur, poſtulabitur, nec, & quæ in ſecretis parte noſtra, vel noſtrorum habuerit ſecreta tenere nobiſque inſuper, & noſtris præfatis de ſuprà dictis Marchionatu cæteriſque vniuerſis, & ſingulis infeudatis ſeruire fideliter & ligiè, pacemque, & guerram facere, aduerſus, & contrà cæteros Dominos, & quaſcumque mundi perſonas, præterea illa infeudata, cum Marchionatu, in manibus commiſſariorum noſtrorum, & extentarum, receptorum, recognoſcere, & confiteri quam primùm, & quotiens ipſe Marchio vel ſui ſuper hoc fuerint requiſiti, & generaliter omnia ſingulaque alia, erga nos, & noſtros prædictos facere, & præſtare, quæ homines, vaſſalli nobis ligij, & fidelet Domino ſuo, qui, & ſimul, facere, obſeruare, & præſtare debent, & tenentur tàm, ex diſpoſitione noua, quàm veteris fidelitatum forma & quæ in illis deſcripta ſunt, & in ſuper huiuſmodi confeßionem, homagiique, & fidelitatis præſtationem, ac cætera vniuerſa, & ſingula in præſentibus contenta perpetuò rata, & firma habere, & numquàm contrà facere dicere, vel venire per ſe vel alium, clàm, palàm, tacitè, vel expreßè, ſeu quouis alio exquiſito colore, renunciando in hoc facto ſub vi iuramenti, & obligationis per ipſum Dominum Gaſpardum Marchionem ſuperiùs præſtitis, omnibus exceptionibus, iuribuſque, Canonicis, ciuilibus, ac municipalibus patriæ, & locorum conſuetudinibus, priuilegiis, capitulis, franchefiis, libertatibus, reſcriptis, & indultis, ac aliis quibuſuis, per quæ contrà prædicta ſeu ipſorum aliqua facere dicere, vel venire poſſent ipſe Marchio, vel ſui, ſignanter iuri generalem renunciationem reprobanti, ſpeciali minimè præcedente, mandantes propterea, Cancellario, & Mareſcallis Sabaudiæ nec non Conſiliis nobiſcum. & vltrà montes reſidentibus, etiam magiſtris, & cæteris officiariis hoſpitii noſtri, Baillinis inſuper Iudicibus, & Procuratoribus Sabaudiæ, Beugeſij, & Breßiæ, cæteriſque vniuerſis, & ſingulis officiariis, fidelibus, & ſubditis noſtris, mediatis, & immediatis præſentibus quoque, & futuris, adquos ſpectat, & præſentes peruenerint, dictorumque officiariorum loca tenentibus & cuilibet eorundem, quatenùs prælibatum Dominum Gaſpardum Marchionem ſancti Sancti Saturnini, Lagniaci, Vallium, & aliorum prainfeudatorum, ac ſuos prædictos ſucceſſores Marchiones tam in hoſpitiis, Curia, & Conſiliis quàm alibi omnibus, & ſingulis, præeminentiis prærogatiuis, & aliis prædictis, ad Marchionalem dignitatem pertinentibus à modo in ante, debitè fungi, faciant, & gaudere, loca oportunè, decentia, cum cæteris Marchionibus dum occaſio ſe ingeſſerit, & tempus dederit, eis ordinando, & aſſignando nec non vniuerſis, & ſingulis fidelibus, hominibus, tenementariis ac ſubditis, locorum prædictorum, dictique mandamenti, & totius reſſorti, Sancti, Saturnini, Lagnaci, Vallium, mandamentique, & reſſorti ſuarumque pertinentiarum tàm mobilibus, quàm immobilibus, cuiuſcunque præeminentiæ exiſtant, quòd eidem Domino Gaſpardo, & ſuis prædictis homagient, homagiaque, & fidelitates, faciant, præſtent,

praſtent, & recognoſcant, quemadmodum hactenùs, & antè pretentium datam nobis recognouerunt, ſaluantque, reſpondeant, pareant efficaciter, & intendant, velut ipſorum veris, & immediatis Dominis, pròut nobis tanquàm immediato Domino dicti loci Sancti Saturnini, Lagniaci, & Vallium, totiuſque mandamenti, & reſſarti predicti, fecerunt, & facere tenebantur, antè præſentem infeudationem, qui predictis homagiis, & fidelitatibus, ſicut priùs per eoſdem praſtitis illos de eis quantùm opus eſt, & nos concernere poteſt ſaluimus, & quittamus per præſentes, prætereà in mandatis per expreſſum dantes dilectis fidelibus Præſidenti, Magiſtriſque, & Clauariis Cratarum Camera Computarum noſtrorum, quòd pra declarata per nos in feuduta, & largita, de domanio noſtro detrahant, qua nos etiam detrahimus per præſentes, regulis, & conſtitutionibus ipſorum Computorum ſtatutis, ac edictis, & aliis in contrarium facientibus, quibuſcunque non obſtantibus, quoniam illis, & ipſorum ſingulis, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, & harum ſerie derogatum eſſe volumus, inſuper que copias informationum titulorum, & aliorum monumentorum, predicta in feudata concernentium, eidem Marchiani, ſumptibus moderatis tradant, & expediant debitè tamen tabellionatas, ſic quod fides meritò adhiberi poſſit, has litteras ſigilli noſtri majoris munimine roboratas, in teſtimonium concedentes, datas Querij Die XXVI. Februar M. CCCCLX. Signé LOYS. *Per Dominum præſentibus Dominis Illuſtribus Iano Gebenneſij, Iacobo de Sabaudia Rotundi Montis Comitibus nec non Reuerendis Archiepiſcopo Tharentaſienſi, & Amedeo Vercellenſi Epiſcopo, A. ex Marchionibus Romagniani Cancellario Sabaudiæ, Aymone Comite Camera & Vicecomite Mauriana, Antelmo Domino Miolani, Richardo Comite Creſcentini, Andrea de Martello Domino Grandiſmontis, Guilielmo de Chalant Domino de Caſtris, &c.*

INFEVDATION DV MARQVISAT DE S. SORLIN.

Tirée des Archiues de Monſeigneur le Duc de Nemours.

EMANVEL-PHILIBERT par la grace de Dieu Due de Sauoye Chablais Aouſte & Genenois Prince. & Vicaire perpetuel du S. Empire Romain, Marquis en Italie, Prince de Piemont, Comte de Geneue, Baugé, Romont, Nice, & Aſt, Baron de Vaux, Gex, & Fouciguy Seigneur de Breſſe, de Vercel, & du Marquiſat de Ceue, &c. A tous ceux qui ces preſentes verront Salut. Comme par le contract d'Appannage, & Infeudation par le feu de bonne memoire noſtre tres-honnoré Seigneur, & Pere Monſeigneur le Due Charles (que Dieu abſolue) paſſé à feu noſtre tres-chet, & Amé Onele Meſſire Philippes de Sauoye des Comté de Genenois, & Baronnies de Fouciguy, & de Beaufort eu l'anuée 1514. & le 4. iour du Mois d'Aouſt fuſſent comprins les Villes mandement, terre, Seigneurie, reſſort, & reuenu de Fauerges que lors tenoit de gage, & à reachept feu Madame Louyſe de Sauoye Vicecomteſſe de Martigues, comme tient encor de preſent noſtre tres-chere, & tres amée Couſine Madame de Luxembourg Ducheſſe de Pentheure ſon heritiere vniuerſelle moyennant les perſonnes de ſes peres, & ayeul Paternel, & qu'au lieu, & recompenſe des fruits dudit Fauerges noſtre dit Seigneur, & Pete, euſt donné & octroyé à noſtre dit feu Oncle, les fruits, & renenus de noſtre Marquiſat mandement, & reſſort de S. Sotlin, pour en ioüyr entierement iuſques à ce que ledit Fauerges fut par noſtre dit Pere ou ſes ſucceſſents rachepté. & remis és mains de noſtre dit Oncle ainſi qu'il eſt plus amplement contenu en autre contract paſſé entre noſdits Pere, & Onele de l'an. Septembre 1516. leſquels Marquiſat terres, Seigneuries reuenus, & appartenaoces de S. Sorlin, dés-lors noſtre dit Oncle, & dés ſon decez noſtre tres-cher, & tres amé Couſin Meſſire Iaques de Sauoye Duc de Genenois, & de Nemours ſon fils, & hetirier vniuerſel, ont tenu, & poſſedé, comme encores de preſent tient, & poſſede noſtre dit Couſin, & fuſſions en volonté, & deliberation de raehepter leſdites terres, Seigneuries, & reuenus de Fauerges, quoy entendu par noſtre dit Couſin, il nous euſt fait remonſtrer, que par ladite recompenſe de S. Sorlin: ne luy eſtoit tranferée la proprieté ains ſeulement les fruits, & reuenus d'icelle Seigneurie de S. Sotlin au lieu de ceux dudit Fauerges, ioint que par la forme, & teneur dudit Appannage, & Infeudation, il pretendoit luy competet le droit de redimer tous les biens qui auparauant auoyent eſté vendus, & engagez, dependans deſdites Comté, & Baronnie. pour leſquelles eâuſes ledit reachept luy ſeroit preiudiciable, leſquelles remonſtrances pour nous, & noſtre Conſeil prés noſtre Perſonne bien entendus, ſçauoir faiſons, que nons ne voulons que noſtre dit Couſin, pour raiſon de ce puiſſe ſouffrir aucune perte, dommages, ny intereſts, ains tout proffit, & commodité pour ces cauſes, & autres bons reſpects, & iuſtes conſiderations, à ce nous mouuans, ſuiuans auſſi l'aduis de noſtre Conſeil, auons ſous les reſeruations cy-apres declarées à ieeluy noſtre dit tres-cher, & tres amé Couſin tranſporté, infeudons, donnons, otroyons. & trsnſportons en fief lige, Noble, Patetnel, auite & ancien en augmentation des fiefs qu'il tient de nous, leſdit Marquiſat, Villes tetres, Seigneuries, & mandemens. & teſſott de S. Sotlin, Lanieu Vaux, & autres Villes Bourgades. & Villages eo dependans, enſemble les mere & mixte impere, haure, movenne. & baſſe iutiſdiction, dernier ſuppliee, & tout exereice de iuſtiee, hommes, hommages fiefs nobles, & ignobles, reſſort, domaine direct, & vtile, facultez, cenſes, ſeruis, dtoits, regales, tributs perſonnels, & reèls, dixmes peages, montagnes, foreſts, tetrages, chaſſes, peſches, eours d'eaux, foires, leydes, drours. & patronages ordinaires en cas de preſentation de beneſices Eccleſiaſtiques, & autres Seigneuries, preminences, pretogatines, proffits, droits, emolumens, & appartenances deſdits Marquiſat, mandement, & reſſort de S. Sotlin, tout ainſi & à la forme, & qualité qu'il tient les Duché de Genenois. & Batonnies de Foueigny, & de Beſufort, & ſuiuant leſdits contracts d'Appannage, & d'Infeudation, & nos lettres de ereation de Duché ſuſdites à la forme d'icelles, moyennant laquelle noſtre preſente Infeudation & conceſſion de S. Sotlin. Il neus ſera loiſible de retirer à à nous leſdites Ville, mandement, reſſott, & appartenances de Fauerges, pout en faire & diſpoſer à noſtre volouté, & ſans que par ey apres noſtre dit Couſin ny les ſiens y puiſſent pretendre à l'aduenir aueun droit de

reachapt, ny autres titres, fors, & excepté, que s'il aduenoit, que nous le transportissions, ou eussions là transporté à autres en ce cas la fidelité, arriere fief, ressort, commission des protocolles, & premieres appellations auec les hommages, & fidelitez des Nobles estans de present tiere ladite terre de Fauerges, & des Successeurs masles de-cendans d'iceux Nobles, & noblement viuans, & ce pour le regard de leurs personnes tant seulement appartiendront, & demeureront à nostre dit Cousin, & aux siens, tout ainsi qu'il a sur ses autres vasl aux de Geneuois à la forme de sesdites Infeudations, & Appannage, pour iceux Marquisat, mandement, ressort, & appartenances de S. Sorlin, auoit, tenit, iouyt, & possedet, par nostre dit Cousio, & les siens, & en disposer, tout ainsi, & de mesme que desdites Duché de Geneuois, Baronnies de Foucigny, & de Beaufort, & en outre confidetans, que plusieurs Comtes, & Barons tiere nos pays de Bresse, & Bugey, ou consistent & & sont assis, lesdits Marquisar de S. Sorlin, terres, & Seigneuries de Poncin, Cerdon & Chasey appartenans à nostre dit Cousin, ont leurs Iuges d'appeaux, les vns tenans leur Siege en nostre Cité de Belley, les autres en nostre Ville de Bourg, par deuant lesquels sont deuolues, & iugées les premieres appellations de leurs Iuges ordinaires nous voulons nostre dit Cousin n'auoit moindre authorité, & preeminence, luy auons donné, & octroyé donnons & octtoyons és siens masles à perpetuité toute authorité pleine puissance, & faculté de constituer, & tenir] sour en nostre dite Cité de Belley, ou Ville de Bourg, & à son choix vn Iuge des premieres appellations pour le fait de la iustiee de S. Sorlin, Poncin Cerdon, & Chasey, qui iugera, & cognoistra en premier ressort, des appellations, qui seront interiertées des iugemens des Iuges ordinaires desdirs lieux, tout ainsi, & auec mesme authorité, que iugent & connoissent nos Iuges d'appeaux desdits Bugey, & Bresse esdites premieres appellations la Souuetaineté, & dernier teisort demeurant à nostre Senat de Sauoye, faisans inhibitions, & deffences à nosdits Iuges d'appeaux de Bugey, & Bresse presens, & à venir, de s'entremettre aucunement, ny prendre aucune connoissance desdites appellations sur les sujets desdites terres], & Seigneuries de S. Sorlin, Poncin, Cerdon, Chasey, & autres Seigneuries, & terres, qu'il tient, & possede', poutta tenit & posseder, & les siens à l'aduenir dans nosdits Pays de Bresse, & de Bugey comprises, & specifiées aux concessions, & infeudations faites à nostre dit Cousin, ou à feu nostre dit Oncle son pere declatant par cettes nul, & denul effet & valeur, tout ce que nosdits Iuges, pourroient faire & attenter au contraire de present priuilege. Mandant, & commandant à tous & chascuns les sujets tant nobles, qu'ignobles, desdites terres, & Seigneuries Sindiqs, & communautez, & autres qu'il appartiendra que des ores ils obeyssent, prestent, & facent tous droits, & deuoirs à nostre dit Cousin, & és siens leurs officiers, & iusticiers, tout ainsi que les autres Gentils-Hommes, Barons, Banderets, vassaux, & autres sujets estans tiere les terres, que nostre dit Cousin tient de nous luy obeyssans, & le tout suiuant, & à la forme des susdites Infeudations, & Appannage, la fidelité, superiorité, & ressort, ensemble tous droits qui pour ce regard appartiennent à nous, & à nos successeurs tousiours sauf & reseruez, tout ainsi, que nous appartient sur ledit Duché de Geneuois, & ses dependances par vertu d'iceux Appannages, & de nosdites lettres d'Erection en Duché, nous deuestans pour nous, & les nostres hoits, & successeurs quelconques des choses sus infeudées & concedées, & nostre dit cousin, & les sieos à perpetuité inuestant par la confection, & tradition des presentes, interuenant à ce la stipulaton de nostre Secretaire soubs signé, promettans en outre en bonne foy, & parole de Prince, maintenir, garder, & deffendre à nostre dit Cousin, & aux sieos, lesdits Marquisar, terres, Siegneuries mandemens, reuenus, & appartenances de S. Sorlin auec ses priuileges, & immunitez susdites enuers & contre tous, & les euictionnet vniuersellement, & particulierement, si doonons en mandement par ces presentes à nos tres chers, bien Amés, & Feaux Conseillers, les gens tenans nos Senats, & Chambre des Comptes de Sauoye, Iuges d'appeaux de Bresse, & de Bugey, nos Aduocats, & Procureurs Generaux, leurs Lieutenans, & chascun d'eux si comme luy appartiendra, que nostre dit Cousin, & les siens ils faisent, souffrent & laisent iouyr, & vser plaioement, paisiblement, & perpetuellement de oos presentes, infeudation, concession, & lettres selon leur forme, & teneur, icelles admettent, verifient, & inthertinent sans leur faire, ny permettre estre fait en ce aucun destourbier, ou empeschement, lequel si fait estoit ils repatent, ou faisent reparet incontinent & sans delay. Car tel est nostre plaisir en tesmoin dequoy auons signé ces presentes de nostre main, & à icelles fait mettre nostre seel à cheual. Donné à Chambery le 14. d'Octobre 1571. Signé EMANVEL PHILIBERT.

NOTICE DE LA FONDATION DE L'ABBAYE DE SAINT SVLPICE EN BVGEY.

Tirée du Chartulaire de ladite Abbaye.

Cura fuit multis insignia gesta prio
*Tradere, notitia, scribendo posterio*rum
Hàc ratione quidem studeant, vt posterio
*Acta legendo sequi benè, qua gessere prio*res
Hàc igitur ratione placet, breuitando doce
*Qua vel quando domus istius cœpta fue*re

ANNO igitur ab incarnatione Domini 1130. *generosa matèr Pontiniacensis Ecclesiæ claro Monachorum germine fœcunda hanc Sancti Sulpitij Abbatiam, cum ea quæ Quinciacum nuncupatur, partu edidit lætabundo. habebat autem tùnc predicta Parens Hugonem nomine, virum genere, moribusque conspicuum, doctrina, charitatis, & abstinentiæ prospicuum, qui denique spectandæ Religionis, ac totius Sanctitatis gratia consummatus, in modum Solis, totum Cistercienſem ordinem suis irradiabat exemplis, vnde etiam*

etiam Superiorum diſpenſatione, ad Antiſidiori Pontificalem Cathedram ſublimatur : quatenùs in modum lucernæ, candelabro ſuppoſito, omnium, quæ in domo Dei ſunt oculis inſulgeret ; fuerunt ergò qui venerunt cum venerabili Patre nomine Bernardo, qui curam ſuſciperent regiminis, quindecim Monachi, quorum alij ætate adhuc iuuenili florentes, virtutum appetitu feruentes, alij prouectioris ætatis cunctis reuereadi fuerunt, vt ſicut in ſcripturis eſt, Senes cum Iuuenibus laudent nomen Domini, in ipſo autem numero, ſicut res euidenter oſtendit, Spiritum Sanctum ſignificare, non dubium eſt, Menſe itaqae tertio prima die menſis quando ſeruor æſtatis ſumit exordium, floreſque deformantur in fructum, ex ipſius temporis qualitate quæ eſſe debeant beæ docti, contra ſpirituales nequitias pugnatari, duce Spirita Sancto, montana conſcenderant militet Chriſti, & ingrediuntur exemptam quidem vitiis, ſed amicam virtutibus Eremum, horroris & vaſtæ ſolitudinis locum, vt quæ labtis diſtinxerant Domino ſaluatori gratanter vota perſoluant, quas demùm difficultates, ac rei familiaris paſſi ſunt neceſitates, & ſi qui paſſi ſunt, & qui laborum ſuorum Sanctorum merces, ac remunerator eſt ſolum Chriſtus agnouit, & hæc quidem noſtri Ciſtercienſis videlicet Ordinis fuere primordia. Floruerat autem in iis locis per annos plurimos qua nulla ſanctior eſt Carthuſienſis veneranda religio imitare ergo quiſquis domus huius, vel exiſtis, vel futurus es Pater, Genitricem tuam Pontiniacenſem Eccleſiam quatenus per te ſic ſcriptum eſt, filioi filiorum læta conſpiciat, poſtremo qainque annorum curriculis exigente ratione iuſta neceſitatis, Abbas ipſe Bernardus curæ renantiat paſtorali, quo abeunte vnanimi fratrum conſilio Aynardus ætate quidem iauenis ſed morum graaitate, & ſanctitate ſentis in Abbatem deligitar, & in cura Regiminis ſedenti ſubſtituitur

FONDATION DE L'ABBYE DE SAINCT SVLPICE
PAR AMÉ COMTE DE SAVOYE

Extraite des Archiues de ce Monaſtere.

EGO Amedeus Comes & Marchio, quatenùs eleemoſinæ meæ beneficium inuiolabile perſeueret, vniuerſis præſentibus, & futuru vtile & neceſſarium decet notificare, quòd ſanctis Sulpity fratribus in illa, quam incolunt Eremo, quidqaid proprietatis habebam, pro mea meorumqae ſalute contulerim : videlicet territoriam Raueriarum cum ſais appendentiis, & quidqaid in territorio Hoſtiarum, & in appendentiis eius habebam. Si quis verò prædictis fratribus aliquid ex iis qua per me poſſident, donauerit, ſeu vendiderit illis in allodiam habere conceſsi perpetaum, vt autem quietè deinceps ac pacificè diuinis laadibus intendere poſſent, terminos illis conſtitui, intra quos nulli penitùs domum, & quod libet aliud ædificium licentia ſit conſtraendi : Rapem videlicet quæ eſt ſuper Tynnayam & Rupem de Tart, qua iago imminet, & Rupem de Licen, quæ eſt ſuper Sollenchias, villam quoque de Armies, & Sappum de Viriaco, Fagetum quod eſt in monte de Tapponana, & pendet verſus Bellomontem, Crucem Sancti Mauritij, Collum de Cormarenchy & Villam qua dicitur Longacumba. Igitar quicamque iſta legerit, & audiuerit, hoc donam me feciſſe cognoſcat tempore, quo in montanis fratres hoſpitando retinui, ſcilicet antequàm de vxore mea habuiſſem infantem. Quicumque ergo hoc beneficium meum violare præſampſerit, ſecurus certe mea poſſeſsione priuabitur, atque inſuper ſexaginta libras mihi per ſoluet. Hoc noſtrum factum eſt apud Tennam in Domo Siboudi Farſy, teſtibus ibidem exiſtentibus Pontio Bellicenſi Epiſcopo, Homberto Gebennenſi Epiſcopo, Decano Seyſerinci, Soffredo de Bellomonte, Bernardo de Roſtilione, Humberto de Boſcſezello, Vſredo de Charbonneriis Quintiao de Aiu, Ilione de Balma, Vldrico fratre eius, & Vſredo de S: Sixto tàac temporis Vicecomite.

CONCESSION FAITE A LABBAYE DE S. SVLPICE PAR AMÉ COMTE DE SAVOYE.

Tirée desdites Archiues.

INTER omnes huius ſæculi mutabiles caſus, quibus neceſſe eſt humanum genus inuolui, ſcripturarum firmitas ipſa ſui authoritate immutabilis perſeuerat: vnde neceſſe eſt, vt ea quæ ad vtilitatem præſentium profutura cognoſcimus, ne per temporis longinquitatem in oblitionem, vel in calumniam deueniant, chartis iaſerere ſollicita prouiſione decernimus. Tempore igitur illo, quo publica Dei gratia, per pradicationem Domini Bernardi Abbatis Claræuallenſis Regem Francorum cum innumerabilibus Chriſtiani nominis confeſſoribus ad ſuſceptionem Hyeroſolimitanæ peregrinationis incitauit; ego Amedeus Comes & Marchio eadem numinis gratia & exemplo vocatus ad Dei militiam pro defenſione Crutis, contempto conſulatus honore, eiuſdem crucis inſignitus munimine conuolaui, ſed quoniam ſuſceptum pietatis officium lucro ſemper propenſiore expedit cumulari, idcircò quæ ad vtilitatem, & pacem Religioſorum pauperum Chriſti, nos olim feciſſe meminimus, literis ac ſigilli noſtri impreſſione confirmare debemus. Sciant itaque Epiſcopi quorum officium eſt, alimoniam pauperum Eccleſiaſtici vigoris cenſura ſeruare, ſciant & milites qui ad hoc gladium portant, vt qui inquietant eoſdem pauperes Chriſti debeant expugnare, quòd ego fratribus Sancti Sulpitij in montanis quæ habitant termitos conſtituti, infrà quos vt nullus capere prædam vel captam ducere, vel cuilibet violentiam inferre, ſeu ædificium aliquod conſtruere auderet banni mei impoſitione prohibui, & adhuc præſentis chartæ atteſtatione prohibeo, quos videlicet terminos propriis duximus adnotandos vocabulis, caput de Viriaco, Fagetum de Tappona, quod pendet versùs Bellummontem; Crux S. Mauritij, Collum de Cormarenchia, Villa de Longa-Cumba, Rupes de Oſciels, Riuus qui currit ſubtus Armis, & dedi etiam ad incremeatum eleemoſinæ meæ, tàm pro animæ meæ, quàm pro animæ filij mei Vmberti, & prædeceſſorum meorum, vt ea quæ de feudis meis Deo propitio poſſent adipiſci in perpetuum allodium firma illis & integra per mancrent, ſimiliter & paſcua in tota terra mea ad vſum pecorum ſuorum illis eadem donatione concedo, ſed nequis de familia noſtri generis huic donationi calumniam inferre præſumat, nouerit omnis tàm extraneus, quàm propinquus, hanc meam donationem feciſſe antequam de vxore mea Mathildi nomine liberos aliquos procreaſſem, Obſecro itaque, vt quicumque hanc chartam lecturi ſunt memiacrint animæ meæ, vt hanc noſtram voluntatem ſtudeant firmiter obſeruare, quoniam graue ſacrilegium eſt oblationes fidelium alienis vſibus applicare. Si quis verò noſtræ donationis formulam temerè calumniari preſumpſerit totius poſſeſſionis noſtræ, & hæredij noſtri, Beneficio careat, donec fratribus ſatisfactum ſit.

Ego Humbertus Comes filius ſupradicti Comitis laudo, & confirmo quidquid pater meus domui Sancti Sulpitij dedit prout præſens charta continet & ſigilli mei impreſſione corroboro, teſtes ſunt Adcmarus de Breſſiaco, Vrſredus de Viriaco, Berlio de Chamberiaco, Guigo de Domnis, Aymo de Rimiliaco, Berlio Lyatardi, Geniſius de Fabricis, VVilelmus de Monteſulcone, & ego Aynardus Abbas eiuſdem loci qui hoc donum recepi, cum Monachis noſtris.

FRANCHISES DE LA VILLE DE SEYSSEL.

Tirées de l'Hoſtel de ville dudit Seyſſel.

NOS Amedeus Comes Sabaudiæ & in Italia Marchio, notum facimus vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd nos conſiderantes bonum affectionem, quam dilecti noſtri Burgenſes & habitatores noſtri Seyſſelli ad nos, & noſtros habent & hactenus habuerunt, eiſdem pro nobis & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum iura, & libertates quibus regantur, prout melius intelligi poſſint, concedimus & donamus: prædicta autem iura & libertates ſunt hæc, Videlicetquòd homo qui venit apud Seyſſellum & moratur ibi per vnum annum & diem ſine impedimento liber eſt & quidquid acquiſierit poteſt dare, & vendere, aut ſi voluerit reddere liberè à Villa debet eum Dominus conducere per vnum diem & vnam noctem, ſi Burgenſis moriatur ſine hærede & non fecerit ſuum teſtamentum, Dominus eiuſdem Villæ debet commendare res eius duobus probis hominibus, ac illi debent eas cuſtodire per annum, & diem, & ſi infrà annum venit legitimus

legitimus hares, ille eas debet habere & ſi non venit Dominus, debet de conſilio proborum hominum facere inde eleemoſynam & ſi quid ſupereſt illud debet habere & ſi aliquis mercator, aut peregrinus, vel viator moritur, hoc idem debet fieri, inſtitutiones fori ſi quis frangit, forum illi debent recuperare & emendare illum qui fraugit, qui debet ſexaginta ſolidos de banno, item qui furtim portat leydam debet ſexaginta ſolidos, ſi fortè per aliquem retromiſerit, quittus eſt & ſi nullum inuenerit per quem remittat leydam, debet ponere ſub lapide & duos lapides hinc & inde in teſtimonium, Octaua die debet ibi accipere per teſtes & reddere & per hoc eſt quittus, Burgenſis non debet leydam, nec pedagium ex quo ſteterit in dicta Villa per annum & diem, qui venit ad forum leydam debet ſoluere ſicut ſtatutum eſt & ex quo recedit de domo ſua donec reuerſus fuerit ſit ſecurus, ſi quis venit ad forum, & infirmatur ſecurus debet eſſe in quocumque loco iaceat, donec poſſit redire in domum ſuam, qui percutit de pugno tres ſolidos debet, de palma quinque ſolidos, qui extrahit euſem ſexaginta ſolidos, qui percutit de petra ſexaginta ſolidos, qui trahit lapidem ità quòd ictus eat in parietem, arcam, aut terram ſexaginta ſolidos, qui euellit, vel trahit capillos alterius ambabus manibus decem ſolidos ſoluet, qui effudit ſanguinem ità quòd appareat ſexaginta ſolidos, qui percutit baculo tres ſolidos, qui rumpit violenter domum vicini ſui ſexaginta ſolidos, ſi Garſia dicat aliquid probo homini & mulieri quod ſit turpe & probus homo, vel mulier det ei vnàm eſlaſſa, non debet bannum, Dominus Villæ poteſt facere venire ante ſe omnes menſuras, & ſi aliquam falſam inuenerit tres ſolidos debet ille penes quem inuenta fuerit, qui duas menſuras habet magnam & paruam, in miſericordia Domini eſt, qui adulterium fecerit bannum debet ſicuti ſtatutum eſt, qui contendit ponere fide iuſſorem de plano clamore qui coguitus eſt debet tres ſolidos, omnes debent ſequi Dominum per vnum diem & noctem ad expenſas ſuas, ſi Dominus facit exercitum & mittit bannum ſnum, ille qui non vult ire debet ſexaginta ſolidos, niſi occaſionem rationabilem habuerit, caſalia militum non debent excubias niſi Burgenſis ea emerit, item infrà terminos villæ nullus debet capi, niſi latro, aut traditor, quilibet Tabernarius debet vnàm cuppam vini in feſto Sancti Andræ, qui vendit domum, aut caſale debet Domino vnàm cuppam vini, & tenetur ſoluere in feſto Sancti Martini, omnes debent excubias, exceptis Sacerdotibus & militibus, tabernarius qui vendit vinum per totum annum, & alius qui vendit vinum in feſto Sancti Martini debet vnàm cuppam vini, carnifices debent linguas boum & vaccarum ex quocumque loco venerint, mercerius alienus debet de leyda vnum obolum in die fori, de equo quatuor denarios, de aſino quatuor denarios, de duodecim vlnis telæ vnum denarium, de omnibus aliis rebus quæ venduntur, ſcilicet de vitris, ollis, & aliis rebus vſque ad duos ſolidos accipitur leyda, caſalia Comitis quicumque teneat, debet duos denarios de teyſia, aliàs non, Adulterium non poteſt probari per familiares Caſtellani, nec per ipſum, ſed tantum modò per duos legitimos homines, qui ſint de Villa & qui viderint adultexum in opere, mercutor alienus, qui vendit pannos ſnos in foro, debet quatuor denarios de leyda & minùs, ſi minùs vendit, ille qui præeſt Villæ, debet facere omnia cum conſilio proborum hominum Villæ, ſi quis falſum clamorem fecerit tres ſolidos debet, ſi quis de pede percuſſerit decem ſoluere debet, ſi quis mercatur aliquam rem & aliquis ſuperuenit, non ei debet nocere, qui primò cæpit habere rem donec cedat, quilibet poteſt vendere caſale ſuum cuilibet liberè, & abſolutè, & ille qui emit debet reddere Domino cenſum ſuum à quo caſale mouetur, qui interfecit boucm, vel vaccam ad opus ſuum non debet lignum, Caſtellani & clerici liberi ſunt: nec debent ponere in communi, nec in munitione Villæ: qui iuratus eſt non debet leydam poſt annum & diem quacumque Villa ſit, ſed debet ponere in communi, qui percuſſus fuerit abaliquo in nemore, aut de nocte per vnum teſtem poteſt probare laſionem & ſi non probare poteſt & ille de quo clamor fit iuret, quòd non fecerit, eſt quittus, ſi aliquis percuſſus fuerit & propter hoc ſexaginta ſolidi dentur de banno, percuſſo debent dari triginta ſolidi & ſic medietas ſecundum pretium banni debet dari perſuſſo vel cuilibet alij, qui inſultut aliquem in domo ſua duplicem legem debet, qui vult venire in Villam, prius debec ſatisfacere Domino ſuo, quodcumque bannum Burgenſes voluerint ponere Caſtellanus debet concedere, ſi Comes vult habere furnos vel molendinos Villa debet eos tenere & ſi velint ſe deffendere Caſtellanus debet eos cogere ſi dives habet cauſam cum paupere, Villa debet ei dare conſilium habita aquitate, ſi quis vocat aliquem latronem, aut traditorem, et qui non vult ſe deffendere, in miſericordia Domini eſt, quæ miſericordia fiat ad Conſilium Burgenſium Villæ, ſi Comes venit in Villam, cum magno gaudio recipiatur & qui gratis ei ſeruire voluerit, ſeruiat, nullum bannum vendendi Comes habet in Villa, nullus poteſt accipere vadimonium in foro, niſi venditio, aut fideiuſſio fiat in foro, ſi fiat in aliis diebus, vadimontum poteſt accipi ſine Caſtellano, qui vendit bladum, & piſcem non debet leydam. ſi viator tranſit per Villam non debet detineri, aliqua cauſa, ſed debet ei iudiciũ fieri. Preterea nos dictus Comes volumus & dictis noſtru Burgenſibus concedimus, quòd in vſuris manifeſtis vel non manifeſtis, ſiue decedant teſtati ſiue non qualiter, & quocumque loco decedant de rebus eorum nihil poſſimus exigere vel habere ratione vſurarum nec in vita, nec in morte, nec poſt mortem ipſorum, ſed res eorum, & bona deueniant ad hæredes, vel proquinquiores Item prohibemus ne in bonis, vel ſuper bonis talium defunctorum occaſione pradicta fiat aliqua ſequeſtratio vel ſeyſina & ſi fortè facta fuerit nulla maneat

ipſo facto, hanc autem libertatem, & iura prout ſuperiùs exprimuntur pro nobis hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris bona fide & per iuramentum ſuprà Sancta Dei Euangelia præſtitum à nobis promittimus attendere firmiter & ſeruare, nec aliquo tempore per nos, vel per alium contrà ire, conſitentes nos à prædictis noſtris Burgenſibus ex conceſſione huiuſmodi ducentas libras bonorum Viennenſium habuiſſe, in quorum omnium præmiſſorum robur & teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus literis duximus apponendum, datum, apud Seyſſellũ die Sabbathi ante ramos palmarum anno Domini .1285.

INFEVDATION DE LA TERRE DE VIRIEV LE GRAND, FAITE PAR SON A. DE SAVOYE A RENE' Comte de Chalant Mareſchal de Sauoye.

Tirée de la Chambre des Comptes de Sauoye.

IN nomine Domini amen, anno à Natiuitate eiuſdem Domini ſumpto currente milleſimo, quingenteſimo trigeſimo ſecundo indictione quinta & die quatuor decima menſis octobris, actum in caſtro Taurini & gardarobba infrà nominati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis præſentibus ibidem magnifico ſpectabilibuſque & Generoſis Dominis Claudio de Balleyſone Domino Hermenciæ, Ludoneo de Caſtellione Domino de Muſinens magno ſcatifero & Iacobo Seyturery Magiſtro Hoſpitij teſtibus ad hæc vocatis & rogatis in quorumquidem veſtrum & mei Notarij Ducalisque Secretarij ſubſignati præſentia, perſonaliter conſtitutus Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Dominus Dominus noſter Carolus Sabaudiæ Dux, qui ſponte motuque proprio, animo deliberato & appenſato, etiam quia ſic ſibi facere placuit & placet de iuribus ſuis infrà ſcriptis & eorum vero valore plenißime informatus, omnibus melioribus modò, via, iure, cauſa & forma, quibus meliùs, tutiùs & ſecuriùs fieri potèſt & debet, vendit iure proprio, tituloque puræ, perpetuæ, perfectæ, ſimplicis & irreuocabilis venditionis dat, donat, tradit, reddit pariter, & concedit ſub tamen gratia reuocati perpetui infrà ſcripti, Illuſtri & Potenti Domino Renato Comiti & Domino Chalandi, Mareſcallo Sabaudiæ, ibidem præſenti ſtipulanti & acceptanti proſe quibuſque hæredibus & in poſterum ſucceſſoribus quibuſcumque & qualibuſcumque, ſubditis tamen ipſius Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis, aut ipſi gratis & acceptis, videlicet caſtrum ſuum Viriaci magni, Villamque & totum territoriam, vnà etiam cùm omnibus & ſingulis bonis & pertinentiis appendentiis, iuriſdictionibuſque, Signoriis, mero, mixtoque Imperio Gladiique poteſtate ac cum facultate, & poteſtate ordinaria cognoſcendi & puniendi in cauſis tàm ciuilibus quàm Criminalibus, prout uly Domini Vtiles & Vaſſalli dicti caſtri, antequam Illuſtriſſima Domina Duciſſa Nemoroſij & Illuſtris Dominus Renatus Baſtardus Sabaudiæ ipſum caſtrum tenuiſſent retroactis temporibus cognoſcere & punire conſueuerunt & non aliter, nec non cenſibus, redditibus, prouentibus, præminentiis authoritatibus, officiis, tributis, homagiis, feudis, fidelitatibus, hominibus, ſubditis, iuriſdictionariis, adficiis, domibus, Grangiis, caſalibus, plateis, ſtabulis, Boſcalibus, molendinis, baptiſteriis, artificiis, ſtagnis, aquis, aquarum decurſibus, venationibus, paſcuagiis, nemoribus, montibus, paſcuorum & montium vſibus, furnis, furnagiis, terris, pratis, curtilibus, virgultis, vtridariis polleriis, tepeis, vineis, decimis, iuribus patronatus beneficiorum, carrocagiis, tornatis, coruatiſque, tam hominum, quàm animalium, eſcheutis, confiſcationibus, præter quàm in caſibus concernentibus authoritatem prefati Illuſtriſſimi Domini noſtri, bannis, clamis, vectigalibus, pedagiis, ocaliis, dreyturis, iuribus, actionibus, recutundique facultatibus, piſcatiis, venationibus leydis, taillarum impoſitionibus, compoſitionibus, menſuris, viſitationibus, Gardiis, rebaſque aliis omnibus corporeis & incorporeis, tàm ordinariis, quàm extraordinariis & ſuperioritatibus, ac vtilibus & directis dominiis eiuſdem caſtri & Dominii percipi ſolitis, per olim dicti caſtri vtiles Dominos & vaſſallos, antequam Illuſtriſſima Domina, Domina Philiberta Nemoroſij Duciſſa & Illuſtris Dominus Renatus Baſtardus Sabaudiæ huiuſmodi caſtrum tenuiſſent & non aliter, nec alio modo, quæ omnia pro expreſſis, & ſpecificatis habeantur perinde ac ſi ſpecialiter deſignata forent: & cum acceſſibus, egreſſibus & regreſſibus, vniuerſis ipſis bonis quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, ac ſpectare, & pertinere valentibus ad inſtar aliorum olim Dominetum eiuſdem loci, & aliorum vaſſallorum patriæ Sabaudiæ, inueſtienſque prefatus Illuſtriſſimus Dominus noſter, prefatum Illuſtrem Dominum Comitem & ſuos prædictos de prædictis bonis & iuribus, ſub pactis tamen, & reſeruationibus de quibus infrà & ſub eiſdem pactis ſeipſum deueſtiens, ad habendum in tradum tenendum, gaudenduin, vtendum fruendum & perpetuò per dictum Illuſtrem Dominum Renatum emptorem & ſuos hæredes, & ſucceſſores quoſcumque qui tamen ſint ſubditi præbaliti Illuſtriſſimi Domini noſtri, vt præmiſſum eſt, vel grati idem Illuſtriſſimo Domino de ipſi bonis

&

& iuribus placuerit faciendum, & ordinandum in teſtamento, & extrà ità quòd præfatus Illuſtris Dominus Renatus de ipſis bonis & iuribus vt ſuprà venditis diſponere & alienare poſſit, tàm inter viuos, quàm vltima voluntate, ad eius liberam voluntatem, in ſubditos tamen Illuſtriſſimi Domini noſtri aut alios ſibi gratioſos & acceptos, & non aliter, & ad inſtar aliorum vaſſallorum, & feudatariorum Patriæ Sabaudiæ tuereque ipſius & eius ſuperioritate, directo Dominio ſemper ſaluo, & reſeruato, conſtituendo ſe præfatus Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux, dictum locum Caſtrum, & pertinentias prædictas tenere, & poſſidere, ſeu quaſi, nomine & vice prafati Illuſtris Domini Renati Comitis, ſuorumque hæredum & ſucceſſorum quorumcumque, donec poſſeſſionem, ſeu quaſi, illorum acceperit corporalem, quàm accipere poſſit, tàm per ſe quàm alias eius nomine propria authoritate, ſiue inueniat poſſeſſionem vacuam ſiue non, licentiam plenariam eidem conferendo & dando, & præmiſſa egit præfatus Illuſtriſſimus Dominus noſter pretio, & nomine pretij iuſti, & æquiualentis, ſcutorum ſeptem millium auri cunei Regis Francorum ad ſignum ſolis habitorum & receptorum per eundem Illuſtriſſimum Dominum noſtrum Ducem, videlicet quatuor mille ſolutos ſeu ſoluere reſponſos, Magnificis Dominis Bernenſibus & Friburgenſibus in quibus Illuſtriſſimus Dominus noſter eiſdem tenetur, erga quos, eundem Illuſtriſſimum Dominum noſtrum Ducem pro ipſa ſumma quatuor millium ſcutorum ſolis quittum, & indemnem reddere tenebitur, & quittantiam illius ſummæ ab eiſdem reportare in bona, & valida forma, alioquin, huiuſmodi venditio nulla ſit, & pro non facta habeatur & nullius momenti ſit, & cenſeatur, reſiduum verò trium millium ſcutorum reſtantium confeſſus fuit habuiſſe & effectualiter recepiſſe in deductionem majoris ſummæ præfato Domino Renato Mareſcallo debita pro dote Illuſtru & Generoſæ Mencia de Portugallia, vxoris præfati Illuſtris Domini Renati Challandi Comitis conſtante publico inſtrumento recepto, & fieri rogato per nobiles & Egregios Claudium Chaſtel, & Horatium Raulini notarios ſub anno, & die in eodem deſcriptis, exceptioni non habitorum, & receptorum, dictorum ſeptem millium ſcutorum præfatus Illuſtriſſimus Dominus noſter penitùs & totaliter renunciando, quittandoque liberando, & abſoluendo à ſolutione eorundem præfatum Illuſtrem Dominum Renatum, Aquiliana ſtipulatione precedente, & acceptilatione ſubſequente; & ſi res prædictæ pretium premiſſum præualerent, nunc aut in futurum, totum illud plus ſiue in parua ſiue in magna, vel maxima conſiſtat quantitate, prælibatus Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux venditor de ipſo pluri, & vero valore, vt aſſeruit veridicè informatus, & inſtructus dat, donat, largituret concedit, dicto Illuſtri Domini Renato præſenti, & acceptanti, quia eidem Illuſtriſſimo Domino ſic ſibi facere placuit, & placet donatione pura, mera, ſimplici, & irreuocabili quæ fit, & fieri dicitur ad præſens inter viuos; nullatenus in poſterum reuocanda, etiam attentis bene meritis, & maiori remuneratione dignis, reſeruando tamen prælibatus Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux in, & ſuper dictis bonis ſuperioritatem, fidelitatem, & homagium, pro dictis rebus ſuprà venditis, necnon facultatem, & authoritatem faciendi gratias in cauſis exigentibus pœnam ſanguinis, necnon facultatem cognoſcendi in cauſis appellationum, quæ ad ſuperioritatem, Dominium directum dicti caſtri & loci deuolui conſueuerunt, & medietatem ſubſidiorum in ipſo loco & territorio imponendorum, modiſque; & formis quibus vtebantur Domini dicti caſtri, antequàm prælibata Illuſtriſſima Domina Nemoroſij & præfatus Dominus Baſtardus ipſum caſtrum tenerent, & non aliter nec alio modo, pactis etium, & conuentionibus infrà ſcriptis ſolemni ſtipulatione vallatis ſaluis remanentibus, & primò quòd idem Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux habeat omnimodam poteſtatem primam & licentiam cum plenaria facultate ipſum caſtrum & mandamentum Viriaci magni, cum iuriſdictione bonis & pertinentijs vniuerſis, vt ſuprà venditis ab eodem Domino emptore & ſuis prædictis hæredibus, & ſucceſſoribus & cauſam habentibus & habituris, à modo & in perpetuum redimendi & recatandi pro & mediantibus, dictis ſeptē mille ſcutis ſic & taliter quòd poſſint & valeant prælibatus Illuſtriſſimus Dominus noſter & ſui prædicti ipſa bona, vt ſuprà vendita, quocumque tempore totiens, quotiens eiſdem placuerit in perpetuum ab eodem Domino Comite emptore, vel ſuis prædictis redimere, recatare & rehabere quæcumque præſcriptione etiam longiſſimi & tanti temporis cuius initij memoria non extaret non obſtante & quæ nullatenus allegari vel opponi poſſit, quinimò ſit & cenſeatur ipſe Dominus Comes & eius in poſterùm ſucceſſores ſint & cenſeantur eſſe in mala fide, ſi & quandocumque aliquam præſcriptionis opponerent exceptionē, ità quòd ea nullo modo contrà præfatum Illuſtriſſimum Dominū noſtrum Ducem, vel eius ſucceſſores poſſint ſe iuuare, ſoluendo & reſtituendo eidem Illuſtri Domino Comiti, vel ſuis prædictis realiter & integraliter dictū pretium ſeptem millium ſcutorū, vnà cum omnibus ædificiis neceſſariò, vel vtiliter fiendis indictis bonis dummodo ipſa ædificia & reparationes ſummam quingentorum ſcutorum ſolis non exeedant, quæquidem ædificia ſeu reparationes non poſſint nec valeant fieri per ipſum Illuſtrem Dominum Comitem donec facta viſitatione per alterum ex Camera computorum, aut alium, per eundem Illuſtriſſimum Dominum noſtrum, ſuper hoc deputandum, & niſi ad arbitrium & determinationem, ipſius deputandi, Item quòd ſi contingat ipſum Illuſtriſſimum Dominum Comitem, redimere vel recatare aliquà bona, vel iura vendita ex bonis, & redditibus ſpectantibus

&

& pertinentibus ac ſpectare & pertinere debentibus vel ulias ſpectare ſolitis dicto caſtro, quòd tentatur prafatus Illuſtriſſimus Dominus & ſui hæredes, & ſucceſſores tempore redemptionis ſoluere & ſatisfacere ac realiter exburſare omne id & quid quid ſolui & exburſari continget per dictum Illuſtrem Dominum Renatum, vel ſuos circa redemptionem ipſorum bonorum, & iurium ſub recuto vt præſupponitur venditorum, ità tamen quòd antequam ad redemptionem ſeu recatationem pradictam prafatus Dominus Comes deueniat, teneatur, & debeat euocare alterum ex Cumera Cõputorum, qui dicto recutationi, & redemptioni interſit, vt earum in futurum debita fides fieri valeat promittentes autem prafata partes videlicet ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux in verbo Principis, dictus autem Illuſtris Dominus Comes Chalandi per iuramentum ſuum ſuper ſancta Dei Euangelia in mei dicti notarij manibus corporaliter præſtitum, & ſub obligatione expreſſa, hypothea omnium, & ſingulorum bonorum, ſuorum, mobilium, & immobilium præſentium & futurorum quorumcumque omnia, & quæcumque in huiuſmodi inſtrumento contentu, rata habere & grata, & illis non contrà facere, dicere, opponere, vel venire per ſe vel alium ſeu alios aliqua ratione, vel cauſa de iure, vel de facto qui nimò eadem complere, obſeruare, & inconcuſsè attendere prout ſuperiùs ſunt expreſſa, reſque pradictas eidem Illuſtri Domino emptori tum in petitorio, quàm in poſſeſſorio, & tàm in principali, quàm appellationum cauſis defendere, manu tenere, & debrigare in iudicio, & extrà ipſius Illuſtriſſimi Domini noſtri venditoris propriis ſumptibus, & expenſis & de euictione teneri pratextu earundem rerum, ſi eas vel partem earum euinci contingat in proprietate, vel vſu fructu, eius omnis litis & periculum euictionis in ſe, & ſuos pradictos totaliter aſſumendo, & quòd aſſumit per præſentes, renunciantes etiam partes pradicta proſe, & ſuis pradicto ſub viribus iurumentorum, & obligationibus bonorum ſuorum præmiſſorum omni, & cuilibet exceptioni ſine cauſa ob cauſam, vel ex iniuſto, cauſa non ſequuta, omniumque in huiuſmodi inſtrumento contentorum, non ſic, vel aliter geſtorum, factorum, & non legitimè actorum, rei aliter geſta, quàm ſcripta, aut plus fuiſſe dictum, quàm ſcriptum, & è contra, omnique abſolutioni, & diſpenſationi à iuramento, Eccleſiæ denunciationi, iurique dicenti venditionem vltrà & citrà dimidium iuſti pretij factum poſſe reſcindi, aut iuſtum pretium debere ſuppleri, iuriſque dicenti generalem renunciationem non valere, niſi ſpecialis præceſſerit, & demùm omnibus aliis iuribus canonicis, & ciuilibus ſcriptis, & non ſcriptis, quibus mediantibus contrà præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum venire poſſent, aut quomodolibet ſe tueri de quibus præmiſſis prafatus Dominus noſter iuſſit, dictus verò Illuſtris Dominus Renatus requiſiuit per me Notarium, & ducalem Secretarium ſub ſignatum fieri duo publica eiuſdem tenoris, & ſubſtantia inſtrumenta videlicet ad opus cuius libet vnum.

De Portu.

CONCESSION D'ENRY ROY DES ROMAINS A Humbert Sire de Thoire.

Tirée du Chaſteau de Mailla en Bugey.

HENRICVS ſextus diuina fauente clementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus notum facimus vniuerſis Imperij fidelibus præſentibus, & futuris, quòd nos attendentes conſtantem, & ſynceram deuotionem, fidelis noſtri Humberti de Thoiria, quàm noſtra Majeſtati exhibuit, & in poſterum ſemper præſtare creditur, plena fidelitate; concedimus ei duo pedagia, qua tenebat Stephanus de Villars Regali authoritate in retro feudo ab Imperio deuceps tenenda, vnum in Carrata publica iuxtà Ambroniacum ſex Denariorum de Francia, reliquum in flumine Araris apud Treuoux ſex denariorum, adhuc ad poſterorum notitiam peruenire volumus, quòd præfatus Humbertus quadam allodia ſua dedit in proprietatem, ſcilicet, Caſtrum Varegij, & ſimiliter ea qua Amedeus de Colonjaco tenet ab eodem Humberto, ſcilicet meditatem Cuſtri Sancti Andra, & quartam partem Varegij, & inſuper omnia ea qua ab eodem Humberto tenentur in Parrochia Poncinenſi nomine feudi, ſine per dictum Amedeum, ſine peralium quemcumque data ſint in proprietatem in Imperio ab ipſo Humberto, omnia verò pradicta, qua à prafato Humberto in proprietatem recepimus & eidem conceſimus nomine feudi ſemper ab Imperio tenendi, ſtatuentes, & authoritate Regia per præſentem diualem & pragmaticam conſtitutionem firmiter precipientes, vt nulla omnino perſona alta, vel humilis, ſecularis vel Eccleſiaſtica contrà huiuſmodi ſcripti noſtri paginam venire, vel eam aliquo modo infringere præſumat quòd qui facere præſumpſerit quadraginta libras auri pro pœna componat, medietatem Camera noſtra, & reliquum paſſo iniurium, ad cuius rei perpetuam euidentiam præſentem chartam inde conſcribi, & Majeſtatis noſtra ſigillo iuſſimus communiri, hujus rei teſtes ſunt H. Baſileenſis Epiſcopus, Ottho Dux Burgundia Illuſtris frater noſter

Conradus

Conradus Palatinus Comes Rheni, Hugo Dax Diaioneasis, Comes Hago de Liningen, & alij quàm plures datam apud Theyssonacum, anno Domini milleſimo centeſimo octuageſimo octauo. Indictione ſexta decimo Kal. Auguſti.

CONFIRMATION D'VNE CONCESSION FAITE À L'ABBE' DE L'ISLE BARBE PAR ESTIENNE Seigneur de Thoire & de Villars.

Tirée du Cartulaire de l'Abbaye de l'Iſle Barbe prés de Lyon, & communiquée par Monſieur le Laboureur Preuoſt de ladite Abbaye.

EGO Stephanus Dominus de Villars filius Hamberti de Thoire, omnibus chartam, itam inſpectaris, notũm rei geſtæ, vniuerſitati veſtræ præſentibus volo fieri manifeſtum, quòd ego confiteor, & recognoſco, laudo, & concedo chartam donationis & eleemoſinæ factæ à Prædeceſſore meo Domino Stephano de Villars Eccleſiæ Inſulæ Barbaræ, ſigillo Ioannis bonæ memoriæ Archiepiſcopi, & Capituli Lugdunenſis Eccleſiæ munitam eſſe veram, & talem eſſe donationem, qualis in eadem charta continetur, quam vidi, & diligenter exponi, & fideliter mihi feci cuius tenor talis eſt Ioannes Dei Gratia humilis ſacerdos, &c. Verùm cum contrà prædictam donationem, & eleemoſinam minùs ſano vſus conſilio aliqua attentaſſem, & propter hoc inter me, & Girinum tunc Abbatem inſulæ Barbaræ, & conuentum eiuſdem loci eſſet ſuborta diſcordia, & diù ab vtraque parte ſuper hiis litigatam tandèm amicabili compoſitione interueniente, ipſa diſcordia per manum Domini Guidonis de Baugiaco, & VVilelmi de Palude Archidiaconi Viennenſis, & G. de Frens, & G. Prioris Abbolena, & VVilelmi de Monteaureo militis, & Petri de Sarrou Sacriſtæ Sanctæ Pauli Lugdunenſis ſopita fuit in hunc modum, Abbas ſiquidem de conſenſu, & voluntate capituli ſui donauit, & conceſſit mihi in feodum, & ſucceſſoribus meis apud Raireu olauſum de Villars, & quidquid tempore compoſitionis ego quolibet modo tenebam in Parrochia de Reuceis, & de Limandas, & de Toico, & de Miſeriaco, & pro iis omnibus Abbati hominium feci, & fidelitatem iurani, promittens hoc idem à ſucceſſoribus meis faciendam; ego verò quaſdam res quæ antiquitùs fuerant Eccleſiæ Inſulanæ, ſcilicet apud Raireu, manſum Sancti Martini cum appenditiis ſuis cum manſo de Peruinges cum appendentiis ſuis, & tenementum Ioanna Longa, & apud Parceu curtile, quod tenet Cappellanus de Raireu, & apud Proleu tres ſolidos cenſuales quos debet Chamartinus, & apud Harens condaminam, quæ eſt iuxtà crucem quas prout aſſerebat Eccleſiæ indebitè retinebam, eidem Eccleſiæ abſolutè reddidi, & dimiſi, præterea quidquid habebam in Parrochia Sancti Ioannis de Tarignieu, & de Buiſiges exceptis feodis militum & Guardis aliarum Eccleſiarum, & conquerimeatis poſt Stephani de Villars Prædeceſſoris mei obitum factis excepta, terrâ Stephani de Limeu, & terrâ Gochoan conceſſi in perpetuum Eccleſiæ & dimiſi, & apud Ieannas curtile quòd tenet Bernardus Guiri, ſimiliter eidem Eccleſiæ conceſſi inſuper quædam quæ poſt donationem prædicti Stephani Domini de Villars prædeceſſorum mei Eccleſiæ pro eleemoſyna data fuerant videlicet, terram Humbreti Elmixon vbicumque ſit, & terram Ioannis d'Ars Capellani, & apud Limandas curtile Iuliana de Vaiſſea Eccleſiæ Inſulanæ, & abſolutè reddidi, & conceſſi, hanc autem compoſitionem ſic inter me, & Abbatem factam recognoui & approbaui, & eam me firmiter obſeruaturum iuramento interpoſito promiſi cum his militibus ſubſcriptis, G. de Palude, G. de Frens. R. del Sais, & Stephano del Tremblay, & Stephano de Meximieu, & ſi in prædicta compoſitione quidquam violatum fuerit ad commonitionem Abbatis, vel alterius pro eo ij omnes apud Lagdanam oſtagia tenere debent inde non exituri donec Eccleſia fuerit ſatisfactam, quia verò ſenſus hominis pronus eſt ad malum potiùs quàm ad bonum ſuadente diabolo, & iniquorum conſilio contra donationem, & eleemoſynam prædictam, & etiam poſt factam compoſitionem contrauenire præſumpſi, & Eccleſiam iniuſtè ſatis grauaui, tandem ad meatem ſpiritu meliore reuerſus apud Inſulam Barbaram veniens, & de illatis iniuriis veniam poſtulans, in præſentia VVilelmi Abbatis, & totius eiuſdem loci Conuentus, & Domini Hamberti Montis-lupelli, & multorum militum, & proborum hominum, omnes querimonias actiones, iura, & vſagia quæ mouebam, vel habebam, vel mouere vel habere poteram contrà præfatam Eccleſiam occaſione donationis eleemoſynæ, & compoſitionis vel aliqua alia occaſione vel ratione tacita, vel expreſſa coram omnibus tactis Sacroſanctis Euangeliis dimiſi, & donaui penitùs, quittaui, & pacem pro me, & pro ſucceſſoribus meis promiſi corporali præſtito iuramento Abbati etiam pro prædictis feodis ex mandamento

& voluntate Stephani predeceſſoris mei hominium feci, & fidelitatem iurani, & pro his omnibus obſeruandis obſides dedi milites ſubſcriptos ſcilicet, Berlionem & Aymonem de Vaſſalieu fratres Vldricum de Chantamerlo, Guichardum de Ioyaco, Hugonem de Sancto Germano, & Stephanum del Tremblay, & Guidonem del Montelier, & Stephanum de Genay, & Guichardum de Liarens & N. . . . . Fontanellis qui omnes ad admonitionem Abbatis vel alterius pro eo debent ſeruare oſtagia vbicumque dictus Abbas eos duxerit tranſmittendos, & ne in poſterum vlla poſsit dubitatio, vel calumnia ſuboriri præſentem chartam ſigilli mei munimine roboraui, & ego Bernardus de Toira frater prædicti Stephani Domini de Villars qui huic vltimæ interfui concordiæ, & compoſitioni, omnia iura, vſagia, actiones reales, vel perſonales quæ occaſione donationis, & eleemoſinæ, vel quocumque modo habebam, vel habere poteram contrà præfatam Eccleſiam corporali præſtito iuramento dimiſi Eccleſiæ donaui penitùs, & quittaui, & preſenti chartæ ſigillum meum appoſui in teſtimonium veritatis. Nos verò VVilelmus Decanus & Capitulum Lugdunenſe ad preces partium præſentem chartam ſigillo noſtro duximus roborandam in teſtimonium veritatis, & nos VVilelmus Abbas Athanacenſis huic chartæ, rogatu partium ſigillum noſtrum appoſuimus in teſtimonium veritatis, actum anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto 3. Kal. Aprilis vacante ſede Lugdunenſi.

CONFIRMATION FAITE A ESTIENNE SEIGNEVR DE THOIRE ET DE VILLARS PAR L'EMPEREVR Federic de la conceſſion faite à Humbert de Thoire par Henry Roy des Romains.

Extraite du Chaſteau de Mailla.

FRIDERICVS Dei Gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Ieruſalem, & Sicilia Rex, per præſens ſcriptum notum facimus Vniuerſis Imperij fidelibus tàm præſentibus quàm futuris, quòd conſtitutus in noſtrâ præſentiâ Stephanus de Villariis fidelis noſter, quoddam ſcriptum felicis memoriæ Patris noſtri Humberto de Thoyria prædeceſſori eius tempore Regni ſui, noſtro culmini præſentauit, humiliter ſupplicans quatenùs de feudo ſuo quòd quondam Stephanus Pater eius à nobis & Imperio tenuit, & ipſe nunc pro magna parte poſsidet & reliquum vindicare intendit ipſum inueſtire, nec non & ſcriptum præfatum innouare, & omnia quæ continentur in eo confirmare de noſtra gratia dignaremur cuius continentia talis eſt, Henricus ſextus Diuina fauente Clementia Romanorum Rex, &c. Nos itaque ipſius ſupplicationibus inclinati recepto abeodem Stephano fidelitatis, & homagij iuramento inueſtiuimus eum de prædicto feudo ſuo, nec non præfatum ſcriptum Diui Patris noſtri fœlicis recordationis, & auguſta præſenti ſcripto noſtro in ſcriptum de verbo ad verbum inſſimus innouari omnia quæ continentur in eo Imperialis munificentia robore confirmantes, Statuimus igitur & Imperiali ſancimus edicto, quatenùs nulla perſona, alta vel humilis, Eccleſiaſtica, vel mundana prædictum Stephanum ſuper prædictis conceſsis præſentis ſcripti noſtri, tenorem temerè impedire, vel moleſtare præſumat quòd qui præſumpſerit penam in prædicto ſcripto appoſitum quinquaginta librarum auri componat, quarum medietas fiſco noſtro & reliqua medietas paſſo iniuriam applicetur, ad huius autem inueſtitionis, innouationis & confirmationis memoriam & robur perpetuò valiturum præſens ſcriptum fieri, & Maieſtatis noſtræ ſigillo inſſimus communiri, cuius rei teſtes ſunt I. Venerabilis Archiepiſcopus Arelatenſis, Guliehmus Valentinenſis Electus, Epiſcopus Vercellenſis. V. Marchio Pallauicinus. M. Marchio Maloſpina, Comes G. de Lomello, & alij quàm plures.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo triceſimo octauo menſe Octobris duodecimâ indictione imperante Domino noſtro Friderico Dei Gratia Romanorum Imperatore ſemper Auguſto Ieruſalem & Sicilia Rege inuictiſſimo, anno Imperij eius octuodecimo, Regni Hieruſalem tertio decimo, Regni vero Sicilia quadrageſimo, primo Fe lici ter. Am en. Datum apud Cremonam anno menſe & indictione præſcriptis.

LETTRES DE RODOLPHE ROY DES ROMAINS.

Extraites de la Chambre des Comptes de Dauphiné.

RODVLPHVS diuinâ fauente elementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, vniuerſis Imperij fidelibus grattam ſuam & omne bonum, omnibus hominibus qui rectè ſapiunt repreſentamus; quàd omne nobis ſtudium eſt, vt ſubjecti Romano Imperio bene viuant, & viuente iuſtitia inter eos, gaudeant commoditatibus pariter & honore, ea propter ad notitiam omnium fidelium Imperij volumus peruenire, quòd conditionibus ſubiectorum noſtrorum in Regno Arelatenſi multifariè intellectis, aſtantibus in præſentia Maieſtatis noſtræ, Epiſcopo Valentinenſi & Dienſi, Epiſcopo Lauſanenſi Principibus noſtris & Nobilibus Viris, Humberto Dalphino Viennenſi & Albono Comite Seneſcallo noſtro in Regno prædicto, & nobili matrona B. Domina Fucignaci, & Amedeo Comite Gebennenſi, & Aymario de Pictauia, & Humberto Domino de Villars fidelibus noſtris, & Imperij prædilectis ipſos vniri iuſſimus ſolemni promiſſione in manibus Serenitatis noſtræ facta, & corporali præſtita iuramento contra rebelles Imperij, & mandatorum Regalium contemptores, & contrà perſonas aliàs cuiuſcumque ſexus, conditionis, aut dignitatis exiſtant, præſumentes dictos fideles noſtros; & ipſorum bona offendere quoquomodo dantes ſerie præſentis annotationis noſtræ . . . . . ſuperiùs qui nunc eſt, & alia qui fuerint temporibus futuris . . . . . quatenùs inter dictas fideles noſtros vnianem noſtram prædictam faciant firmiter obſeruari, ipſoſque, & eorum bona contrà omnes nullo vlteriùs expectato mandato mann forti totiens quotiens opus erit manu teneat & deffendat in quorum omnium teſtimonium præſentes litteras ſigillo Majeſtatis noſtræ iuſſimus communiri datum apud Muratum 4o. non Maij 1291. Regni noſtri anno 18.

LIMITATION DES TERRES DE THOIRE ET DE NANTVA.

Tirée de la Chambre des Comptes de Sauoye.

